ADDITAMENTA
AD
INITIA

PROGRESSUS AC PRAESENS STATUS CAPITULI

AD SANCTUM MARTINUM E. C.

DE MONTE SCEPUSIO

OLIM COLLEGIATI

SUB JURISDICTIONE ARCHIEPISCOPI STRIGONIENSIS

NUNC VERO

CATHEDRALIS

SUB PROPRIO EPISCOPO SCEPUSIENSI

CONSTITUTI.

INSTAR MANUSCRIPTI

EDIDIT

JOSEPHUS HRADSZKY

PRAEPOSITUS S. LAURENTII DE HÁJ, CATH. ECCL. SCEPUS. CANONICUS MAGISTER, S. SEDIS CONSIST. ASSESSOR, SACERDOS JUBILARIS IN ANNUM TERTIUM.

SZEPESVÁRALJA, MCMIII—MCMIV.

TYPIS DIONYSII BUZÁS.

NOS

PETRUS PAZMANY

Miseratione Divina Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis Archi-Episcopus, locique ejusdem Comes Perpetuus, Primas Hungariae, Legatus Natus, Summus Secretarius et Cancellarius ac Sacrae Caesareae, Regiaeque Majestatis etc. intimus Consiliarius etc.

Lectori Salutem.

A proposito: „*Initia progressus ac praesens status Capituli Scepusiensis*“ uno absolvere volumine, **Manuscripto** meo publicitati donato, praeprimis ideo recessi, quod perplures memorabiles eventus, quorum uberior enarratio, praesertim cum historia Dioeceseos resp. Praepositurae Scepus. (Archi-Diaconatu Scepus.) ac singularum parochiarum collata, historiae Capituli plus lucis adfert, ob angustum spatium breviter tantum attacti erant. Quapropter fontes praecipuos praefati Manuscripti per extensum publicare ac instar Additamenti eidem Manuscripto meo adiungere decrevi.

*
* *

De primaeva Capituli resp. praepositurae Scepus. coordinatione, etsi laboribus non pepercerim, nil certi hucusque innotuit. Litterae enim Emerici Regis Hungariae dea nno 1198., declarata semel expressione; „in terra Scipisiensi“, Scepusium non concernunt, ac ideo cum historia fundationis Praepositurae in nullo nexu existunt. (v. pag. 424.)

*
* *

Silentio praeteriri non poterat, Adolphum, historice notum primum Praepositum Scepus. non in aula Ducis Meran in meridionali Tiroli, sed in aula Ducis Dalmatiae et Croatiae, quae duo regna ab anno 1195. communiter „Merania" appellabantur aliquo tempore qua educatorem commoratum fuisse,

* * *

Elapsis ab Adolpho primo Praeposito Scepus. 251. annis sub Mathia I. Hungariae Rege Dionysio S. R. E. Cardinale, Archi-Episcopo Strigoniensi, ac Joanne Stock praeposito Ecclesiae et Capituli S. Martini Scepusiensis celebrata fuit Leutschoviae anno 1460. „Synodus Dioecesana Scepusiensis" Canones XLVI in hac Synodo lati per extensum cum „Narratione Praevia" ac brevi „Prologo ad S. Synodum" continentur in Péterfy: Sacra Concilia Posonii MDCCXLI. folio 192-211. Quum opus hoc in permultis publicis ac privatis Bibliothecis patriae nostrae habeatur, dictam Synodum Scepus. denuo publicare omisi.

* * *

Post 85. annos (1460-1545), nempe anno 1545. habita fuit Synodus Scepusiensis sub Ferdinando I. Hungariae rege, Paulo de Várda Archi-Episcopo Strigoniensi, Stanislauo Váralyaensi, Episcopo Quinque Ecclesiensi ac Constitutiones huius Synodi iam pridem periisse videntur. Ordo tamen Divinorum multiplici sub respectu memoria dignus mansit. Ex tenore huius ordinis Divinorum patet decursu asservatae Synodi pro peragendo cultu divino per Praepositum Scepus.

circa 50 animarum curatores diversarum parochiarum etiam Districtus Lubloviensis, qui ab antiquo tempore primum Cracoviensis dein Tarnoviensis Eppi iurisdictioni ac denum ab anno 1787. Eppo Scepus suberat, deputatos fuisse. Nomina et cognomina tamen deputatorum non recensentur.

Statum luctuosissimum Ecclesia cath. in Scepusio tempore huius synodi per Stanislaum Vàraljaensem Eppum Quinque-Ecclesien. ac Praepositum Scepus. anno 1545. convocatae egregie illustrat sequens documentum fidedignum de anno 1556.:

„Nos Capitulum Ecclesiae Scepus. memoriae commendamus per praesentes: Quod venerabiles Domini Magistri Salomon senior Fraternitatis XXIV. Parochorum Oppidorum Regalium Provinciae Scepus. ac Plebanus de Ecclesia Libitzia, Jacobus de Villa Latina, alias Olaszi Sixtus de Bathizy Ecclesiarum pastores, nec non discretus Michael Capellanus Ecclesiae Leutschov. in persona Honorabilis Domini Georgii Molitoris, jam dictae civitatis Leutschoviensis, Parochi Domini scilicet sui in ipsorum ac aliorum Conseniorum praescriptae Fraternitatis, atque item universorum, et singulorum Ecclesiarum Parochialium Plebanorum, eorumdemque vices gerentium, in et sub jurisdictione spirituali Ecclesiae Scepusiensis preadictae ubilibet constitutorum, et existentium nominibus, et in personis, nostram personaliter venientes praesentiam nobis per modum solemnis protestationis significare curavit in hunc modum: quod quamvis ipsi protestantes simul et universitates Parochianorum eorundem protestantium in, et sub praescripta jurisdictione Ecclesiae Scepus. existentium, a quam plurimis retro actis seculis a tempore videlicet

cuius nonexstat memoria habuerunt, et habeant jus suum Patronatus: potestatem videlicet praesentandi ad instituendum idoneum, seu idoneos ad Parochias vacantes attamen forent plerique ex optimatibus et nobilibus huius Provinciae fere primariis, summi Catholicorum hominum osores, qui sic praesentatos idoneos Ecclesiarum pastores, praesertim Catholicos malitiose recusarent admittere, praesentatos vero seu institutos, veteris Ecclesiae vestigia sequentes ob leves imo nihilli ob causas turpiter ejicerent et loco ejectorum, Lutherana tabe aliaquae Haeresi infectos substituere, ipsisque articulos praescribere. Ecclesiarum reformandarum Officium, scripturarumque interpretandarum jus, et facultatem assumere, bona vacantium Ecclesiarum pro se occupare, deque decedentium Presbyterorum subtantiis partem imo totum sibi vindicare, in eaque quae sui non essent officii ingerere sese non formidarent; pro sua summa habentes, se agi Evangelii Spiritus sinceritate; et cum decimae non ab homine, sed ab ipso Domino sint institutae, et ad dandas Decimas quam minutas, quam majores ad sustentationem ministrorum Dei omnes teneantur, forent tamen nonnuli, qui in earumdem decimarum, aliorumque censuum, proventuumque Ecclesiasticorum eorumdem Ecclesiis antiquitus dedicatorum exolutione, varias difficultates et prorogationes de industria non solum non facerent ipsi, verum etiam et alios privatim ab eorum exolutione retraherent in ipsorum dispendium salutis animarum, inque derogamen Ecclesiasticae libertatis, praefatorumque protestantium praeiudicium, et damnum sacerdotalisque dignitatis scandalum manifestum, et quamvis ipsi protestantes

super haberent efficacissimas literas, privilegia, et literaria instrumenta super immunitate ipsorum Ecclesiastica, puta etc. etc. Datum feria quinta ante festum Beati Michaelis Archangeli. Anno Domini Millesimo quingentesimo quinquagésimo sexto." (Analecta Wagner. T. II. fol. 257, 258, 259.)

Igitur iura, privilegia ac libertates cleri populique catholici multorum saeculorum legitima ac pacifica possessione roborata novatores vel ut quidam dicit: „divini verbi depravatores," asseclae „veri Evangelii" impune violabant.

* * *

Exeunte saec. XVI. et ineunte saec. XVII. ferme omnes ecclesiae, parochiae, scholae, instituta humanitatis in manibus protestantium erant, ad quos in Scepusio stabiliendos apostasia Christophori Thurzó, hominis instabilis characteris, Domini arcis Scepus ac Supremi comitis comitatus Scepus, ab anno vero 1610. etiam Supremi Comitis Sáros, plurimum contulit.

Ab anno 1530—1641. in Scepusio vix una cath. schola elementaris exstitit. Et initio saec. XVII. parochia Szepeshely fere sola erat stricto sensu romano catholica.

In conventu protestantium ipso die festo s. Andreae 1610 Leutschoviae asservato ex solo Cottu Scepus 66 verbi div. ministri aderant dum ex aliis Comitatibus universim 7 comparuerunt.

Actumque esse videbatur de catholicismo in Scepusio.

Anno 1619. Gabriel Bethlen cum suo exercitu Scepusium venit. Canonici de vita sua non securi feria II. proxima post festum beati Aegydii Abbatis die 2-da Septembris una cum Hosszuthóty praeposito ac Capellano praepositurali in Poloniam aufugerunt.

Cottus Scepus nequid damni Capitulum patiatur, Balthasarum Petróczy Curatorem Capituli constituit.

Post tres annos demum 1621. pace cum Bethlen inita canonici domum redierunt, quibus anno 1622. Cottus Scepus Capitulum restituit. De hac restitutione in protocollo comitatensi sequentia continentur:

„Feria II.-da proxima post Quasimodo geniti, seu die 4-ta Aprilis anno 1622."

„Exhibitae sunt, qnaedem literae comitatui Dominorum Comissariorum in quibus ibidem Dno Vice-Comiti nostro, nomine Suae Mattis Caesareae serio committunt, ut Capitulum Scepusiense absque mora cum pertinentiis suis Canonicis restituat et eosdem introducat."

„Disputatum est multum diuque an obsequendum sit, huic Dominorum Comissariorum Suae Mattis mandato vel non, cum speciale Suae Mattis Caesareae nullum super inde habeatur Mandatum. Tandem adinventum communibus Suffragiis ut Dominus Vice-Comes praesentes easdem Litteras cum audiunctis Exmissionalibus a comitatu datis exeat, Canonicis iuxta contenta earumdem Literarum in quindena Capitulum cum pertinentiis restituat, ita tamen, quod si ibidem per quemcumque, et qualemcumque, contradictionis vela-

mine obviatum fuerit, extunc Dnus Vice-Comes resignato Canonicis Capitulo cum pertinentiis, inde statim recedat, Canonici autem quomodo possint ibidem persistere nostrum non est inquirere tantum ut Literis satisfiat."

„Domino Vice-Comiti datae Literae Exmissionales et Credentionales ad Dominam Comitissam ad Arcem, ut extradari faciat Scrinium Prothocollorum Capituli; quia Idem Dns Vice-Comes ex Deliberatione comitatus, et contentis Literarum Scrinium Prothocollorum ex Arce sumere et Canonicis seu Capitulo assignare tenebitur." etc, Datum ex particulari Congregatione die 16-ta Mensis Augusti Anno 1782 Scepusii (Szepeshely) celebrata. (Cont. Arch. priv. Cap. Scepus. Acta Capitulum concernentia, quae per Praepositum conservabantur. Nro 290.)

* * *

Ecclesiae, Parochiae, Scholae etc. anno 1670 legitimis possessoribus Catholicis erant restitutae.

Cessantibus tumultibus Rákóczyanis pro Capitulo ac Praepositura Scepus. pacata tempora successerunt.

* * *

Ad illustrandam historiam Capituli Scepus. Praepositurae, Ecclesiarum, scholarum ac parochiarum comitatus Scepus multum confert etiam Visitatio ecclesiarum Scepusiensium facta per Joannem Sigray praepositum anno 1700 et 1703.

* * *

Stricto sensu Schematismus ad Manussriptum auctoris non spectat, non licuit tamen auctori historica data ad parochias spectantia silentio praeterire, quia visitatio can. an. 1693. et 1712. (Visitatio Ecclesiarum Terrae Scepusiensis, in qua ob defectum initii ignoratur Visitator, facta tamen et peracta est Anno Domini 1693-o: Puncta Visitationis Canonicae Parochiarum Terrae Scepusiensis, per Stephanum Loviszkovicz tit. Praepositum, Canonicum Scepusiensem, ex commissione Joannis Sigray, Praepositi Scepusiensis, peractae Anno 1712.) ex quibus haec data desumuntur sunt documenta unica, quibus nefors vetustate consumtis multae res memoria dignae oblivioni penitus darentur.

Completas historias solummodo parochiarum Cottus Arva confeci adiutus imprimis ab ARDno Stephano Haluska, parocho Oravkaensi, qui ex manuscripto Joan. Kohuth parochi condam Alsó-Kubinensis multa notu digna data mecum communicavit. Omnia data historica singulas parochias Cottus Scepus et praesertim Lipto concernentia comparare non successit.

* * *

Ceterum thema nostrum hoc opusculo minime exhaustum esse putamus. „Omne enim initium durum.“ Sed quum „inventis facile sit adere,“cum hac fraterna ac amicabili petione concludimus: *Benevole lector, noli esse solummodo lector, sed etiam benevolus emendator.*

Szepeshely, die 1-a Octobris, 1904.

AUCTOR.

Auctor operis huius strenuus ac indefessus, priusquam librum perfectum vidisset, a Deo e vivis est evocatus. Graviter iam decumbens instituit adhuc correcturas et adnotationes in opere hoc, quod „Coronam“ operum suorum et maxime dilectum habere voluit, nativitatis tamen eius diei frustra praestolabatur.

Saltem haec sint piae memoriae Auctoris dedicata. Fuit Hradszky sacerdos zelosus, virtutibus pulcherrimis praeditus, modestus, gravis, praesertim temporibus sapienter utens. In cura animarum sedulus, si ei quid temporis supererat historiae Hungariae, praeprimis Scepusiensi studendae et indagandae diligenter incumbebat. Fructum studiorum in diversis pagellis, libris deposuit, quos auctor non tantum maximo cum labore et sudore conscripserat, verum etiam magna ex parte propriis sumptibus typis mandaverat.

Natus est die 26. februarii anno 1827 in Krompach, ordinatus 27. Martii 1850. Ab anno 1855. parochus in Izsákfalva, a 17. Januarii 1876. Administrator Szepesváraljae, 1889. titulo Praepositi de Háj decoratus, 1891. parochus Igloviensis et a. 1893. canonicus Cathed. Eccl. Scepus. factus, qua talis anno 1904. die 6. Novembris mortuus.

Deus benignus, qui praemium iustum suis fidelibus operariis non denegat, sit praemium Auctoris aeternum.

Tu vero benevole Lector memento animae Eius in orationibus tuis!

R. I. P.

ELENCHUS.

CAPUT I.

Canonica Visitatio Pázmány.

Litterae continentes Comissionem Visitationis (1629.) — — — — — — — — — 2.
Inchoatio Visitationis — — — — — 4.
Capitula seu Articuli Visitationis — — 6.
De Fundatione et Titulo Ecclesiae — — 11.
De Libertatibus Ecclesiae — — — — 12.
Subscriptio Notarii Publici — — — — 13.
De Iurisdictione Spirituali Dni Praepositi 14.
De bonis, possessionibus, proventibus, et emolumentis Ecclesiae — — — — — — — 16.
In genere super Bonis, Iuribus, Redditibus ac Proventibus tam Dominus Praepositus, quam Capitulum sua Regesta, seu Urbaria Domino Visitatori exhibuerunt — — — — — — 20.
Super aedibus autem Canonicalibus hanc signaturam exhibuerunt — — — — — — 22.
Circa alienationes bonorum et proventuum Ecclesiae — — — — — — — — — 22.
De posessione Zebes — — — — — 25.
De portione Capituli in Kis Ida — — — 26.
In posessione Szadlok (sic) — — — — 27.
De Officio Vicarii — — — — — — 30.
De Officio Lectoris — — — — — 31.
De Officio Cantoris — — — — — 32.

Officium Custodis — — — — — — 32.
De Capella Corporis Christi, eiusque Rectore 33.
De numero Canonicorum — — — — 34.
Literae Dionysii Cardinalis Archi-Episcopi Strigoniensis continentes Confirmationem Praepositi Scepusiensis, ejusdemque investituram. — 34.
De aliis Ministris Ecclesiae praeter Canonicos — — — — — — — — — — 38.
De Capellis, et Altaribus in Ecclesia — — 40.
De Beneficiorum, Iurisdictionisque Ecclesiae Suppressione — — — — — — — — 41.
De Divino Officio utpote Horis Canonicis et Missis — — — — — — — — — 43.
De Administratione Sacramentorum et Concionibus — — — — — — — — — 47.
De Fabrica Ecclesiae, et ornamentis ejusdem in Sacristia — — — — — — — 49.
De Sacris Reliquiis, Indulgentiis Ecclesiae 50.
De Scholis et Statutis Ecclesiae — — 52.
Literae supradicti Dionysii Cardinalis Archi-Episcopi Strigoniensis, Continentes Undecim Articulos concordiae inter Dominum Praepositum et Capitulum Scepusiense — — — — — 53.
Admonitio D. Visitatoris in vim Praepositi circa Officia Domini Praepositi — — — — 59.
Statuta, et Consuetudines Insignis Collegiatae Ecclesiae Scepusiensis — — — — — 63.
Circa Haereses, Lectionemque Librorum ab Ecclesiae prohibitorum — — — — — — 64.
De eorum, qui in Capitulum recipiendi sunt qualitate — — — — — — — — — 65.
De Installatione novorum Canonicorum — 65.

Forma Iuramenti Professionis Fidei — — 66.
Forma Iuramenti Canonicorum de novo recipiendorum — — — — — — — — 69.
Forma Iuramenti Domini Praepositi et solemnitas receptionis eius. Habentur in Literis condam Dionysii Cardinalis Strigoniensis supradescriptis — — — — — — — — — 70.
Forma Iuramenti a Dno Praeposito in Capitulo praestandi, si non constiterit, quod in manibus Illmi Dni Archi-Episcopi Srigonien. corfirmationis juramentum praestiterit — — — 71.
De Residentia — — — — — — — 72.
De Matutino, Horisque Canonicis in Choro rite, ac cum debita devotione, suisque temporibus decantandis — — — — — — — 73.
De Recitatione Divini officii extra chorum, et poena eorum, qui illud recitare negligunt — 74.
De Missarum celebrationibus — — — 75.
Festa, ac Dies, quibus Dno Praeposito, ac Canonicis solemniter est celebrandum — — — 76.
De eorum, quae in Choro, et Sacro requiruntur modo et ordine — — — — — — 77.
Poena eorum, qui, vel a Choro tempore Divini Officii, vel a Conistorio tempore communis Consultationis abfuerint — — — — — — 79.
Proventuum Canonicalium adeptio per eos, qui de novo in Canonicos recipiuntur quomodo fiat, et de officio Canonici novi — — — — 81.
De proventuum Canonicalium usu, et de conservatione domorum Canonicalium — — — 82.
De bonorum Ecclesiae alienatione, Inscriptione, ac etiam Concambiatione peritus prohibita 84.

Quaestes turpes, et sordidi, ac praecipue usurae interdicuntur — — — — — — — 85.
De cultu, habituque externo Canonicorum, lusibus, ac choreis, venationibusque illicitis vitandis — — — — — — — — — 85.
De negotiis Communibus in Consistorio Capituli tractandis, et qualiter quisque in voto ferendo, voceque danda se gerere debeat — — 88.
De Secretis Capituli — — — — — 89.
De iis, qui gravioribus, et atrocioribus injuriis sese, vel intra, vel extra Capitulum afficere non verentur — — — — — — — — 90.
Contra eos, qui clancularia sodalitia et Conspirationis instituerut — — — — — — 92.
De Vita Canonicorum. honestaque familia eorundem — — — — — — — — — 92.
Praescribitur modus, quo contra sese mutuo Canonici, si dissideant, procedere debeant, ac alii quoque contra eos — — — — — — 94.
Circa optionem Domorum Canonicalium — 95.
De Testamentis Canonicorum vita functorum, eorumque qui ab intestato decedunt bonis, et rebus — — — — — — — — — 96.
De Concionibus, ac verbi divini praedicatione per Dnos Canonicos — — — — — — 98.
De Parocho ejusque oneribus — — — 99.
De Magistro Scholae — — — — — 100.
De Canonicorum officiis in Executionibus 102.
De Sigillo Authentico Capituli ejus asservatione, et obsignatione Literarum Authenticarum 103.
De Notario, ejusque ex Taxa Literarunm Portione — — — — — — — — — 104.

De Atcione instituenda contra eos, qui Donatione Regia Vineas, vel Domos aliaque Bona Ecclesiae sibi vindicant, et de Consensus Regii Impetratoribus — — — — — — — — — 105.
De Arendatione Praebendarum. Canonicalium, et Decimarum — — — — — — — — — 106.
De Decano, ejusque Electione — — — 106.
Officium Decani — — — — — — 107.
Circa Administrationem juris, cura Decani 108.
De rationibus super sua administratione a Decano reddendis — — — — — — — 109.
Proventus Decani — — — — — — 109.
De administratione juris in Bonis ubi Dominus Praepositus partem suam possidet et potissimum in Liszka — — — — — — — — 110.
De Campanatore. et temporibus, quibus pulsare debet — — — — — — — — — 110.
De Organista — — — — — — — 112.
De Publicatione, et relectione Statutorum in Consistorio Capituli, et Consessu Canonicorum certis cujusvis anni partibus — — — — 112.

Visitatio Ecclesiarum Scepusiensium facta per Joannem Sigray Praepositum. (1700)

Nomina Dominorum Praepositorum Sancti Martini de Monte Scepusiensi quorum notitia haberi potuit ex Archivo eiusdem Capituli — — 116.
Iurisdictio Praepositi Scepusiensis. — — 118.
Visitatae Collegiatae Ecclesiae S. Martini de Monte Scepusiensi — — — — — — — — — 121.
De Dote huius Ecclesiae — — — — 123.

De Abalienationibus Bonorum — — — 129.
De Capellarum Fundatione — — — — 131.
De Sacris Votivis Collegiatae Ecclesiae Scepusiensis — — — — — — — — — 133.
De Altaribus, Altariarumque, Erectionibus et Fundatoribus — — — — — — — — 136.
De Indulgentiis huius Ecclesiae — — — 140.
De Sacris Reliquiis — — — — — — 140.
De Divinis Servitiis — — — — — 141.
Primae Parochiae S. Martini Collegiatae Ecclesiae Filiales — — — — — — — — 145.
Reliquarum Ecclesiarum Visitatio est peracta 146.

Visitatio Secundae Parochiae

Liberae ac Regiae Civitatis Leuchoviensis (sic) — — — — — — — — — — 147.
Tertiae Parochiae Liberae Regiaequae Civitatis Késmarkiensis — — — — — — — 149.

Fraternitas, seu Decanatus:

I-ma Fraternitas 13 Oppidorum Regalium Spectantium ad Arcem Lublo — — — — — — 154.
Parochia Várallya 154. Olaszi 156. Neocomium 157. Rusquinium 158. Lajbicz 159. Majerky fil. 160. Villa Durandi 171. Villa Menardi 161. Straza 162. Poprad 163. Mons S. Georgii 164. Villa Mathei 165. Felka 166. Bela — — — 167.

II. Fraternitas seu Decanatus Oppidorum Montanorum

Parochia Wagendrisel, 169. Svedlér 170. Remete 171. Szomolnok 172. Stosz 173. Gölnicz 174.

III. Fraternitas seu Decanatus inferioris Fluvii Hernad:

Parochia Jekelfalu 175. Margitfalva filialis 176. Folkmar filialis 177. Klukno 178. Richno filialis 179. Krompach 180. Slatvin 181. Sigra 182. Dubrava filialis 182. Petrocz filialis 183. Polyánka 184. Felső-Szalók filialis 185. Harakocz filialis 186. Korotnok filialis 186. Mindszent 187. Ragyolcz filialis 188. Pongraczfalva 189. Superior Répás 190. Brutocz fil. 191. Wilbach 191. Olczno fil. 192. Körtvélyes 193. Vitkocz fil. 194. Haraszt fil. 195. Jamnik 195. Odorin fil. 196. Dienesfalva fil. 197. Markusfalva 198. Teplicska fil. 199. Mattheifalva fil. 200. Görgő 200. Damianfalva — — — — — — — — — — 201.

IV. Fraternitas Districtus Superioris Fluvii Hernad:

Parochia Harikocz 203. Smisan 204. Illésfalva fil. 205. Kuriman fil. 205. Quintoforum 206. Dravecz fil. 207. Lethánfalva 208. Tamásfalva fil. 209. Arnoldfalva fil. 210. Janocz fil. 210. Hadusfalva fil. 211. Káposztafalva 211. Schavnik 212. Hranovnicza fil. 213. Kubach 214. Kravján fil. 215. Vikartócz. fil. 215. Vidernik 216. Betlehemfalva fil. 217. Farkasfalva 218. Leukofalva 219. Abrahamfalva fil. 219. Pikfalva fil. — — — 220.

V. Fraternitas Districtus Superioris Fluvii Poprád:

Parochia Svabócz 221. Szent-András filialis 222. Gánocz 223. Hozelecz fil. 223. Teplicza 224.

Lucsivna 225- Mengusfalva fil. 226. Stirba 226. Vasecz fil. 227. Batisfalva 228. Gerlachfalva possessio 229- Oleszna possessio 230. Nagyszalok 230. Ujleszna fil. 231. Millenbach — — — — 232.

Quinquagesimae tertiae Parochiae Hunsdorff, cum Filiali, quae alias est Parochia per se Kakaslomnicz — — — — — — — — 233.

Parochia Zakocz — — — — — — — 234.

VI. Fraternitas Districtus inferioris Fluvii Poprad:

Parochia Busocz 235. Maldur filialis 236. Toporcz 237. Hollolomnicz 238. Kislomnicz fil. 239. Gurske fil. 239. Kolacsko fil. 240. Viborna 240. Tótfalva 241. Krig fil. 242. Lendak 243. Zdiar fil. — — — — — — — — — — 244.

VII. Fraternitas Districtus Dunajecz:

Parochia Richvald 245. Lechnicz 246. Lesnicz filialis 247. O-Falu 247. Mattyasfalu 249. Hanusfalva 250. Nedecza 251. Kaczvink 252. Also-Labs 253. Felső-Labs 254 Jurgov fil. 255. Krempach 255. Uj-Béla fil. 256. Fridman — — — 257.

VIII Fraternitas Districtus Lublo habet oppidum Podolincz — — — — — — — — — — 258.

IX. Fraternitas parochorum Ritus graeci Unitorum:

Parochia Poracs 259. Zavadka 260. Helczmanocz 260. Slovenka 261. Olsavicza 262. Also-

Répás 263. Torisza 264. Hundermark 264. Lipnik 265. Folvark filialis. 265. Oszturnya — — 266.

Numerus Animarum in hac Visitatione comprehensarum — — — — — — — — 268.

Nonullae Ecclesiae Rom. Cath. in Comitatu Scepus, anno 1702 per Rákóczy protestantibus traditae fuerunt — — — — — — 274—277.

Sacra Canonica Visitatio et statuta ven. Cap. Cathed. Ecclesiae Scepusiensis per Réva Eppum Scepus. peracta die 21 Mensis Decembris, anno Domini 1796. — — — — — — — — — — 279.

Literae Episcopales — — — — — 280.

De Ecclesia — — — — — — — 284.

De Officio Divino — — — — — — 286.

De Dignitatibus et Canonicis — — — 288.

De reliquis Clericis et Laicis Ecclesiae huic ministrantibus — — — — — — — — 290.

De Iuribus et Proventibus Temporalibus Capituli — — — — — — — — — — 291.

De Convocatione Capituli — — — — 293.

De vita et moribus Canonicorum — — 294.

De actibus et Obligationibus Legatis fidedignitatis — — — — — — — — — 295.

Responsa — — — — — — — — 298.

De Ecclesia — — — — — — 299—318.

De Officio Divino — — — — — 318—326.

De Dignitatibus et Canonicis — — 327—346.

De reliquis Clericis, Laicis Ecclesiae huic ministrantibus — — — — — — — — 346.

De Iuribus et Proventibus temporalibus Capituli — — — — — — — — 350—370.

De Convocatione Capituli — — — — 370.

De vita et moribus Canonicorum — — 373.
De actibus et obligationibus legatis fidedignitatis — — — — — — — — — 375.
De Ecclesia — — — — — — — 383.
De Officio Divino — — — — — — 387.
De Missis votivis — — — — — — 388.
His inquam praemissis — — — — — 389.
Diebus Feriatis — — — — — — 390.
Diebus festis et Dominicis — — — — 391.
Ad puncta reliqua de officio Divino sonantia — — — — — — — — — 392.
Poenae Absentium — — — — — — 396.
Causae Absentiam excusantes — — — 397.
Leges substitutionum quoad Chorum — — 398.
De officio Praepositi — — — — — 400.
De officio Lectoris, Cantoris et Custodis 403.
De Canonicis huius Ecclesiae in genere — 403.
Forma Iuramenti Professionis fidei — — 404.
Forma Iuramenti canonicorum Neorecipiendorum — — — — — — — — — 407.
De residentia Canonicorum — — — — 409.

CAPUT II.

Literae anni 1198-vi Emerici Regis Hungariae Scepusium (Szepesvármegye) respective praeposituram Scepusiensem non concernunt — — 418.
Ex apographo — — — — — — — 420.
Másolatból — — — — — — — 421.
Observatio auctoris manuscripti — — — 427.

Archdiaconatus Tárczaensis — — 427—433.
Archi-Diaconatus Tornensis — — — — 433.
1429., die 8-va Junii — — — — — 436.

CAPUT III.

Schematismus — — — — — — — 438.
Prima Fraternitas fuit XXIV. regalium Parochorum, quae 1278 ex sequentibus parochiis constitit — — — — — — — — — — — — 439.
II-a Fraternitas Superioris Hernad anno 1520. 440
III-a Fraternitas inferioris Hernad — — 440.
IV. Districtus Fraternitatis Lubló. — — 440.
V. Districtus Fraternitatis Dunavecz. — — 440.
VI. Fraternitas Inferioris Poprad — — 440.
VII. Fraternitas Superioris Poprad — — 441.
VIII. Fraternitas oppidorum Metalicorum — 441.
I. Decanatus superioris fluvii Poprad — — 442.
II. Decanatus inferioris fluvii Poprad — — 442.
III. Decanatus superioris fluvii Hernad — 442.
IV. Decanatus inferioris fluvii Hernad — 442.
V. Decanatus Montanus — — — — — 442.
VI. Decanatus Dunaviczensis — — — 443.
VII. Decanatus Graeci Ritus Unitorum — 443.
Erecta sede Episcopali Scepus. anno 1776 accessit ad Dioecesim Scepusiensem — — — 443.
Archi-Diaconatus comitatus Liptoviensis — 444.
Archi-Diaconatus Nitriensis comitatus Arvaensis — — — — — — — — — — 444.
I. Districtus Superior — — — — — 444.
II. Districtus inferior — — — — — 444.
Catalogus Cleri primus — — — — — 445.

Calendarium Ecclesiae Dioecesanum — — 445.
Antiquissimum Calendarium — — — — 445.
Domus presbyteralis — — — — — 446.
Domicilia Regularium — — — — — 446.
Vicarius perpetuus — — — — — — 447.
Tabella exhibens incrementum parochiarum, filiarum, Ecclesiarum etc. — — — — — 449.
Corolarium — — — — — — — **450—452.**
Schematismus Cleri Dioecesis Scepusiensis pro anno 1801.— — — — — — — — 453.
Capitulum Cathedrale — — — — — 455.
Canonici Honorarii — — — — — — 457.
Nomina Abbatorum et Praepositorum 458—461.
S. Sedes Consistorialis — — — — — 461.
Ecclesiastica aula — — — — — — 465.

In Archi-Diaconatu Cathedrali et Comitatu Scepusiensi — — — — — — — — 463—464.
Districtus Olasziensis — — — — 464—467.
„ Leutschoviensis — — — 467—469.
„ Schavnikensis — — — 470—371.
„ Felkaensis — — — — 472—473.
„ Kesmarkensis — — — 474—476.
„ Dunavitzensis — — — 476—479.
„ Lubloviensis — — — 479—481.

In Archi-Diaconatu et Comitatu Arvaensi — 481.
Districtus Superior — — — — 481—484.
„ Medius — — — — — 484—486.
„ Superior — — — — 486—489.
In Archi-Diaconatu et Comitatu Lyptoviensi 489.
Districus superior — — — — — 489—491.

Districtus Medius — — — — 491—495.
„ Inferior — — — — — — 495.
Sacerdotes Dioecesis Scepusiensis in variis Dioecesis Locis constituti — — — — — 499.
Domus Presbyteralis Dioecesana — — — 499.
Clerus junior in Seminario Archi-Eppali Posoniensi — — — — — — — — — 500.
Domicilia Regularium — — — — — 501.
Recapitulatio — — — — — — — 501.
Supplementum tardius inventarum Mutationum — — — — — — — — — — 502.
Quaedam notatu digna de Praeterito ac praesenti statu quorumdam beneficiorum parochialium Dioecesis Scepusiensis in Comitatibus Arva, Liptó et Szepes — — — — — — 503.
Corolarium — — — — — — — — — **506.**
Synodus Scepusiensis — — — — — 509.
Ordo Divinorum Officiorum in Sancta Synodo observandorum M D. XLV. — — 510—515.
Catalogus parochiarum tempore reformationis et subsequentibus annis in cottu Scepus, Arva et Liptó — — — — — — — — — 515.
Deplorandus Status Religionis Romano Catholicae in Arva — — — — — — — — 519.
In nomine Domini Amen — — — — 521.
Catalogus ministrorum verbi divini Aug. Confess. ac communitatum Aug. Confess. in Scepus 528.
XXIV. Regalium Fraternitas Nomina Pastorum inferioris Chornad — — — — — — 529.
Nomina Fratrum superioris fluvii Chornad 530.
Nomina Fratrum Ecclesiarum Montanarum 530.
Nomina Fratrum inferioris Poprad — — 530.

Nomina Fratrum superioris fluvii Poprad 531. Szepesolaszi 558. Poprad 560. Nagy-Szalók 562. Szepes-Szombat 563. Zsegra 564. Hunfalu 565. Kaczvin 567. Krempach 568. Lechnicz 569. Leibicz 570. Nedecz 571. Ruszkinócz 572 Svabócz 573. Szepes-Uj-Béla 575. Also Kubin 576. Szepes-Markusfalu 576. Odorin 578. Topporcz 580. Podolin 582. Batizfalu 582. Alsó-Ruzsbach 582. Felső-Répás 584. Ganócz 585. Uj-Lubló 586. Liptó-Szent-Ivan 586. Landek 587. Hobgard 588. Liptó-Rozsahegy 588. Szlécs 588. Kis-Lomnicz 589. Lipto-Szent Erzsébet 591. Körtvélyes 591. Abrahámfalva 593. Késmark 594. Szepes-Teplicz 596. Káposztafalva 597. Polyanócz 598. Komjathna 599. Richvald 599. Szepes-Tótfalu 600. LiptóSzent-Miklós 601. Bussócz 601. Szepes-Mindszent 602. Szepes-Görgő 604. Hollo-Lomnicz 606. Kubach 607. Lethánfalu 609. Liszkofalva 611. Namensztó 612. Szlatvin 613. Szepes-Sümegh 614. Szepes-Véghely 616. Vidernik 617. Oravka 619. Nota 620. Podvilk 624. Thurdossin 624. Arva-Váralja 625. Hybbe 625. Mátyásfalu 625. Felső-Lapos 626. Lokcza 627. Dubova-Colonorum 627. Arva-Nagyfalu 627. Nizsna 628. Zdjár 628. Dovaló 629. Kvacsán 629. Alsó-Lapos 630. Klukno 631. Nota 631. Alsó-Lipnicza 633. Haraszt 634. Nagy-Frankvágása 634. Zakamené-Klin aliás Klinik 634. Liptó-Oszada 636. Veszele 636. Teplicska 637. Tribs 637. Zubrohlava 638. Ó-Rabcsa 639. Majerka 640. Jurgov 641. Lessnicz 642. Trsztena 643. Zazriva 645.

Anno 1787. in parochiam evectae: I. In Arva: Chyzsne 647. Chlebnicze 648. Csimhova 649. Erdődka 651. Felső-Zubricza 652. Habovka 654. Hladovka 655. Hrustin 656. Jablonka 658. Knyazsa 659. Krusetnicza 660. Mutne 661. Novotty 662. Pekelnik 664. Rabcsicze 666. Usztye 670.

II. In comitatu Liptó:

Gombás 672. Hutti 672. Ludrofalva 672. Luzsna 673. Revucza 673. Sztankován 673.

III. In comitatu Scepusiensi:

Istvánfalva 673. Mnisek 673. Pálmafalu — 673.
Anno 1788. Bobró in Arva — — — — 673.
Anno 1795. Vikatrócz in Scepusio — — 675.
Novae parochiae e locali Capellenia in Parochiam anno 1808 evectae: In Scepusio Nagy-Hnilecz 676. Kis-Hnilecz 677. Szepes-Szent-Lőrincz 677. — In Liptó: Malatina 677. Maluzsina 678.
Anno 1809. in Arva: Bielipotok — — — 678.
Anno 1809 in Liptó: Alsó-Mattyasócz 680. Hrbolto: — — — — — — — — — 680.
Anno 1809 in Scepusio: Helivágás 680. Kolacsko 680. Relov 680. Savnik pagus 681. Nota 682.
Ladislaus Gubernator Abb. B. M. V. de Savnik indulgentias 140 dierum impetravit. 682. Zavada — — — — — — — — — — 683.
Anno 1815 in Arva: Olah-Dubova — — 683.
Anno 1826 in Liptó 684: Lucsky 684. Okolicsno 684. Proszék — — — — — — — 684.
Anno 1826 in Liptó 684: Nagy-Borove — 684.
Anno 1865 in Arva 684: Kriva — — — 684.
Anno 1884 in Liptó 685 Lykavka — — 685.
Anno 1886 in Szepes: Csontfalu — — — 685.

Additamenta:

Felső Kubin 686. Nota 687. Namesztó 688. Oravka 689. Nizsna 691. Lokcza 691. Observatio 694 Podvilk 695. Thurdossin 696. Arva-Váralja 699. Dubova Colonorum 699. Arva-Nagyfalu 701. Nota — — — — — — — — — 702.

CAPUT IV.

Capellani, Cooperatores. Praebendati — — 704.
Andreas Nicolai de Odorino 704. Joannes V. Horváth de Lomnicza 705. Joannes Chrisostomus Desewffy de Csernek 714. Franciscus Liptay 714. Paulus Richnavszky 715. Paulus Szmrecsányi 715. Alexander Párvy 716. Cancellaria Dioecesana a. 1903. — — — — — — — — — — 717.

CAPUT V.

Memorabilia Quaedam scitu digna Capitulum Scepusiense concernentia.

Introductio Praepositorum — — — — 720.
Installatio Canonicorum — — — — — 722.
Controversia inter Joannem Sigray Praepositum Scepusiensem et Cardinalem Ducem de Saxonia Archi-Eppum Strigoniensem — — — 724.
Catastrum Defunctorum Capituli Scepusiensis recens — — — — — — — — — 731.
Index — — — — — — — — — 735.

Dilectis in Christo filijs, Domino Praeposito, et Capitulo Venerabili Scepusiensi, Salutem et Paternam Benedictionem.

Cum ob multiplices temporum difficultates Visitationem Capituli nostri Scepusiensis, in propria persona peragere non possemus, expediveramus ad hoc munus Reverendissimum Dominum Emericum Lossi, Electum Episcopum Varadiensem, Canonicum et Lectorem Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis, ac Generalem Vicarium nostrum in Spiritualibus: Qui quidem ad nos reversus, exhibuit ac praesentavit nobis integrum processum Visitationis a se peractae, cujus tenor est hujusmodi.

Literae continentes Commissionem Visitationis.

Nos **Petrus Pazmany,** Miseratione Divinâ Archi-Episcopus Ecclesiae Metropolitanae Strigoniens., locique ejusdem Comes perpetuus, Primas Hungariae, Legatus Natus, Summus Secretarius, et Cancellarius, nec non Sacratissimi Principis, ac Domini Dni **Ferdinandi secundi** DEI Gratia Electi Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiaeque etc. Regis, Archi-Ducis Austriae, Ducis Burgundiae, etc. intimus Consiliarius etc. Venerabilibus Fratribus, Dno Praeposito, et Capitulo Ecclesiae nrae Scepusiensis. Salutem a DEO Sempiterna. Magno animi nostri moerore uidimus annis superioribus Venerabile Capitulum Scepusiense, communi cum caeteris Eccijs Regni Hungariae calamitati inuolutum, omnia hostilis impetus discriminia adijsse: bonorum direptiones, exilia, caedes, et quicquid asperum cogitari potest, sustinuisse. Atque ideo, desiderio jam pridem tenebamur uidendi hanc Ecclesiam nram Scepusiensem, ut et Christi Athletis coram gratularemur: et Paternae Visitationis consolationem pro mensura gratiae Divinae nobis concessae singulis impertiremur: simul etiam, ut siquid in hac tam longa turbulentissimarum tempestatum Procella dissipatum, vel laxatum foret juxta Regulas Canonum resarciremus. Caeterum cum aetas, morbis, ac annis gravis, aliaque impedimenta profectionem nram praepediant. Et mihilominus necessarium uideatur salutarem Ecclesiae illius Visitationem peragere: certisque, ac perennaturis Statutorum Legibus adstringere, quae dubijs, ac incertis consvetudinum usibus servari illic animadvertimus. Idcirco expedivimus ad Vos Reverendissimum Dominum Emericum Lossi, Electum Episcopum Varadiensem Nostrum in Spiritualibus Vicarium Generalem, ut nomine, et authoritate nostra Capitulum istud Scepusiense, Praepositum sct. et Canonicos, caeterosque

1. b. omnes ad eos spectantes Ecclesiasticos, juxta praescripta Canonum visitare, informare, reformare, corrigere, ac Salubribus Statutis roborare possit, ac valeat, perinde ac si Nos Ipsi in Persona interessemus, ut demum hujusmodi Visitationis totam seriem ad Nos relatam, Nos quoque confirmare valeamus. Fraternitates itaque Vestras paterne monemus, eisdemque in Domino comittimus, et mandamus: ut prae-

dictum Dominum Vicarium Visitatoremque nostrum debita reverentia suscipiant, eique in omnibus peraeque, ac Nobis Ipsis obediant, utpote, cui plenam a Nobis authoritatem concessam intelligunt, reformandi, statuendi, ordinandi, ac ea omnia faciendi, quae juxta Canones necessaria videbuntur ad illius Ecclesiae Spirituale, ac temporale bonum procurandum. Siqui vero (quod absit) inobsequentes quocunque modo deprehenderentur, ut in eos debita animadversione juxta Canones advertat idem Dominus Visitator, volumus et mandamus. DEUS Fraternitates Vestras bonis Caelestibus cumulatas omni Benedictione repleat. Datum Tyrnaviae in Curia nostra Episcopali, Sexta Die Mensis Januarij, ANNO Domini Millessimo Sexcentesimo Vigesimo Nono. Petrus Pazmany Archi-Eppus Strigoniensis.

Inchoatio Visitationis.

In Christi Nomine ejusque Matris Gloriosae Virginis MARIAE SS. que Apostolorum Petri, et Pauli, necnon beatissimi Martini Episcopi, et Confessoris praecipui Patroni Ecclesiae Scepusiensis, Anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono, Indictione Duodecima S. D. N. Urbani Papae VIII, Anno SEXTO Reverendissimus Dominus Emericus Lossi, Electus Episcopus Varadiensis ex Illustrissimi, ac Reverendissimi in Christo Patris Domini Petri Pázmány Archi-Episcopi Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, Locique ejusdem Comitis Perpetui, Primatis Hungariae, Legati Nati, Summi Secretarij, Cancellarij, ac Sacrae, Caesareae, Regiaeque Mattis, Intimi Consiliarij Speciali

commissione, ac Mandato, ad Insignem Ecclesiam Collegiatam Scepusiensem specialiter missus, et datus Visitator, die vigesima sexta Mensis Januar, hora Nonarum vel circa, postquam de Spiritu Sancto Sacrum Missae officium solenniter fuisset peractum, in Loco Capitulari consveto ipsius Ecclesiae Scepusiensis ad hoc deputato, constitutus, convocatis in unum omnibus, et singulis Dnis Canonicis, pro tunc praesentibus et residentibus ac Capitulum facientibus, advocato etiam Domino Praeposito, infrascripta formavit Capitula, in scripta redacta, quae coram ipsis Dominis legi, et publicari fecit, requirens Eos, et Eorum quemlibet, quatenus ad conscientias ipsorum DEO debitas meram, et puram super Capitulis dictae Visitationis, quae sciunt, credunt, aut fama audiverunt, dicere, et respondere debeant, et teneantur veritatem. In quo quidem Capitulo, et visitatione interfuerunt Praepositus Dominus Ladislaus Hosszutothy, Canonici autem D Stephanus Franiafy Lector, et Vicarius, Blasius Siculus Cantor, Georgius Nemcziczky alias Motus Custos, qui tamen sub ipsum Visitationis tempus ad religiosum Statum migravit, Laurentius Mogliensis, qui dum visitatio continuaretur obijt, Elias Svasiovius, Caspar Hagelius, Joannes Almássy, Caspar Hoffman, Gregorius Kaszoni, Thomas Czutzkovyth, Benedictus Rechenius. Cum autem ea esse cognoscatur humanae memoriae fragilitas, ut nisi scripturae praesidio muniatur, et fulciatur, facile etiam eorum, quorum exactam habebat notitiam, obliviscatur, sicque facile intereat, notarum quoque rerum cognitio: idcirco ne temporis tractu, quae in ipso Visitationis actu fierent, tractaretur, et decernerentur, interciderent, voluit et mandavit prae-

dictus Dominus Visitator, ut omnia, quae in ipso Visitationis actu sciret, inquireret, et experiretur, cum de Statu ipsius Ecclesiae Scepusiensis

2. a. praefatae, tum vero Domini Praepositi, ac Canonicorum Capituli, Ministrorumque caeterorum ejusdem Ecclesiae. Item ipsius Ecclesiae bonis, possessionibus, redditibus, proventibus, emolumentis, Juribus, libertatibus ac privilegijs, Canonicorum Numero, alijsque praesertim juxta Capitula publicata, ac promulgata, ea omnia, ad conservandam, retinendamque perpetuis futuris temporibus memoriam, in scripta fideliter redigerentur, quod factum est, prout sequitur.

Capitula seu Articuli Visitationis.

1-mo. A quo fundata Ecclesia ipsa tam quoad Praepositum, quam Capitulum, et sub quo Titulo, ac Patrocimio?

2-o. Quibus Bonis, Possesionibus, Redditibus, ac Proventibus est dotata. Et quibus Privilegijs, ac Libertatibus privilegiata, tam quoad Praepositum, quam Capitulum. Et quae distincta Jura, Bona, Possessiones, ac Proventus sunt Capituli, ac D. Praepositi?

3-o. Bona aliqua, Possessiones, Jura, Proventus, ac Emolumenta, tam Praepositi, quam Capituli, nonne sunt alienata, impignorata, aut inscripta: quae autem essent alienata, impignorata, vendita, aut inscripta quando? per quos? quibus? qualiter, & quomodo?

4-o. Post Dominum Praepositum, quae Dignitates, et quot numero Canonicatus Praebendati habeantur ex primaeva fundatione, — Et an aliquem ex Canonicatibus Dominus Praepositus obtinere possit? et quae sint singulorum Officia?

5-o. Qua forma, et solennitate recipiuntur D. Praepositus, et novi Canonici? Emittuntne tempore receptionis Professionem Fidei, et praestantne sub aliqua forma peculiare Juramentum, et quae est illa forma? Et quis investit Canonicos de novo admissos? Et in quo ordine debent esse, qui recipiuntur in Canonicos?

6-o. Quis ordo, series, ac praeeminentia servatur inter Dominos Canonicos, tam in Choro, quam in voce ferenda in Capitulo, ac etiam in Processionibus publicis?

7-o. Qualis Residentia requiritur penes Ecclesiam, tam a D. Canonicis, quam a Domino Praeposito, et qualis Poena extat non residentium?

8-vo. Proventuum, ac Reddituum Capituli communium qualis observatur Divisio? et an aedes proprias habeant, Dominus Praepositus, et Canonici, earumque obtinendarum, quae sit Ratio?

9-no. Canonicorum e vivis excedentium, quomodo, et qua Ratione disponuntur Bona, et Proventus, et quis in eis succedit?

10-mo. Sunt ne praeter Dnum Praepositum, Dnosque Canonicos alij Clerici, et Ministri Ecclesiae? quot sunt ij, et qui?

11-mo. Horum aliorum Ministrorum, et Beneficiatorum sunt ne propriae Aedes, Bona, Proventus, et Emolumenta, et quae ea sunt?

12-mo. Nonne sunt aliqua Beneficia suppressa, et quae illa, et quando, et per quos sunt suppressa?

eorumque Bona, Possessiones, Redditus, ac Emolumentu, quo sunt conversa?

13. Divinum Officium, utpote Matutinum, Laudes, ac aliae Horae decantanturne quotidie? et qui decantant? quo ordine, ac quo Horarum intervallo, et num laudabilis, ac Religosa in hujusmodi re observatio, non sit? vel imminuta, vel intermissa in aliqua parte, in qua restitui debeat?

2. b. 14. Quae Mssae celebrantur quotidie in Ecclesia, per quos? quo tempore? et quo ordine?

15. Diebus Festis, ac solennibus, Vesperas ac solennes Missas, qui, et quo ordine consveverunt decantare, et quibus assistentibus, ac Ministrantibus? Et quis ordinat, quae forma, tam hujusmodi Solennium Missarum, quam Decantationis Divini Officij Seriem?

16. Absentes a Choro, item qui vesperarum, ac Sacrae Missae Decantationem negligunt, dum eos ordo tangit, puniunturne, et qua Poena?

17. Libri in Choro, ad preces, Missasque decantandas necessarij, et oportuni habenturne? quis eos curat? cujus expensis restaurantur? veteres et attriti, vel emuntur, ac procurantur novi, si necessitas postulet?

18. Sacrae suppellectilis, et Clenodiorum Ecclesiae, extatne Inventarium, quod proferri possit? Quis autem ornamentorum Altaris, ac Sacerdotalium Vestium curam habet, ut nitide, et cum decore asserventur?

19. Oblata, utpote panem, et Vinum, ad Sacri Altaris Ministeria, ac ad Sacras Missas, quis administrat quotidie, sicut et Luminaria necessaria?

20. Custodia, et asservatio Sacrae Eucharistiae, Chrismatis, Aquae Baptismalis, et Caeterorum cujus officij est? et qua cura, quave Munditia ista omnia asservantur.

21. Administratio *Sacramentorum* cujus officij est, et an in ijs administrandis non admittatur aliquis defectus?

22. Eorum, qui Baptisantur, qui Confirmationis Sacramentum recipiunt, qui Matrimonio junguntur, referunturne Nomina in Libros, ad hoc deputatos? et cujus curae est eorum Nomina in Libros referre?

23. Cui incumbit munus concionandi, et an debite illud perficiatur? Et an etiam Festa, ac jejunia denuncientur? et quo tempore?

24. Sepulturam Mortuorum, quis curat, et qua Solennitate, eoque Nomine quid, et quantum accipitur?

25. Trina Denunciatio Matrimonio jungendorum, tribus continuis Festis diebus observaturne? et quis eam Denunciationem facit?

26. Ecclesiae Fabricam quis curat, et quibus Proventibus, ac Redditibus?

27. Administratio Bonorum, et Proventuum qualis est? et per quem administrantur?

28. Quibus temporibus conveniunt D. Canonici ad deliberandum, et consultandum de suis negotijs necessarijs, et an etiam D. Praepositus convenire cum illis in loco Capitulari consveverit? et per quem convocentur? et quae est Poena non convencientium cum alijs?

29. Sacristia asservaturne semper munde, et nitide, et vasa Sacra, indumenta, ac paramenta ad

Sacram Missam necessaria, non solum Festis Diebus, sed quotidie proponunturne? ac disponunturne eo ordine, ut siquis Sacram Missam celebrare velit, non oporteat ea hinc inde conquirere, sed possit servata sua Devotione statim ad manus habere? et an toto tempore celebrandarum Missarum ista Dispositio, et Ordinatio Sacrorum Vasorum, Vestium, ac paramentorum duret? et cui haec Cura incumbit, quisve teneatur toto hoc tempore in Sacristia adesse, et necessaria suppeditare?

30. Pulsaturne ad Divinum Officium, et Missas tempore suo, et a quo pulsatur?

31. Habetne Ecclesia Sacras aliquas Reliquas, et quae illae sint? quave Religione asserventur?

3. a. 32. Num etiam aliquae Indulgentiae habeantur, et quae illae sunt? et an extant Literae, ac Privilegia super ejusmodi Indulgetijs?

33. Scholas habetne Ecclesia, quique sint earum Magistri, ac alij Ministri, ijque a quo habeant intertentionem, et salarium, et quis illis superintendat, quive defectus reperiantur Scholarum?

34. Habenturne aliqua Statuta, et consvetudines Ecclesiae, quae in scriptis proferri possunt, ad quorum Normam Actiones, et functiones suas Domini Canonici, caeterique Ecclesiae Ministri dirigere debeant? Et an ea observentur, adhibeaturque animadveriso contra non observantes, praesertim contra eos, qui sese mutuo injurijs afficerent?

35. An sint, et vigeant aliqui Excessus, et defectus inter Dominos Fratres, aliosque Ministros Ecclesiae, qui corrigi et emenandari salubriter debeant?

Quibus ut praefertur Lectis et publicatis, annotati Domini Praepositus nimirum, et Canonici responderunt, sequidem, eo quod a Domino Visitatore jam antea praedictorum Capitulorum, ac Articulorum copiam habuerunt, de ijs, quae dici, ac responderi debebunt mature inter sese egisse, ac tractasse, nihilominus, tamen si placeret eidem Domino Visitatori unum, atque alterum Diem sibi dari ad deliberandum, et respondendum ulterius postularent: quorum legitime Petitioni annuens, saepedictus Dominus Visitator, concessit ijsdem duos Dies, quibus expletis ad singula Capitula, et Articulos responderunt, prout jam sequitur.

De Fundatione et Titulo Ecclesiae.

Ad primum Articulum responderunt unanimiter, ipsis quidem certo non posse constare de primaeva fundatione Ecclesiae, tam quae ad Praepositum, quam quoad Capitulum, eo quod tempore Vastationis Tartaricae, prout ex Literis Belae Regis tempore Matthiae Praepositi Anno Domini 1249. super Possessione Almas datis constaret, universae Literae Ecclesiae perijssent: nihilominus tamen ex traditionibus antiquis crederent, primum Fundatorem exstitisse Sanctum Stephanum Regem Hungariae, post certos suos hostes devictos, eundemque fundamenta Ecclesiae sub honore et Patrocinio Sancti Martini Episcopi Confessoris, quem peculiari Devotione colebat, iecisse: Colligeretur-que ex antiquis Literis Ecclesiam S. Martini de Monte Scepusiensi olim vocatam esse. Et quia Ecclesia duplici Turri conspiceretur esse exornata, conjecturam daret

de fundatione S. Stephani, qui Ecclesias a se fundatas duplicibus turribus consveverat exornare. Licet autem Ecclesia nunc collegiata insignis sit, fuisse tamen aliquando Cathedralem dixerunt, extarent enim Literae cum hoc titulo. Jacobus DEI, et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Scepusiensis. etc. quem Jacobum uixisse circa Annum Domini 1298. fuisseque Secretarium Venceslai Interregis, Sepultumque esse Budae retulerunt, confirmaretur autem id, quod Ecclesia Scepusiensis olim Cathedralis fuerit, his Verbis Pij II. Summi Pontificis, in Literis Indulgentiarum de Anno Domini 1459. Ecclesiae praedictae S. Martini consessarum expressis: Cum igitur sicut accepimus Collegiata. S. Martini in Scepus. Dioecesis Strigoniensis; ut antiquis constat Privilegijs, olim Cathedralis extiterit. etc. Vidit autem praefatas Literas, quarum mentio fit, Dominus Visitator.

De Libertatibus Ecclesia.

Circa particulam illam Secundi Articuli, quibus libertatibus, et privilegijs gaudeat Ecclesia, produxerunt

3. b. literas, ex quibus constabat olim libertatem Electionis Praepositorum fuisse penes Canonicos, et Anno quidem 1301. electum fuisse juxta hanc libertatem Paulum Praepositum, Anno autem 1313. Joannem Praepositum Bosznensem Archi-Episcopi Strigoniensis Bolezlai Cancellarium. Post praedicti autem Pauli Praepositi electionem, hujusmodi Instrumentum super comprobatione liberae electionis produxerunt; In Nomine Domini Amen. Anno Domini

1302. Indictione 15. Pontificatus Domini Bonifacij Papae VIII. Anno VIII. Die 24. Mensis Januarij constitutis coram Revdmo Patre, et Dno Fratre Nicolao DEI Gratia Ostiensi, et Veletrensi Episcopo Apostolicae sedis Legato, Venerabilibus Patribus Dominis Paulo Episcopo Quinque-Ecclesiensi, Fatre Antolino Episcopo Csanadiensi, Joanne Episcopo Nitriensi, et discreto viro Domino Seraphino Praeposito Posoniensi, in Camera ipsius Cardinalis, idem Legatus, et Dominus Artegradus de Lendenaria, Archipresbyter Padovanus, Ipsius Domini Legati Cancellarius, interrogavit eos omnes, et singulos, ad quem spectabat electio, seu praesentatio Praepositi Scepusiensis, cum vacabat Praepositura Scipisiens. utrum ad Regem Hungariae, qui est pro tempore vel ad Capitulum Scipisiense, aut ad alium, vel alios: et tunc ijdem Episcopi, et Praepositus, omnes, et singuli unanimiter, et concorditer responderunt, quod nec electio, nec praesentatio Praepositi Scipisiensis spectabat ad Regem Hungariae, sed solum ad Capitulum Schypisiense spectabat ipsa, et spectare consvevit temporibus retroactis, et confirmatio ipsius ad Archi-Eppum Strigoniensem, qui est pro tempore, et quod Praepositus Scypisiens. qui est mortuus ultimo, fuit electus per Capitulum Scypisiense et Archi-Episcopus Strigoniensis confirmavit eundem. *Actum in Camera dicti Domini Legati.*

Subscriptio Notarij Publici.

Et ego Nicolaus Raynery de Interana Apostolica Imperialique Authoritate Notarius Publicus praedictis

interrogationibus, et responsionibus interfui, et de mandato, et authoritate praefati Domini Legati, et ejus Cancellarij, scripsi, et in publicam formam redegi, meoque consveto signo signavi rogatus.

Exhibitum etiam est Privilegium Caroli Regis de dato anni 1323. in Transumpto Literarum Conventus S. Joannis Baptistae de Jaszow, sub dato anni 1343. quo Populi, seu subditi Ecclesiae Scepusiensis eximuntur, in quibusvis criminum casibus, a iudicatu, et Jurisdictione Comitum Scepusiensium, ac quorumcunque Judicum aliorum subjiciunturque solius Praepositi ac Ecclesiae Jurisdictioni.

De Jurisdictione Spirituali Dni Praepositi.

Ex varijs, ijsque Authenticis literis a Dno Visitatore visis, et accurate lectis, apparuit fuisse Praepositorum Scepusiensium Jurisdictionem, extra etiam illum Statum, quo Ecclesia ipsorum Episcopali Cathedra fuerunt exornata, semper quasi Episcopalem, et utraque Jurisdictione, tam fori Judicialis, seu contentiosa, quam voluntaria Praepositos praedictos gavisos et usos fuisse: fundarunt enim beneficia, et Canonicatus, concesserunt aedificationem Capellarum, et Ecclesiarum, judicarunt causas, perse, vel suum Vicarium, cum libera tamen Provocatione Causarum per viam Appellationis, ad sedem Metropolitanam Strigoniensem Indixisse, et celebrasse Synodos in suo Districtu, et Jurisdictione. Verum ita, ut, siqui ad Synodum Metropolitanae Ecclesiae Strigoniens Provincialem sponte venire vellent; nullatenus impediri deberent. Instituisse quotannis perse Visitationes, quas a festo

S. Michaelis incipiendo, usque ad Feriam quartam Carnisprivij finire fuerint obligati, nec diutius, quam per Noctem, et Diem unum in quavis Plebania potuerunt morari: Ut autem Philippus Archi-Episcopus Strigoniensis amicabili Compositione coram ipso de Anno Domini 1278. interveniente declaravit, a Septuaginta Mansionibus Census Cathedraticus solvendus

4. a. fuit Domino Praeposito Scepusiensi, cum a centum mansionibus praetenderetur antea solvendus. Districtus autem Praepositi Scepusiensis, non solum Scepusium amplectabatur olim, sed et Districtum Tarcza in Comitatu Saarossiensi, ut ex literis Thomae Archi-Episcopi Strigoniensis patuit, de dato anni 1312. in quibus Confraternitatem quoque D. Archi-Eppus in eodem Districtu Tarcza erigit, cum Concessione Indulgentiarum 40. dierum, quoties Confraternitates Congregationi, vel exequijs Confratrum Fratres interfuerunt. Requisiverant autem Dominum Archi-Eppum praedictum, nomine reliquorum Plebanorum, in praedicto Tarczensi Districtu existentium, Plebani de Tarcza, et de Chriva, ac de septem tilijs affirmante Praeposito quoque Scepusiensi, quod Parochi ejus Districtus de sua Jurisdictione fuerint ab antiquo. A singulis autem praedictis Septuaginta Mansionibus, Singulis Annis una Argenti Marca Budensis, cum quatuor Ponderibus pendi debeat Domino Praeposito, quae ante omnia Legata Plebanorum decedentium extrahebatur, si testati decessissent, nec pro illo anno solvissent, habebant enim Plebani liberam testandi facultatem. Quod fiebat etiam tunc, quando Plebanos intestatos decedere contingebat. Quo

easu, quod ultra unam Marcam, et quatuor pondera ex bonis mobilibus Plebani defuncti super extabat, id totum pro futuro Plebano per Vicarium Domini Praepositi, et duos seniores Plebanos asservari debeat quod in praedictis Philippi Archi-Eppi Strigoniensis literis declarabatur.

De bonis, possessionibus, proventibus, et emolumentis Ecclesiae.

Circa secundum Articulum quoad Possessiones Proventus, et Emolumenta responderunt: diversis Bonis, Possessionibus, Redditibus, ac Proventibus fuisse Ecclesiam, tam quoad Dnum Praepositum, quam quoad Capitulum a Divis Hungariae Regibus dotatam. Liszka oppidum in Comitatu Zempliniensi alias Liszka Olaszy nuncupatum, ac Domino Praeposito, et Capitulo, commune donatum esse a Bela Rege Anno Domini 1248. eamque Donationem a Stephano ejusdem Belae Regis filio Anno 1278. confirmatam fuisse. Possessionem Lethonfalua in Comitatu Scepusiensi eundem Belam Regem donasse. Super Kis-Ida, et Szebes extare Adjudicatorias Nicolai de Gara Palatini Regni Hungariae de Anno Dni 1406. cum Restatutorijs Conventus S. Joannis Baptistae de Jaszow, Jure emptio in Marcis ducentis quinquaginta fini Argenti. Super Félgaradna autem alias Petri extare alias literas Adjudicatorias ejusdem Palatini cum Statutorijs titulo emptionis in octuaginta Marcis accedentibus literis privilegialibus Belae Regis, esse autem haec posteriora quoque Bona communia cum Domino Praeposito, divisaque in duas aequales Partes

etiam in prouentibus, ac obuentionibus, in Petri tamen Praedium quoddam Sadany uocatum haberi solius Capituli, a quodam Gregorio Rasom perpetuo Jure emptum, et docerent Literae Conventus de Jaszow de dato Anni 1523. Almas possessionem fuisse Ecclesiae etiam ante Belam Regem, apparebat, ex Literis novae Donationis ejusdem Regis, sub dato anni 1249. quam Donationem iterum confirmavit Ao 1320. Carolus REX. Hanc possessionem possidet solus Praepositus, ejus tamen dimidietatem ad se pertinere condendit Capitulum. Sed D. Visitator nihil aliud circa hoc reperire potuit, quam quod in concordatis D. Praepositi Nicolai, et Capituli coram Leonardo de Pensano Vicario Strigoniensi anno 1390. factis habeatur, decimas de Liblian (sic), et Podolin, medietatemque possessionis Almas eidem Domino Praeposito concessisse Capitulum, eo quod ipse quoque annuerit, ut absentium Canonicorum proventus solum Capitulum pro necessitatibus Ecclesiae percipiat, ac Canonici Liberam habeant testandi facultatem. *Kolaczko* possessionem ex aequo D. Praepositum, et Capitulum olim possedisse retulerunt. Verum Joannem Horváth olim Praepositum permutatione facta cum Capitulo de portione ejusdem in eadem possessione, cum Vinea quadam in promonthorio Liscensi Baba vocatam, totam postea possessionem Fratri suo Ladislao Horváth Jure perennali inscripsisse in

4. b. florenis Trecentis, eademque possessionem ad tertias quoque manus in majori summa jam deuenisse; Vineam quoque praedictam a Domino Martino Pethe Praeposito e manibus Capituli occupatam postea fuisse, et sic Capitulum tam medietate praedictae

sem. biskupa J. Volf

possessionis Kolaczko, quam etiam Vinea praedicta carere, implorareque in hac re auxilium. Dominus autem Praepositus respondebat, se quidem Vineam possidere, sed neque praedictae permutationis, aut alienationis, vel occupationis ullum authorem esse, inchoasse tamen se recuperationem praedictae possessionis Juris via, ac etiam prosecuturum. Jussit autem D. Visitator eidem D. Praeposito, ut recuperationem inchoatam prosequatur suis expensis eo quod Vineam praedictam prae manibus habeat, ad quod successores quoque ipsius obligati manebunt: factaque reali possessionis recuperatione, ipso facto tota ejus dimidietas Capitulo sine ulla difficultate cedere debebit. Oppidum *Geöncz* ad D. Praepositum, et Capitulum pertinere in Comitatu Aba-Ujvariensi demonstrarunt ex Testamentaria dispositione Stephani quondam Zapoliay (sic) Comitis Palatini Regni Hungariae, cujus Testamentariam dispositionem in hac parte confirmatam fuisse ab Vladislao Rege Hungariae cum Juris Regij Donatione similiter ostenderunt, sicut et puram Statutionem. Liquebat autem in pacifica quoque possessione fuisse Ecclesiam Scepusiensem ejus oppidi, usque ad tumultus Joannis Zapoliay Regni Hungariae coronam affectantis, ac eo primum tempore per occupationem avulsum fuisse idem oppidum ab Ecclesia: quod animadvertens Joannes Thurzo, qui Arcem Scepusiensem obtinuerat, coepit via occupationis in Comitatu Aba-Wyuariensi ad obtinendum idem oppidum, tamquam ad Arcem suam Scepusiensem pertinens, primum quidem contra Imperatorem ac Regem Ferdinandum, deinde vero contra Stephanum Dobo agere. Cujus actio cum progre deretur in dicto Comitatu Gregorius quoque Bornemisza

Episcopus Varadiensis, ac eo tempore Praepositus Scepusiensis cognito, quod praedictum oppidum optimo Jure, non ad Arcem Scepusiensem, sed ad suam Ecclesiam Scepusiensem pertineret, ingessit se actioni familiae Thurzoianae ejusque ingessio admissa est in Comitatu, qua admissa, cum de optimo Ecclesiae suae Jure, occupationeque oppidi saepefati, ab ea sufficienter docuisset, readjudicatum fuit ipsi, et Ecclesiae ejus oppidum in Comitatu: quo Judicio non contentus Thurzo, per appellationem deduxit illud ad tabulam suae Majestatis, readjudicationem autem Comitatus approbavit Tabula suae Majestatis, ac penes Remissionales ex Tabula restatutio quoque in Comitatu est peracta. Erat igitur in possessione praememorati oppidi Ecclesia Scepusiensis tam diu donec hujusmodi praetensionem non adinvenit familia Thurzoiana; nempe quod causa penderet adhuc in appellatione, quoad ingessionem, quam potissimum appellasset, nec in ea parte fuisset a Comitatu transmissa, deberetque in ea parte, quoque de novo transmitti ac judicari, cum transmissio in hujusmodi parte, non sua, sed Judicum culpa fuisset omissa: atque in hac sua praetensione praedicta familia eo processit, ut ad Mandatum superioris Judicis debuerit Comitatus de novo transmissionem causae facere. Re igitur in Tabula penes novam transmissionem de novo multum agitata, cum cadere se a causa in Tabula familia Thurzoiana vidisset, deduxit eandem in praesentiam Domini Locumtenentis per viam appellationis. Atque ibi demum reformato priori Judicio deliberationem extitit, non debuisse admitti in occupationis actione ingessionem in comitatu, eamque ruere debere, qua

ruente restituendam esse familiam Thurzoianam. Hac igitur sola via nempe solius ingessionis cassatione, per quam actio fuerat inchoata, remota fuit Ecclesia Scepusiensis, a possessione oppidi Geöncz (sic), cum alias optimo Jure ad eam Ecclesiam oppidum illud pertineat. Jussit igitur D. Visitator, ut pro optimo Ecclesiae Jure quod non est extinctum, actio quamprimum instituatur, ejusque prosecutio communibus

5. a. expensis D. Praepositi, et Capituli fiat: atque in hunc finem communi salario conducti procuratores habeantur, assistatque sempér pro rata, tam quoad expensas, quam quoad alia ex Capituli ordinatione, aliquis Canonicus D. Praeposito, negotium syncere, et candide promouenti. Et hoc sub graui animaduersione seuerissimeque utrique parti est a Do. Visitatore injunctum, qui articulum quoque sextum Transactionis, coram Illustrissimo quondam Dionysio Cardinale Archi-Episcopo Strigoniensi, in similibus negotijs factum, renovavit, et in suo robore reliquit.

In genere super Bonis, Juribus, Redditibus ac Prouentibus, tam Dominus Praepositus, quam Capitulum sua Regesta, seu Urbaria Domino Visitatori exhibuerunt.

De Praebendis autem Canonicalibus talem consignationem praesentarunt.

1-o. Almas cum Filialibus adjunctis Luczka (sic), ac certis praedijs item cum Paulian et medietate Decimarum Lethonffalva nomine Praebendae pertinere ad Dominum Praepositum.

2-o. Kolbacz (Kolbach) esse D. Cantoris, habere Filiales Namessan, et Arnothffalva.

3-o. Graussa (Körtvélyes) nunc de facto obtineri a M. Caspare Hagelio.

4-i. Darocz esse, quae ex ordinatione D. Visitatoris deputata est M. Gasparo Hoffman, pro Doman, quam pertinuisse dignoscebatur ad Praebendam Lectoratus.

5. Kolczva esse nunc M. Joannis Almássy.

6-o. Ragyolcz cum Filiali Pongraczffalva a Magro Benedicto Rechennio possideri.

7-o. Gargo obtineri a Magro Thoma Czuetkovicz cui annexa sunt praedia Pizaron (sic), et Vlossa.

8-vo. Késmark cum Filiali Dannisocz esse D. Lectoris.

9-mo. Gebelffalva (=Buglócz) cum Filiali Hoskocz esse D. Custodis.

10. Doman juxta antiquum Jus restituta D. Lectori.

11-mo. Jamnik fuisse Magistri Laurentij, sed per ejus mortem de facto vacare.

12. Sigra cum Filialibus Grancz et Petrocz esse Magistri Gregorij Kaszony.

13. Jankfalva esse M. Eliae Suaiouij.

14. Baldocz esse Plebani.

Superesse duas Praebendas olim in serie numeratas.

15. Bichier, cum praedio Arnoltouesze (sic), quae quandoque potest arendari flor. 12. Item possessio Wilkocz pro cujus arenda possessores consueuerunt soluere flor. 17 den. 50.

16. Aranyas deserta, conuersa in Allodiaturam Dominorum habens annexa ex Praedio Namezky, et Stepkocz (sic), quae modica est, praebenda Canonicalis reperitur fuisse antiquitus.

Super aedibus autem Canonicalibus hanc signaturam exhibuerunt.

1. Haberi domum, seu Curiam Praepositurae.
2. Domum Lectoratus.
3. Domum Cantoratus.
4. Domum Custodiatus.
5. Plebanatus. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. esse, quae per Capitulum Canonicis consignantur.
13. 14. Domum Codria vocatam esse Rectoratus Corporis Christi.

Circa alienationes bonorum et prouentuum Ecclesiae.

Arduum et difficile dixerunt esse respondere ad tertium articulum nempe ad alienationes bonorum, et prouentuum Ecclesiae. Nam ut jam dixerunt antea de integra possessione Kolaczko per Praepositum alienata, ita deinceps quoque Capitulo oppresso sub hoc titulo: Nos Gregorius, vel Martinus Praepositus, et Capitulum Ecclesiae Scepusiens. etc. plurimas factas esse alienationes, praesertim, quod domos, et Vineas in oppido, et promontorio Liszka: ubi multae essent libertatae domus ac Vineae, a quibus nihil penitus Dominis terrestribus penderetur, et quarum possessores etiam a

Decimis se se propria authoritate eximerent. Hujusmodi vinearum abalienatarum numerum, per Gregorium Bornemisza seruitoribus

5. b. suis, ac Civibus Liscensibus, nec haberi posse. Dominum autem Martinum Pethe ejusmodi alienationes ad futura quoque tempora extendisse, sub tali clausula. Et inposterum coëmendorum, coëmendarumque: Nec stetisse ipsum intra fines alienationis bonorum Praepositurae, sed A. 1588. ipsiusmet Capituli portionem in praedicto oppido Liszka cuidam Nobili Joanni Bodoni ejusdemque consorti Curiam nimirum unam, certis vineis, agris, molaque bene constructa alienasse: quibus in semine deficientibus, familiam *Berzoviczianam* (sic) cum quodam Georgio Danczhazy in eadem bona se ingessisse, et vineas inter se divisisse, ex quibus Vineis Paulus quoque Peczi, unam pro se vindicaverit, ac nunc quoque occupative tenent, nec quidquam in recognitionem Dominii terrestris solvant: Ne tamen haec in perpetua alienatione haereant' transegisse se cum Danczhazy dixerunt, ut eo demortuo domus ac Vinea una ad Capitulum redeat, ac reuoluatur. Custodem quoque quondam Franciscum Mecskei aliquas vineas in praedicto Liscensi promontorio, in praejudicium Capituli libertasse pro familia Mariassiana, ac in diem quoque hodiernum absque ulla terragii solutione eas possideri retulerunt. Gasparum Baak Praepositum Scepusiensem duas vineas Bagner, et *Suyto* vocatas ad Altare trium Regum in ultima sua dispositione legasse cum octingenteis aureis comperiebatur in literis Domini Vicarij Strigoniensis de dato Ao 1494. eo fine, ut singulis diebus certae Missae celebrarentur, quae Vineae inter varias aliena-

tiones quae sint, reperiri difficulter poterunt. Jussit tamen D. Visitator, ut omni opera adhibita Vineae hujusmodi requirantur, ac ad suam fundationem reducantur, Vineam ad Cantoratum pertinentem in promontorio oppidi Liszka inscripsisse retulerunt D. quondam Martinum Pethe Praepositum cuidam Mathaeo Hegedws, quae per diversas manus jam ad Nicolai Sztankay manus pervenerit. Hanc Vineam, ut ad jura Cantoris studeant omnibus modis revocare, jussit D. Visitator. Vineam aliam ad praebendam Darocz olim pertinentem dixerunt dudum fuisse alienatam: Verum Casparum Andaházy Lectorem certa pecunia ad se eam redemisse: de qua pecunia testatus in ultima voluntate fuerit, eamque pecuniam Legatarijs ejusdem D. Modernus Lector Stephanus Franiaffy ordinatione Reverendissimi quondam D. Pauli Almássy Vicarij Strigoniensis deponere sit coactus, sicque de facto possideat: retulerunt autem eam summam fuisse sexcentorum florenorum. De qua Vinea ita ordinatum a D. Visitatore, ut futuris semper temporibus, ob tenues proventus Lectoratui sit annexa. Et praedictus quidem D. Lector Stephanus Franiaffy assentiebatur. Quoad quadringentos florenos, quos Lectoratui ultro relaxabat. Instabat tamen, ut de ducentis florenis, in pretium ejus Vineae ab ipso ultra praedictos quadringentos florenos depositis, liceret testari: quem cum de eorum quoque relaxatione D. Visitator moneret, obtulit se operam daturum, ut id facere possit. Ad praedictam autem Vineam, ne ullam amplius praetensionem possessor praebendae Darocz moveat, jussit D. Visitator Vineam Doris nomine, in praeannotato promontorio oppidi Liszka, prae manibus Capituli existens,

praetendebat D. Praepositus ad suam Praeposituram pertinere, postulabatque eam sibi restitui authoritate D. Visitatoris. Verum examinata re, compertum est ejusmodi vineam non haberi prae manibus Capituli, ac proinde apud alios eam requirere debere D. Praepositum, ac Praepositurae annectere. Matthiae Andrássy Vineam dixerunt ex medietate libertatam a D. Praeposito; Ita ut ipsi D. Praeposito Nona non pendatur, quousque centum aureos non deposuerit: Mandatum autem est D. Praeposito, ut ab hoc onere releuet Vineam, gravari enim eo onere successores Praepositi non debent. Ea etiam ratione, qua Jobo Roll Civi Leuczoviensi Vineam

6. a. quandam D. Praepositus concessit in Mille Florenis, ut nimirum singulis Annis centum floreni defalcentur, ne amplius quidquam concedat, severe interdictum est.

De Possessione Zebes,

In Comitatu Aba-Wyuariensi relatum est, eam olim Gregorium Bornemisza, Praepositum pro suo duntaxat libitu absque omni necessitate inscripsisse Familiae Czoborianae in Mille quingentis florenis: quam inscriptionis summam postea adauxerit D. Martinus Pethe eidem Familiae alijs Mille quingentis flnis, quando minirum fratrem suam Ladislaum Pethe, e capitivitate Turcica liberabat. In tanta autem summa cum euidenti periculo perpetuae alienationis exstisse possessionem annotatam in manibus familiae Czoborianae; ejus igitur periculi avertendi causa coactum

tam summam a Do. Georgio Tatai levare, eandemque fuisse tam D. Praepositum, quam Capitulum, praefatam possessionnem e manibus familiae Czoborianae eliberatam, eis sub hac conditione tradere; ut intra Decennium quidem eliberare ab eo non liceat, intra autem tempus redemptionis inchoando a primordio hujus novae inscriptionis, singulis annis pro utraque parte septuaginta floreni ex capitali summa defalcentur.

De portione Capituli in Kis-Ida.

Dictum est, eam in Capitulo non sine gravi necessitate esse impignoratam D. Georgio Tatai praedicto in Mille quadrigentis, et septuaginta nouem florenis hac condione: ut singulis Annis ex Capitali hac summa viginti floreni defalcentur. Fecisse enim Capitulum hanc impignorationem, ut magis utilium bonorum, nempe, lapidis refugii, redemptionem posset consequi: quae Bona cum dudum a Divo Imperatore Ferdinando ipsi Capitulo fuissent donata, alienata vero postea per Gregorium Bornemisza, et postmodum facta redemptione per D. Martinum Pethe, iterum per Commissarios Caesareos, et Regios tempore Boczkaianae factionis alienata periculum videbatur esse, ne post tot iteratas alienationes ab hujusmodi utilium bonorum Jure prorsus excludantur, si ea interventu novae Donationis Regiae non redimantur. Cum igitur aliunde in hunc finem Redemptionis summam habere non potuerint, majoris utilitatis, et necessitatis Gratia, minus utili, et minus necessaria portione censuisse Capitulum ad tempus carere. Injunxit tamen

D. Visitator, ut ad hujus quoque portionis redemptionem omnibus modis annitantur. De portione D. Praepositi in eadem Possessione Kis-Ida dictum est, eam cum medietate possessionis Zebes adminus in septingentis sexaginta aureis, Titulo pignoris apud praedictum D. Georgium Tatay haberi: et cum interrogaretur D. Praepositus, cur ipse hanc impignorationem fecisset, se ob necessitates Ecclesiae, permissu Illmi quondam Domini Francisci Forgach Cardinalis, hoc fecisse respondebat: mandante autem D. Visitatore redemptionem ejus portionis, D. Praepositus ajebat se jam dudum hanc redemptionem facere voluisse, sed obstitisse tempora turbulenta, et datur opera, ut redemptionem annotatam perficiat cum effectu. Antiquam alienationem per quondam Ludovicum Bertoty Praediorum Margitffalwa, et ab Orlocz in Comitatu Scepusiensi factam, dixerunt ad Arcem Scepusiensem, quae erant ad Fabricam Ecclesiae, et focum Capitularium deputata.

In Possessione Szadlok (sic).

Capituli in Comitatu Saarossiensi duos Colonos cum quatuor Inquilinis, ac Mola, et serra aquatica, inscripsisse quondam Gregorium Bornemisza cuidam Georgio literato procuratori in certa pecuniae summa, cuius autem Georgii literati haeredes in triplo maiori summa cuidam Marco Berzeuiczey eadem bona impignorasse: Jussit autem D. Visitator, ut Fassionem super hac re ex conventu Jaszouiensi extrahant, et pro Jure Ecclesiae recuperando agant, prout tenentur. Annotatum D. Gregorium Bornemisza decem colonos in Hrusso

Comitatus Scepusien. cuidam Gregorio Tyrnaviensi cum praedio Bernian portione ejusdem Comitatus Scepusiensis in sexcentis florenis impignorasse dixerunt: contra quorum possessores pro Jure Ecclesiae recuperando similiter jure agendum

6. b. decrevit D. Visitator. Retulerunt praedicti Domini de Capitulo superius annotatum Joannem Horváth Praepositum Ecclesiae Scepusiensis, sed Apostatam postea, tres colonos in possessione Olsavicze Cottu Scepusien. cuidam Suanczczár Servitori suo inscripsisse. Quo Suanczár defuncto Capitulum eorundem colonorum possessionem apprehendisse, verum ejus consanguineos jure contra Capitulum contendisse, et interveniente Judicum deliberatione colonos in sequestrum esse datos, in manus nimirum Supremi Comitis usque ad decisionem caussae. Nesciretur autem, quo spiritu ductum Christophorum Thurzó, Supremum Comitem, tres illos Colonos Egregio Andreae Berzeviczey donasse, et filium eius Marcum Berzeuiczi de facto possidere. In quo, quia Ecclesiae jus manifestum extaret, mandavit D. Visitator, tam D. Praeposito, quam Capitulo, ut tam manifestum jus Ecclesiae, consveto juris ordine vindicare nullatenus omitterent. Eundem Joannem Horváth, a Capitulo in possessione Brutocz in Comitatu Scepusiensi tres colonos integrarum sessionum ademisse, et suis ad possidendum in hodiernum diem reliquisse dixerunt: Contra quos similiter jure agendum decrevit D. Visitator, requisitis literis in hanc rem necessarijs. Quandam etiam Turrim vulgo Rubram vocatam ex Collatione Regis Sigismundi habuisse Ecclesiam Scepusiensem, in Castro Scepusiensi retulerunt: in qua tem-

pore disturbiorum Clenodia, Prothocola, et apparatus Ecclesiae asseruari deberent, super qua donatione pura etiam extaret Statutio: ex literis autem antiquis Belae Regis Anno 1249. Caroli autem Regis postea apparuit D. Visitatori ejus Turris, et Palatij aedeficationem longe antea in Castro Scepusiensi Ecclesiae Scepusiensi fuisse concessam. Ejus autem Turris possessione per Comites Thurzones ita Ecclesiam Scepusiensem essè privatam, annotati Dni de Capitulo dixerunt, ut cum tempore factionis Boczkaianae pro Clenodijs Ecclesiae multis precibus locum concessisset D. Comes Christophorus Thurzo in Castro, ex collussione tamen deinceps cum rebellibus facta ad valorem quindecim circiter millium florenorum Clenodia Ecclesiae extradederit: ac insuper Prothocola quoque omnia Ecclesiae per suos peruolui, et inuestigari fecerit: Unde factum est, ut fraus illata sit multis juribus Ecclesiae, prout in Hrabusicze appararet. Non deesse alias quoque non paucas alienationes jurium, ac bonorum Ecclesiae, partim injuria temporum, partim vero praepositorum, qui Capitulum opprimebant libitu, ac potentia factas, dixerunt. In quibus omnibus, ut pro recuperatione ex vi obligationis suae tam D. Praepositus, quam Capitulum sedulam, ac diligentem cum effectu adhibeant operam, mandavit D. Visitator.

Ad quintum Articulum Communi voto responderunt, post D. Praepositum has haberi in Ecclesia Dignitates: Lectoris minirum, Cantoris, et Custodis, quas Lodomerius, quondam Archi-Episcopus Strigonins. fundavit. Ultra horum dignitates haberi Vicariatum: item exstitisse Rectoratum Capellae Corporis Christi. Item officium Decanatus, ot quod aliquando Archi-

Diaconus quoque Thornensis in hac Ecclesia residentiam habuerit, sed Illmus quondam D. Nicolaus Olahus Archi-Episcopus Strigoniens. eum in Metropolitanam Ecclesiam ad residentiam transtulerit.

De Officio Vicarij.

Officium Vicariatus ab immemorabili tempore semper fuisse in Ecclesia, Causarumque in Scepusio Generalem Auditorem fuisse retulerunt, sed quod nunc ob Haereses, quae nimium inualuerunt, ejus Jurisdictio uehementer sit diminuta, et attenuata, vixque in paucis Catholicis ea superexstet: peteretur igitur Authoritatis, et Jurisdictionis ejus restitutio. Euolutis autem diligenter Ecclesiae monumentis reperit D. Visitator habuisse semper D. Praepositum suum Vicarium, Causasque fori spiritualis, ac Ecclesiastici in toto Scepusio, vel per se, vel per illum judicasse, cum deuolutione tamen causarum ad forum Ecclesiae Metropolitanae Strigoniensis, per viam apellationis: atque ut hoc officium, cum pristina authoritate conseruetur,

7. a. et Jurisdictio fori manuteneatur, voluit, et commisit D. Praeposito D. Visitator: Sublato abusu, et ea inconuenientia, quae reperiebatur, irrepsisse, nempe, quod Vicarius suum officium non subordinatum D. Praeposito, neque ab eo dependens videretur existimare: Cujus contrarium fuisse semper priscis temporibus in Ecclesia Scepusiensi in ejusdem Archivis reperiebatur. Ut igitur nomine, et authoritate D. Praepositi, quae agenda, et gerenda erunt, agi et geri

debere recognoscat D. Vicarius, injunctum est eidem a Dno Visitatore, adhibita ut praefertur, abusus in hac parte reformatione, et obligatione quoque imposita, ut circa necessaria administrationis tam Jurium, quam aliarum in Ecclesia debitam correspondentiam Vicarius cum D. Praeposito, tanquam cum capite suo, ac cum eo cujus vices agit habeat et seruet semper.

De Officio Lectoris.

Officium Lectoris esse dixerunt, non solum literas missiles in negotiis Capituli occurrentibus expedire: Sed curam etiam habere authenticarum expeditionum, quae in negotiis Regnicolarum occurrunt. Recipere mandata Judicum ordinariorum: adscribere illis exhibita: ordinare seriem Executionum, et ad eas peragendas Dnos Canonicos emittere. Intertenere Notarium pro diligenti, et fideli expeditione literarum authenticarum; easdem literas diligenter perlegere, et sine errore ad obsignandum in Capitulo praesentare. Taxas literarum in tres partes diuidere, quarum una pars Capitulo, altera sibi, tertia vero Notario - cedat. Illius officij esse, superintendere Scholis quoque ac quomodo in ijs, Juventus erudiatur animaduertere, ac quae correctione indigent, tam in moribus, quam literarum studijs corrigere, ac emendare; librorum Haereticorum, ac prohibitorum lectiones a scholis arcere: Magistrum scholae novum quando necessitas postulat, Dno Praeposito, et Capitulo praesentare, ac ut Is Catholicus sit, professionemque Fidei in ingressu officij emittat, procurare.

De Officio Cantoris.

Ad officium Cantoris responderunt, pertinere Chori directionem, Succentoremque in hunc finem idoneum intertenere; Cursum Officij Divini, ordinemque decantandorum in Tabulam referre: Choratores, ac Adstantes ad Divinum officium designare, onusque canendi Dnis Canonicis injungere: et nequis defectus in Choro admittatur, sollicite prouidere: Gradualium, Antiphonariorum, Psalteriorum, aliorumque librorum Chori curam gerere. Aduertere etiam in eos, qui a Choro ex Canonicis absunt, ut pro rata absentiae, et negligentiae puniri possit quisque a Dno Praeposito, et Capitulo.

Officium Custodis.

Custodis esse dixerunt Clenodia Ecclesiae in Sacristia fideliter asservare: eandem sacristiam tempore debito pro celebratione Missarum, et Divini officij aperire, necessariaque pro eadem celebratione apte, et debito ordine disponere: Altaria ornare, et munditiem templi procurare: ac ut debitis temporibus pulsetur, Campanatori injungere. Authenticum sigillum Capituli, quo literae, ac literalia Instrumenta Regnicolarum obsignari consueuerunt sollicite in sacristia custodire. Literas si quae per mandata Judicum Regni ordinariorum requirendae erunt, requirere, easque Lectori pro expeditione assignare. Habere autem a literarum earundem requisitione florenum unum.

De Capella Corporis Christi, ejusque Rectore.

Capellam Corporis Christi fundatam esse dixerunt ab Illustrissima quondam Domina Hedviga Ducissa Thessiniensi relicta vidua Illmi quondam Domini Stephani *Zapoliaj* Palatini Regni Hungariae Anno Domini 1510. attributis eidem Capellae Oppido Somogy cum Telonio in Comitatu Aba-Ujvariensi Kis-Falud, et Szeghy possessionibus portionarijs cum Nonis in Comitatu Zemplinienſi, Kolbak in Comitatu Scepusiensi, ac Domo Lapidea penes Coemeterium Templi Codria vocata. Rectorem autem ejus Capellae Jurisdictioni Domini Praepositi subjectum debuisse sex Capellanos, et quatuor Scholares intertenere, quotidie Horas B. M. V. in Capella Sacrasque Missas decantarent. Die Dominico de Sancta Trinitate: feria secunda pro

7. b. Defunctis. Feria 3-tia de Sancto Emerico, feria 4-ta pro Peccatis, feria 5-ta de Corpore Christi, feria 6-ta de Passione Dni, Sabbatho de B. M. V. Praeter cantata autem sacra quotidie a quatuor Capellanis a Missae celebratione, qui in casu necessitatis aliquem Capellanum defficientem supportare posset, vacare deberet. In Anniversarijs autem Emerici et Stephani Zapoliaj mortuorum quoque vigilias decantare debuisse. Rectoris esse dixerunt praeterea fabricam Capellae curare, ac necessaria pro Divino Officio, Sacrisque Missis providere. Jus Patronatus Capellae Do Praeposito relictum fuisse retulerunt a Fundatrice, in casu defectus seminis ipsius.

De Numero Canonicorum.

Canonicos praebendatos non plures haberi posse hoc tempore, ob defectum Praebendarum quam duodecim responderunt, nec ex ijs Canonicatibus ex laudabili consvetudine Ecclesiae hujus, ullum a Domino Praeposito tenere posse.

Ad quintum Articulum. De receptione novorum Canonicorum, emissioneque professionis fidei, ac juramenti praestatione, solemnitateque hujusmodi receptionis responderunt juxta infranotata in statutis Ecclesiae. Super modo autem receptionis Domini novi Praepositi exhibuerunt in specie literas Illmi quondam Domini Dionysij Cardinalis Archi-Episcopi Strigoniensis, tenoris infrascripti.

Literae Dionysij Cardinalis Archi-Episcopi Strigoniensis continentes Confirmationem Praepositi Scepusiensis, ejusdemque investituram.

Dionysius Miseratione divina Tituli Sancti Ciriaci in thermis Sacro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Archi-Episcopus Strigoniensis, locique ejusdem Comes perpetuus, Primas, et Apostolicae sedis Legatus de Latere. Dilecto nobis in Christo Venerabili Caspari Baak Electo Csanadiensi. Salutem, et Paternam in Dno Benedictionem. Inter varias sollicitudines quibus assidue premimur, illa potissime pulsat, et excitat mentem nostram, ut status Ecclesiarum omnium nostrae curae Divina Providentia commissa-

rum spiritualium, et temporalium augeatur incrementis, illisque quae suis destitutae Pastoribus, viduitatis suae incommoda deplorare noscuntur tales ministros praeficere studeamus, per quorum Regimen Ecclesiae ipsae justi, utiliter, et salubriter valeant gubernari. Nuper siquidem Praepositura Collegiatae Beati Martini Episcopi confessoris de Scepus. nra Strigoniensis Dioecesis per obitum quondam Venerabilis Domini Joannis Stok ejusdem Ecclesiae ultimi veri immediati Praepositi, seu possessoris de Jure, et de facto vacans. Nos ad personam tuam, exigentibus probitatum, et virtutum tuarum meritis, habentes benevolum, et gratiosum respectum, et tamquam personam benemeritam ad nominationem, et praesentationem seremissimi Principis, et Domini nostri Domini Mathiae Regis Hungariae etc. de Te Nobis factis, de quibus quidem nominatione, et praesentatione Nobis per literas ejusdem Domini nostri Regis de Te Nobis in specie exhibitas legitimi constitit, in praefatam Praeposituram Sancti Martini de dicta Scepus., authoritate nostra ordinaria instituimus, et confirmavimus per praesentes investientes Te per Birretj Capiti tuo impositionem praesentaliter, ac plenam curam, et omnimodam administrationem Jurium tam spiritualium, quam corporalium ejusdem Praepositurae Tibi plenarie committentes, recepto tamen prius a Te Gaspare corporali juramento ad sancta Dei Evangelia in manibus nostris praestito, de fidelitate, obedientia, et reventia Nobis successoribusque nostris canonice intrantibus per Te prout decet, et expedit, impendendis, exhibendis. Et quod bona, jura, et res ejusdem Praepositurae non alienabis, neque dissipabis, seu

distrahes, sed si quae alienata, et distracta forent ad jus, et proprietatem ipsius Praepositurae

8. a. repetes, recuperabis, pro tuo posse. Quo circa Vobis Honorabilibus, et circumspectis viris, Dominis Lectori, Cantori, Custodi, singulisque Canonicis, et Capitulo Ecclesiae S. Martini praefatae in virtute sanctae obedientiae, et sub Excommunicationis poena firmiter praecipientes commitimus, et mandamus, quatenus receptis praesentibus, dum et quando per praefatum Dominum Caspar Praepositum, aut ejus legitimum procuratorem in realem, corporalem, et actualem possessionem dictae Praepositurae recipere, et assumere, et servatis servandis introducere, introductumque tanquam vestrnm verum Praelatum venerari, et revereri, eidemque in omnibns licitis et consvetis obedire, stalloque sibi, in Choro, cum plenitudine Juris Praepositurae assignato, de universis fructibus, redditibus, obventionibus, proventibus et emolumentis ejusdem Praepositurae eidem plene cum effectu respondere et per hos quorum intererit, interest, aut interesse poterit, quomodolibet in futurum, in quantum in vobis erit, responderi facere debeatis, locis et temporibus semper oportunis. In quorum omnium et singulorum efficax testimonium praesentes literas nostras confirmatorias exinde fieri, nostrique Sigilli Anularis appensione jussimus communiri. Datum Strigonij in festo beati Stephanj Regis, Anno Domini millessimo quadringentesimo sexagesimo quarto. Praesentibus ibidem Reverendissimo in Christo Patre, ac venerabilibus Dominis Simone Archi-Eppo Anthibarensi, et Nicolao Ecclesiae Strigoniensi, ac Ambrosio Ecclesiae S. Stephani Proto-Martyris de

Castro Strigoniensi Praepositis et Canonicis Ecclesiae Strigonien.

Joannes Száz de Koloswár Notarius.

Ad Sextum Articulum responderunt, hunc ordinem, et seriem teneri in Capitulo, ut primus locus post D. Praepositum Lectoris sit, secundus Cantoris, tertius Custodis, deinceps autem seniores Canonici sequantur juxta antiquitatem temporis, qua in Capitulum recepti et admissi sunt. In choro autem quando choratores sunt juniores praecedere, ac seniores vel in dignitate constitutos subsequi et illos prope librum, hos vero a tergo stare. In voce autem ferenda in consistorio hunc ordinem servari, ut a novissimo Canonico voti, ac vocis exordium sumatur, ac ita ad primum fiat progressus, utpote ad Lectorem, dum non adest Praepositus, isque vota concludat cum majori parte. In processionibus quoque similem ordinem teneri, ut nimirum juniores praecedant, ac seniores in dignitateque constituti subsequantur. Dum autem Dominus Praepositus officians non est, eum post officiantem incedere dixerunt.

Ad Septimum Articulum de residentia responderunt, eam in hac Ecclesia summe esse necessariam, eo quod praeter alia occurrentia Divinum quoque officium per Canonicos debeat perfici, quod igitur infra in statutis in hac parte contineretur, id diligenter observari, ac praeter D. Cantorem, D. quoque Vicarium, ad absentes ut ij puniri possint, advigilari debere. Exceptis ijs, qui in publicis nagotijs, ac Executionibus versarentur, vel notabili infirmitate detine-

rentur. Ne autem a Dno Praeposito residentia praetermittatur, id a superiorum animadversione pendere, cum in eum animadvertere Capitulum non possit. Injunctum autem est Dno Praeposito a D. Visitatore, ut statutum quoque Ecclesiae suae, praeter sacros Canones super residentia diligenter observet.

Ad Octavum Articulum, dictum est praeter illos proventus quos quisque Canonicus ex praebenda sua peculiari habet, alios proventus communes, qui ex erogatione ad communes et publicas necessitates superfuerint aequaliter inter omnes Canonicos dividi, aequalemque hujusmodi divisionem non conturbare fratres: Aedes autem Canonicales, et Praepositurae, ac Praebendas haberi prout superius est annotatum.

Ad Nonum Articulum responsum est. In Canonicorum Testamentis, si testati decedant, id fieri quod Consvetudo hujus Ecclesiae, Principalisque synodus Tyrnaviensis dictat, et quod super hac re infra inter statuta

8. b. habetur. Super eorum quoque rebus, qui ab intestato decedunt, id observari, quod inter annotata statuta praescribitur.

De alijs Ministris Ecclesiae praeter Canonicos.

Ad Decimum Articulum responderunt D. Canonici, quod nunc praeter ipsos, pro ipsorum Ecclesia non habeatur alius minister Ecclesiasticus, quam Plebanus nempe Melchior Greczmerus Scepusiensis, quem ante sex annos ipsi ad hoc officium, assignata ei Praebenda et Domo Plebaniae promoverint, et quem ob ejus servitia commendatum habere cupiant ad Canonicatum. Alios Clericos Ecclesiae nullos omnino haberi dixerunt, ille enim Capellanus quem D. Blasius Cantor interteneret, pro Capella dumtaxat Corporis Christi esset deputatus. Quoniam autem D. Visitator compertum habebat, quod antiquis temporibus, tam a D. Praeposito, quam Capitulo Capellani consveverint interteneri, mandavit, ut D. Praepositus ad minus unum Capellanum, ac Capitulum quoque unum intertenere debeant. Alterius quam Clericalis ordinis Ministros hos haberi: campanatorem Georgium Peklenczky, qui a viginti quinque Annis jam Ecclesiae serviat, qui pro hoc officio suo habeat deputatam domum, et certum salarium, praeter alia accidentia. Succentorem Valentinum Krikauzky, qui a viginti septem Annis Ecclesiae serviat, salariumque suum accipiat a Dno Cantore. Organistam Adamum Polonum, qui pro hoc suo officio domum supra Portam Coemiterij haberet. Magistrum Michaëlem Geneba Scepusien. bonae conversationis: item Michaëlem literatum, quem pro choro honesto salario Capitulum interteneret. Praeter hos autem a solo Capitulo quatuor Cantores studiosos interteneri, singulisque undecim grossos per singulas septimanas praeberi. Cur autem hujusmodi scholares Praepositus non interteneret, respondebat, eo quod ex Bonis Lapidis Refugij, quae Capitulo pro intertentione scholarum data fuissent nihil haberet.

Ad Undecimum Articulum, partim jam responsum, partim vero deinceps respondendum esse dixerunt.

De Capellis, et Altaribus in Ecclesia.

Primum Altare et summum in Ecclesia in Honorem DEI omnipotentis, memoriamque B. M. V. sanctorumque Martini, et Nicolai Episcoporum et confessorum, duodecim item Apostolorum, nec non Martyrum, confessorum et virginum erectum, post ejus violationem, de novo est consecratum a Rndmo Dno Stephano Cziky Episcopo Samandriensi Anno Dni 1611. Die 12-ma Novembris. *Secundum Altare* est S. Crucis, cujus tabulam et imagines renovari, et decorare depingi curavit modernus D. Praepositus, sed non est consecratum. *Tertium Altare* est Trium Regum, renovatum per Capitulum sed non est consecratum. *Quartum Altare* summum in Capella Corporis Christi consecratum per annotatum D. Rndmum Eppum Die et Anno supranotatis. *Quintum Altare* in Honorem S. Emerici, sanctorumque Regum Hungariae erectum manet desertum et non consecratum. *Sextum Altare* B. Mariae Magdalenae, quod non est consecratum, cuperet autem Capitulum illud consecrari et ad eliberationem Animarum ex Purgatorio privilegiari. *Septimum Altare* SS. Petri et Pauli Apostolorum per D. Dionysium Agriens. reformatum, sed non est consecratum. *Octavum Altare* S. Michaëlis Archangeli non est consecratum. *Nonum Altare* sub turri assumptionis B. M. Virginis violatum et non consecratum. *Decimum* similiter sub turri compassionis Christi servatoris non est consecratum. *Undecimum Altare* S. Annae Matris B. M. Virginis renovatum per pie defunctum Laurentium Canonicum, non consecratum.

Duodecimum Altare SS. Fabiani et Sebastiani, nec non S. Rochi renovatum per D. Eliam, non consecratum. *Decimumtertium Altare* Assumptionis B. Mariae Virginis, reformatum per D. Blasium Cantorem et consecratum Anno, et Die quibus supra per eundem D. Episcopum. *Decimum quartum Altare* Angeli Custodis, per Caspar. Andaházy coeptum olim

9. a. reformari, postea autem a Capitulo exornatum, sed non est consecratum. *Est Sacellum* S. Andreae in coemeterio et habet Altare, sed non est consecratum. Est Alterum quoque sacellum in eodem coemeterio B. M. Virginis, quod nunc S. Valentini vocant, hujus quoque Altaria non sunt consecrata. Est istud sacellum sub cura Plebani, habetque duas casulas rubram et albam, ac calicem cum patena, extantque certae hujus sacelli Indulgentiae, sicut et prioris nempe S. Andreae, Praedictorum omnium Altarium nulla bona, ac proventus reperiuntur extare, praeterquam Altaris S. Michaëlis, et Sacelli S. Andreae, quae singulas Vineas habent in promontorio oppidi Liszka.

De Beneficiorum, Jurisdictionisque Ecclesiasticae Suppressione.

Ad Duodecimum Articulum responderunt. In curia Praepositurae extitisse quandam Capellam Omnium Sanctorum, quae Indulgentijs quoque fuerit exornata, sed penitus esse suppressam, per quem et quando, et quo ejus proventus sint conversi ignorari penitus. Vineas quoque Altarium in promontorio oppidi

Liszka, ut jam est annotatum, ita esse distractas, dixerunt, ut vix vestigium earum haberi possit, praeter annotatas Altaris S. Michaëlis et Sacelli S. Andreae Vineas. In Hotkocz duas sessiones Jobbagionales abalienatas esse a Custodiatu, dictum est, ac solum duos aureos quotannis loco illarum pendi Custodi. Ibidem exstitisse Hospitale, quod a proprio pio usu in alienum converterit Alexius Thurzo, cuidam suo Castellano illud inscribendo. Jurisdictionem Praepositurae Scepusiens., non ita dudum cepisse supprimi in Districtu Lubloviensi, eumque Districtum a Dioecesi Strigoniensi transferri ad Dioecesim Cracoviensem ex multis argumentis apparuit. Exstant enim aliqua acta synodalia Praepositi Scepusiens. ex quibus constat interfuisse et interesse debuisse synodo ejus districtus Plebanos: Descriptus habetur ordo divinorum officiorum in synodo Anni 1545. observandorum et inter reliquos habentur ejus quoque districtus Plebani, qui divina suo ordine peregerunt. Ad synodum quoque Anni 1560. per Petrum Paulinum Electum Episcopum Csanadiensem, Praepositumque Scepusiens. vocatos ejus districtus Plebanos constat. Anno vero Domini 1478. Gabrielem S. Romanae Ecclesiae Cardinalem Agriensem in Regnis Hungariae, ac Bohemae Apostolicae sedis Legatum excommunicare voluisse quendam Petrum Kimitha (sic) Lubloviensem et *Podolinczensem* Capitaneum, eo nomine, quod Parochis sui Capitaneatus annotati servitutes, et Exactiones niteretur imponere, docent ejusdem in Hungaria Apostolicae sedis Legati Literae; unde constat sub suae Legationis Jurisdictione, ac consequentur sub Jurisdictione spirituali Hungarica eum Capitaneum fuisse, simul cum Parochis. Decimas Lublovienses et *Podolinczenses* Capituli Scepusiens. fuisse, et Praeposito per transactionem concessisse, constat ex literis transactionis Leonardi de Pensano Vicarij Strigoniensis de dato Annj 1390. in quarum Decimarum Libera, ac pacifica possessione fuisse Praepositos Scepusiens., ante paucos Annos recognoscunt ipsimet Lublovienses, cupiuntque hodie quoque defendi, ut eo Decimarum Arendas solvant, quo antea consveverunt solvere.

Conquerebatur D. Lector de Suppressione, vel ad Praeposituram applicatione nonnullorum proventuum sui Lectoratus et alienatione quoque suae Praebendae Doman vocatae per Commutationem Praebendae Darocz nominatae. D. autem Visitator de suppressione proventuum, vel ad Praeposituram applicatione nihil certi reperire potuit. Praebendam autem Domanfalva eidem, Lectoratuique ipsius restituit, ac Loco ejus Casparo Hoffmann prae cujus manibus exstiterat, Praebendam Darocz e manibus D. Lectoris assignavit, mandans, ne amplius praedicta Praebenda Domanfalva a Lectoratu per ullam commutationem avellatur sed prout antea

9. b. ita inposterum quoque semper Lectoratui habeatur annexa.

De Divino Officio utpote Horis Canonicis, et Missis.

Ad Decimum Tertium Articulum concorditer omnes responderunt Divinum officium utpote Matutinum, Laudes et Horas Canonicas decantari per Canonicos,

Succentorem et Scholares hoc ordine, et modo: quod nimirum summo mane hora videlicet quinta per campanatorem tota hora, quod Longum vocarent, pulsaretur, et sexta hora pulsu cessante ipsi canonici, ac praedicti .alij convenirent. Primamque decantarent prout temporis ac festi ratio postularet: postea autem hora octava campanator tribus campanis breviter signum daret; et ad sacrum mox rursus conveniretur, decantataque tertia, sacrum perageretur, ac eo finito sextae decantatio mox subsequeretur. Jam horarum autem, quam sacri decantatio tanquam per officiantem fieri deberet per Canonicum, seu Hebdomadarium juxta praebendarum seriem designatum. Cur autem hora octava sacrae Missae decantatio fieret, rationem assignarunt, eo quod antea statim cum horis officij B. M. Virginis, nec non cum sacro Capellani Corporis Christi succedere debuerint usque ad horam decimam. Post prandium vero pro Vesperis rursus per horam campanam trahi consvevisse dixerunt, utpote a Secunda usque ad Tertiam: ac tunc signo cum tribus campanis dato rursus Canonicos in Ecclesiae convenire, ac nona incepta per Hebdomadarium, vel ejus subrogatum, eaque decantata, ad vesperarum decantationem completorijque deinde progressum fieri. Quibus finitis sequentis Diei matutinum inchoari, illudque cum tribus Lectionibus, ac cum Laudibus perfici, et officium pro toto eo Die sic compleri, hocque fieri ex majorum hujus Ecclesiae perpetuo observata consvetudine, nec se ex hujusmodi a suis majoribus accepta consvetudine quidquam diminuere. Cum autem D. Visitator intelligeret, recitationem Laudum cum praetermissione psalmorum fieri, et solum canticum Benedictus, cum

sua antiphona, subjunctaque oratione perfici, jussit, ne Psalmi Laudum omittantur, sed ij integre decantentur.

Ad Articulum Decimum quartum, dictum est, Missas in Ecclesia quotidie celebrari juxta temporis exigentiam, vel de tempore, vel de festo: cujusmodi Missarum ordo, et series in tabula ad hoc deputata describeretur semper a Do Cantore, cujus hoc esset officij. Hebdomadarium autem designari semper ex Canonicis juxta ordinem praebendarum ad celebrandas Missas prout jam esset responsum. Id autem haberi in consvetudine hujus Ecclesiae, ut si feria quinta aliquo festo non impeditur, tunc Divinum Officium, et Missa peragatur de Patrono, Sabbatho vero similiter non impedito de B. M. Virgine, diebus autem praedictis aliquo festo impeditis officia praedicta diebus non impeditis anticipari, exceptis octavis festorum, quibus illa officia praetermitterentur.

Ad Decimum quintum Articulum responsum extitit, prout in statuis infra haberetur, quod nimirum in festis magis solennibus divinum officium, et Missae a Do Praeposito peragerentur in Pontificalibus. Eo vero impedito ab aliqua primaria persona ex Capitulo: in caeteris autem festis ab Hebdomadario juxta ordinem praebendarum designari consveto.

Ad Decimum sextum Articulum dictum est, hactenus divino beneficio non accidisse Missarum, aut Vesperarum per Hebdomadarium, aut ejus substitutum praetermissionem: deinceps autem conformaturos se tam quoad absentiam a choro, quam quoad defectum officij Divini, Missarumque statutis super his editis, et conditis.

Ad Decimum septimum Articulum responderunt adesse duo Antiphonaria, duo Psalteria, et unum Graduale, ex quibus divina officia decantantur in choro, nec deesse etiam Missalia sufficientia tam Romana, quam Strigoniensia, ac haberi etiam Pontificale. Esse autem Chori Libros sub cura D. Cantoris, defectus autem in his, communibus expensis Ecclesiae, si interveniant reformari debere, per Dominum Praepositum, et Capitulum.

Ad Decimum octavum Articulum dixerunt extare Inventarium Clenodiorum Ecclesiae diligenter conscriptum praemanibus D. Custodis, cujus curae esset, ut ornamenta Ecclesiae, sacraeque vestes nitide, et cum decore asserventur. Jubente autem D. Visitatore exhibueunt illi praeannotatum Clenodiorum Ecclesiae

10. a. ornamentorumque ac sacrarum vestium Ecclesiae Inventarium.

Ad Decimum nonum Articulum retulerunt, dari pro oblatis ex Capitulo Molendino sufficientem farinam triticeam campanatori. Vinum vero administrare Hebdomadarium, vel cujus interveniret sacrum: Custodem autem ex Elëemosynis procurare Luminaria: ordinavit autem D. Visitator libenter ad hoc accedentibus Do Praeposito, et Capitulo, ut illud vas vini, quod juxta Articulum Decimum concordatorum, coram Illmo quondam Dionysio Cardinale Strigoniense, ex communis vini proventibus, in promontorio oppidi Liszka, sequestrari consveverat, ad necessitates praesertim Luminarium convertatur, et ad manus Custodis, juxta dispositionem D. Praepositi, et Capituli ad prae-

dictum usum convertendum communibus Domini Praepositi, et Capituli expensis administretur.

De administratione Sacramentorum, et Concionibus.

Ad Vigesimum Articulum asseruerunt; Venerabilis Eucharistiae sacramenti decentem in Ciborio eleganter ad hoc adornato, item liquorum sacrorum, ac aquae Baptismalis sub clavibus, et debita Custodia asservationem pertinere ad Plebanum, ac D. Vicarij esse superintendere, ne in his defectus aliquis admittatur.

Ad Vigesimum primum Articulum responsum fuit: Curam animarum immediate spectare ad Plebanum, ejus esse officij administrare sacramenta: quem tamen Canonici quoque libenter juvarent, quotiescunque necessitas postularet, et D. Vicarij esse, ne in hac quoque parte defectus aliqui interveniant.

Ad Vigesimum secundum Articulum similiter fuit responsum pertinere nimirum eam quoque curam ad Plebanum, ut nomina Baptisatorum patrisque ac matris eorundem, nec non Patrinorum, cum die Baptismi ad librum ad hoc deputatum diligenter referat. De ijs, qui confirmantur id non observari, eo quod usus hujus sacramenti ob defectum Episcoporum apud ipsos, a multo tempore vix ullus fuerit, excepto eo, quod his annis semel illud sacramentum D. Rndmus Agriens. administraverit. Eorum autem, qui matrimonio junguntur, nomina in librum referri, non fuisse apud ipsos in usu. Mandavit autem D. Visita-

tor, ut in hac re accomodent se rituali Strigoniensi, novissime impresso, a quo horum quoque nomina consignari praescribuntur.

Ad Vigesimum tertium Articulum responderunt, simili modo, quod videlicet concionandi quoque munus ad Plebanum pertineat, supportari tamen in hoc quoque onere, cum a Canonicis, si tempestive requirantur. Ordinavit autem D. Visitator, ut munus concionandi juxta infrascriptum statutum Domini Canonici obire nullatenus renuat. Post Conciones autem retulerunt fieri solere, et debere festorum, ac jejuniorum promulgationes.

Ad Vigesimum quartum Articulum dictum est Curam etiam sepeliendi mortuos D. Plebani esse, hoc modo, ut dum minus solennes exequiae habentur Epitogio, ac stola nigra ornatus, dum autem magis solennes, cappa quoque nigra indutus cum schola obviam funeri procedat, vel ad januas coemeterij, vel etiam usque ad finem Capituli, atque ibi, vel invitatorium solum cum psalmo, ac benedictus: vel etiam integram mortuorum vigiliam, si requireretur, decantet, sed hanc in porta dumtaxat coemeterij, et sic deducat funus ad sepeliendum, solvi autem pro hujusmodi vigiliae decantatione grossos duodecim, cum alias solvantur grossi tantum sex, ex quibus tertia pars Magistro scholae cedat: dum autem sacrum quoque pro mortuo celebratur, fieri Viuum, ut nominant offertorium, unius nempe Gallinae trium grossorum, et aliquarum candelarum cerearum, vulgaris alicujus hominis sepultura existente.

Ad Vigesimum quintum Articulum talis responsio fuit data: quod denunciationes Matrimoniorum fiant

in fine Concionis ter ordinarie, sed necessitate urgente semel in populi frequentia, bis autem ante convivas, quando ad benedictionem Matrimonialem conveniant. Jussit autem D. Visitator abusum in hac re tolli, et observari, quod a concilio Tridentino praescribitur, ut scilicet ejusmodi denunciationes tribus continuis festis diebus fieri debeant, casusque necessitatis juxta ordinationem concilij observentur.

10. b. De Fabrica Ecclesiae, et ornamentis ejusdem in Sacristia.

Ad Vigesimum sextum Articulum responderunt, Fabricam Ecclesiae curasse hactenus proprijs suis sumptibus Capitulum: Intelligens autem Visitator, quod Vinea Altariae S. Michaëlis ab Illmo quodam Cardinale Strigoniense Francisco Forgach, cum suis fructibus pro Fabrica Ecclesiae sit ordinata, ut ejus Vineae fructus in hanc fabricam convertantur, injunxit Capitulo: Et quia tectum templi revisione, et reformatione, referebatur indigere illud, ut Capitulum per Architectos quam primum revideri, et reformari faciat, severe, mandavit.

Ad Vigesimum septimum Articulum de Administratione bonorum, ac proventuum Ecclesiae per Decanum ea dixerunt, quae in statutis de officio, et Administratione Decani infra reperiuntur.

Ad Vigesimum octavum Articulum responderunt, non esse determinatum tempus quo in consistorio ad tractanda communia negotia conveniant, sed convenire quoties necessitas postulat, vel post primam, vel

post sacrum, vel post Vesperas: ordinarie autem convocari ipsos per D. Lectorem. Etsi ejusmodi sit negotium, quod etiam ad D. Praepositum pertineat, is quoque advocatur. Poenam autem non venientis, nullam hactenus extitisse, eo quod non fuerit deprehensus, qui vocatus ex inobedientia venire noluisset.

Ad Vigesimum nonum Articulum dictum est: Sacristiam mundam asservari, crebrius purgari, omniaque vasa sacra, ac ornamenta Altaris nitide ac pure conservari, eaque a Dno Custode disponi, celebrantibusque subministrari pro varietate temporis: Idque ab ipso non solum diebus festis, sed quotidie fieri, ita ut, qui ad sacrum celebrandum accedere voluerint, necessaria facile, et sine perturbatione ad manus habere possint. Perseverare autem in sacristia vel per se, vel per suum servitorem, aut campanatorem dicti D. Custodis est, qui ignotos ad celebrationem sine literis formatis, et licentia Vicarij non admittit: circa sacristiam id animadvertit D. Visitator, quod non satis commode, nec cum ea decentia, qua requireretur sit disposita, ordinavit itaque ut reformetur, modumque reformationis et commodioris dispositionis D. Praeposito et Capitulo praescripsit.

Ad Trigesimum Articulum responderunt esse campanatorem, qui ex officio suo ad divina officia pulsare teneatur, pulsandumque illi esse prout in statutis de ipsius officio ordinatum esset.

De Sacris Reliquijs, Indulgentijsque Ecclesiae.

Ad Trigesimum primum Articulum, cum magno animi dolore dixerunt, se respondere debere: non de-

esse enim in Ecclesia sacras reliquias, sed earum nomina esse ignota: eo quod Praepositus quispiam auri cupidus, Thecam earum affabre factam in profanos usus converterit, et reliquias panno involutas, ita confuse reliquerit, ut quae nomina in chartis ad quas reliquias pertineant sciri nequeat. Duo Capita adesse, et in chartulis haberi S. Georgy Martyris, et S. Margarethae virginis nomina: sed cognosci non posse, quod caput cujus sancti sit. Ex undecim quoque Millibus Virginum, ac ex Innocentibus reliquias cum alijs haberi, sed nesciri, ut praeferretur, quaelibet reliquiae pro quibus haberi debeant. Eas tamen in una cistula super summo Altari sub ciborio reverenter, ac cum religione asservari: quas reliquias ita prout relatum est vidit D. Visitator.

Ad Trigesimum secundum Articulum, dixerunt extare literas Indulgentiarum cum multis sigillis Cardinalium: Item Pij II. summi Pontificis cum Bulla plumbea. Item Dionisy Cardinalis Strigoniens. tanquam Legati de Latere sedis Apostolicae: anotatasquae Indulgentias cum ipsi Ecclesiae primariae, tum vero Capellae Corporis Christi, nec non B. Virginis Mariae assumptae, ac S. Andreae deservire perpetuis temporibus, pro his festis coenae Domini, Paschae, Pentecostes, Corporis Christi, Nativitatis Dni et pro universis festis B. M. Virginis, S. Martini Episcopi et confessoris, S. Andreae, Omnium Sanctorum et Dedicationis Ecclesiae. Literae Cardinalium pro Capella Corporis Christi de dato Anni 1506. Bononiae, Pontificatus Julij II. Anno tertio, centum dierum indulgentias continere vissae sunt a Do Visitatore, Pij vero II. Pontificis pro Majori Ecclesia et Capella S. Andreae

11. a. de dato Anni 1459. Mantuae septem annorum Indulgentias.

De Scholis et Statutis Ecclesiae.

Ad Articulum Trigesimum tertium responderunt esse Scholas Ecclesiae, quae Templo adjaceant haberi in eis Magistrum, qui pro erudienda juventute communibus expensis D. Praepositi et Capituli intertineretur: cujus officium exprimeretur infra in statutis cum salario ejusdem. Inspectorem autem scholarum esse debere D. Lectorem, scholasque dum necessitas requirit, communibus expensis Domini Praepositi et Capituli restaurari.

Ad Articulum Trigesimum quartum responderunt fuisse quaedam statuta dudum in sacristia Tabulae appensa, sed intercidisse temporum injuria, ac proinde his temporibus direxisse se duntaxat juxta traditiones seniorum, sicut et reliquos Ecclesiae Ministros: Exhibuerunt tamen quasdam regulas a Gregorio Bornemisza Episcopo Varadiensi, ac Praeposito Ecclesiae ipsorum subscriptas et obsignatas, quas hic subnectere non est visum D. Visitatori. Literas autem Dionysij Cardinalis Strigoniensis quaedam concordata cum Domino Praeposito, ac Capitulo continentes placuit infra describere: Condidit autem D. Visitator, una cum D. Praeposito et Capitulo infrascripta statuta. Circa eos autem, qui se mutuo injurijs affecissent non defuisse modum, quo punirentur, responderunt imposterum tamen statutis circa hos editis sese accommodaturos.

Ad Trigesimum quintum, ultimumque Articulum responderunt, enormes aliquos excessus inter ipsos non vigere, siqui autem minores excessus fuissent, eos non caruisse debita correctione. Circa hunc autem Articulum hujusmodi decretum suum interposuit D. Visitator: ut tam D. Praepositus, quam quivis ex Capitulo ita suas actiones imposterum moderetur, ne nova alicujus gravioris delicti infamia notetur, id enim si fieret, fore, ut talis, infamiae inquisitione instituta, per Illustrissimum D. Archi-Eppum Strigoniens., vel ejus Vicarium, juxta sacros Canones etiam cum privatione Beneficij, si qualitas delicti ita videatur postulare, graviter ad exemplum aliorum puniatur, absque omni remissione, recrudescentibus ad Poenam ijs quoque excessibus, qui nunc spe emendationis, adhibita privata, eaque secreta correctione, silentio involverentur.

Literae supradicti Dionysij Cardinalis Archi-Episcopi Strigoniensis, continentes Undecim Articulos concordiae inter Dominum Praepositum et Capitulum Scepusiensem.

Dionysius Miseratione divina tituli sancti Ciriaci in Termis SS. Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis, Archi-Episcopus Strigoniensis, Locique ejusdem comes perpetuus, Primas et Apostolicae sedis Legatus natus omnibus Christi Fidelibus, tam praesentibus, quam futuris, praesentium notitiam habituris in omnium Salvatore. Quoniam ea, quae aguntur in tempore labuntur simul cum tempore et rem gestam ipsamet

prius volubilitas, ac humana surripit memoria. Adinvenit ergo seniorum laude digna providentia: Acta sui temporis futurorum notitiae scriptotenus commendare. Proinde ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod Venerabili Viro Domino Joanni Stock Praeposito Ecclesiae Scepusiens., pro se personaliter ab una, ac Honorabilibus Viris Magistris Thoma Cantore, Georgio Custode, Petro de Kesmark, Joanne Fodor, Nicolao de Karaczonymezew, Canonicis dictae Ecclesiae Scepusiens., pro Capitulo ejusdem Ecclesiae, cum procuratorijs literis ipsius Ecclesiae Scepusiens. ex altera partibus die et loco infrascriptis, modo legitimae citationis observando, de et super nonnullis controversijs, dissensionibus et differentijs, inter eos motis et subortis, coram nobis in Judicio comparentibus, tandem ipsi spiritu sanioris consilij freti, totam et omnem Litem, Dissensionem et Differentiam, inter se mutuo et alternatim suscitatas, nostro et aliorum

11. b. nonnullorum Jurisperitorum nostrorum scilicet Assessorum, pacem partium, Zelantium, ordinationi, dispositioni, compositioni submiserunt. Itaque per nostram et praefatorum nostrorum assessorum dispositionem, ordinationem et compositionem ad talem, quae in infra declarandis Undecim Articulis devenerunt pacis et corcodiae unionem. Primo super eo Articulo, quo proponebatur, ut Capitulum et Canonici Ecclesiae Scepusiens. antedicto Dno Joanni Praeposito et certis ipsius mandatis parere noluissent, debitamque reverentiam et obedientiam, tamquam eorum Praelato exhibere non curassent Iidem, si et in quantum se in his excessisse contigisset, ab eodem Do

Praeposito Veniam postularunt amplius ipsi D. Praeposito et suis mandatis licitis et honestis se parituros obtulerunt. Quo habito ipse Dominus Praepositus, eisdem omnia, in quibus deliquissent, vel contra eum verbo, vel facto excessissent, pie et paternaliter indulsit; offerens de caetero, si fratres sincera charitate se tentur. Item super Secundo Articulo extitit definitum, ut praetactus D. Praepositus Magistrum Nicolaum de Karaczonymezew Canonicum Ecclesiae Scepusiens. praeassertae, per condam Dominum Archi-Episcopum videlicet Georgium Strigoniensem, nostrum Praedecessorem, felicis recordationis in Canonicum promotum, imo jam antea, ut Canonicum Scepusiens. legitimum habere, tenere et reputare debeat, et teneatur; quod et facere promissit. Quiquidem Nicolaus praemissa D. Praepositi promissione percepta, literis et Processibus coram saeculari Judice, contra ipsum D. Praepositum undecunque et qualitercunque receptis, et fulminatis cessit, et renunciavit, seque contra praedictum D. Praepositum temere et ex rancore, atque sinistra informatione processisse recognovit et eum nostri in praesentia poenituit, ac ea cassavit, annullavit et viribus carituras reddidit. Super his omnibus a dicto Dno Praeposito prece subjectiva, gratiam et veniam postulavit. In his autem universis, memoratus Dominus Praepositus eidem indulsit, omnemque animum molestum et rancorem ab eo removit. Item quod in Tertio Articulo fuit dispositum. Quod ex quo Nonae ex vinea in territorio Villae Liszka sita provenientes antequam eadem ad Capitulum fuisset devolata, prius Praeposito et Capitulo praetactis communiter consveverunt provenire, sic et post devolutionem ejusdem

cedere nonae de eadem in futurum excrescentes ipsis Praeposito et Capitulo communiter debeant provenire, atque dividi. In Quarto Articulo conclusum exstitit, ut si quando Jobbagiones in parte portionis possessionariae Praepositurae Liszka vtae commoran. (sic) in portione, seu parte possessionis Capituli deliquerint, seu excesserint, extunc officialis Capituli de delicto et excessibus ejusmodi cognoscere et judicare, demumque pro emenda et satisfacienda delicti, et excessus competentibus eosdem excedentes, seu deliquentes ad officialem ipsius D. Praepositi debeat remittere et teneatur. Similiier et officialis D. Praepositi in parte possesionis suae Jobbagyones Capituli delinquentes judicare, pro emendaque et satisfactione fienda ad officialem Capituli pacifice, sine omni difficultatis subterfugio remittere debeat. Hoc additamento adjecto. Quod Jobbagyones Praepositurae ad partem possessionis Capituli se causa commorandi transferre volentes, per Capitulum et ejus officialem non recipiantur, neque admittantur. Nec e converso Praepositus, aut ejus officialis Jobbagyones Capituli ad partem possessionis suae, se transferre desiderantes recipere et admittere debeat: sed ambae partes etiam clandestine translatos, remittant, sine omni contradictionis occasione, vel exire permittere de possessione propter bonum pacis. Item super Quinto Articulo fuit compositum, ut omnes et singuli proventus, videlicet Nonae, Census et Taxae, secundum morem antiquum et consvetudinem ipsius Ecclesiae Scepusiens. hactenus observatum, per Praepositum a suis, per Capitulum similiter a suis Jobbagyonibus semper proprijs exigantur et recolligantur. A Forensibus vero ejusmodi Nonae Vinorum

communiter recipiantur et in aequales partes dividantur. Item quo in Sexto Articulo partes praemissae, super universis piscaturis piscinarum Ecclesiae Scepusiensis taliter concordarunt. Quod de caetero Piscaturae, Piscinis in eisdem fiant de communi consensu et voluntate Praepositi et Capituli, prensisque pisces in directas et aequales dividantur partes inter easdem, atque percipiantur, dempto fluvio Bodrogh, in quo partes inter ipsas hoc ordine fuit, et est limitatum

12. a. ut Praepositus, vel Capitulum, prout et quando voluerit, ut eis placuerit per officiales et Jobbagiones piscari facere, piscesque prensos in suos proprios usus, sine alterius partis strepitu convertere valeant et liberi existant, quod admodum ab antiquo fuit observatum. Item lites super communibus possessionibus et bonis Praepositi pariter, et Capituli, undecunque et qualitercunque emergentes, hominibus, expensis et equis Praepositi, et Capituli communibus prosequi, possessionesque et jura Ecclesiae saepefatae defendi debeant et tueri. Item si quando D. Praepositus pro defensione et tuitione Jurium Ecclesiae Scepusiens. suprascriptae, privilegijs, literalibus instrumentis, vel munimentis communibus indiguerit, sibique dari petierit: extunc Capitulum ipsum ejusmodi privilegia, literalia instrumenta et munimenta communia, vel illorum copiam, sine augmento et diminutione in forma authentica eidem Praeposito dare debeat et assignare. Item de et super Nono Articulo, partes sunt eo modo unitae, in quo agebatur de proventibus absentium Canonicorum, ut amplius hujusmodi proventus, redditus et fructus Canonicorum ab-

sentium cujuscunque speciei generis existant exacti et recollecti sine dissipatione ad utilitatem Ecclesiae et Fabricam, vel prosecutionem causarum ejusdem communiter converti debeant et distribui. Item Decimo in Articulo est conclusum, quomodo ut antea singulis annis unum vas Vini, vel quantum sufficere videbitur, secundum utriusque partis aestimationem, de vinis nonarum, seu nonis Vinorum forensium communibus proveniens ad Missarum sacrificium per integrum annum, in tota Ecclesia Scepusiensi per quoscunque Catholicos Presbyteros celebrandarum deputatum, expensis Praepositi et Capituli communibus ad Scepus inferendum, per Praepositum, seu Capitulum administrandum detur et assignetur. Item ultimo placuit partibus praemissis et pari earum voluntate acceptatum est. Quod per ordinationem, compositionem, concordiam et dispositionem praesentes, et modernas Juribus, literalibus instrumentis et quibusvis munimentis super concordia, divisionumque proventuum prius emanatarum inter Praepositum et Capitulum dudum factis nullatenus debeant derogari, sed vigore illaesa permaneat, atque firma. Quodque ipse D. Praepositus deinceps Capitulum et Canonicos suos fratres, amore paterno et benigno favore prosequi debeat, et amplecti ipsumque Capitulum et Canonici eidem D. Praeposito, sicut praetactum est, in licitis et honestis, omnibus debitam reverentiam et obedientiam exhibeant et teneantur. Ad quae praemissa et quaevis praemissorum singula firmiter, et inconcusse, ac inviolabiliter observanda partes praemissae, se coram nobis sponte et libere obligarunt. Harum nostrarum literarum ipsis D. Praeposito et Capitulo, id humiliter petentibus

concessarum, vigore et testimonio mediante. Datum Strigonij tertio die festi Beati Marci Evangelistae, Anno Domini Millessimo. Quadringentesimo quadragesimo octavo.

Admonitio D. Visitatoris in vim Praepositi circa Officia Domini Praepositi.

Praepositus finis, quem D. Praepositus in suo offo sequi debet non alius est, quam ut Commissos sibi subditos, doctrina et Exemplo ad Deum dirigere conetur: errat enim, nec sui officij partes novit; qui Ecclesiasticum hujusmodi officium eo fine sibi datum opinatur, ut hinc ad ampliores honores gradum obtineat, divitias augeat, commoda temporalia consequatur, terrenam familiam amplificet et quae terreno luxui servire possunt facilius ad manus habeat. Non ista non, sed divinam Gloriam, utilitatemque spiritualem directionem Praelaturae Ecclesiasticae respiciunt, huc igitur et non ad praedicta, vel eis similia oculos mentis suae D. Praepositus dirigere semper debet. Cum autem ad hunc finem consequendum, nequeant certae et determinatae regulae praefiniri, nihil ad hanc rem magis conferre potest, quam si in pectore suo omni virtutum genere refertam, ac quasi redundantem officinam constituat, ac quasi promptuarium quoddam adornet

12. b. ex quo Praepositus, prout usus requisiverit, vel indigentium in spirituali directione necessitas postulaverit, quaevis oportuna depromere possit: occurret, qui in castitatis negotio juvandus sit, depromat

virtutem castimoniae et ejus remedia, ac adminicula, quibus talis juvari possit: offeret se durus quispiam et refractarius, advocet mansvetudinem et adjumenta ejus, quibus hujusmodi durus et asper dirigi, et erudiri, ac mansvetus reddi quaeat; et sic de alijs maxime autem virtutem charitatis habeat, quae ad juvandos et dirigendos alios, caeteras virtutes in universum movet et excitat. Prudentiam, quae juvandi vias et modos aperiat, conjunctam cum scientia habere omnino debet. Orationis vero studium, quo subsidia juvandi alios ab auctore omnium bonorum impetrantur, sedulo colat, ultra has, aliasque necessarias virtutes. Continuam faciat residentiam in sua Ecclesia, quomodo enim navim suam recte reget, si non sedeat ad clavum navis? Moveat se per Visitationes crebras ad omnes suae Jurisdictionis partes, quomodo enim non visa diriget, corriget et reformabit? Summam autem totius sui muneris maxime in solerti vigilantia positam esse sciat, ac in sollicitudine circa suos: Tu vero vigila, in omnibus labora, Ministerium tuum imple, ait suo Timotheo, quem certis populis praeposuerat, S. Paulus Apostolus: Philippensibus autem scribens de Praepositis ait: qui praeest in sollicitudine: Hebraeos quoque monens ut suis Praepositis obediant, rationem reddit, eo quod illi superintendant ipsis cum obligatione rationis reddendae pro illis. Obedite inquam Praepositis vestris, ipsi enim pervigilant pro Animabus etc. Universim praecepti loco praesidibus Ecclesiarum dabat. Attendite vobis et universo gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Vigilantia autem mille oculos videtur requirere, propter eorum multiplicitatem, ad quae se

extendere debet, quot oculos cum per se ipsum D. Praepositus habere nequeat, alij quoque sine dubio in partes muneris et oneris ipsius adsciscendi erunt, ut sociatis laboribus omnia quoad ejus fieri potest, salubriter atque ordine constituantur: hi autem esse possunt consiliarij et administri, quorum alios jura ipsa tribuunt praesidibus Ecclesiarum, alios vero ipsimet eligunt. Jura tribuunt Canonicos insignium nimirum virorum coetum et collegium quod Capitulum vocatur. Hi Canonici, ut Praesuli Ecclesiae semper assisterent, atque ejus Consiliarij et Assessores haberentur voluerunt sacri Canones, quos tam arcta quoque societate cum Praesule conjuntos esse decreverunt, ut unum quasi Corpus cum eo constituerent, cujus esse Praesul caput, isti vero membra, sibique ipsis pro invicem in administratione suorum Districtuum et Animarum salute solliciti essent. Et in summa voluerunt sacri Canones, ut Praesul Ecclesiae hujus Collegij tanquam Ecclesiae senatus, in rebus plurimis gerendis, non solum consilium, sed quandoque assensum etiam adhibere debeat. Quo circa cum sacri Canones ad Ecclesiarum Dignitates et utilitatem juvandam, hos ipsos Canonicos veluti Coadjutores Praelatorum delegerint, quos sacrum Concilium Tridentinum, ut in Theologia Magistri, vel in Jure Canonico Licenciati essent, ex magna parte magnopere cupivit, ut tanto aptiores in consilijs dandis, negotijsque Praelatorum juvandis esse possent, si horum consilium, vel assensum, in quibus oportet negligeret et praetermitteret D. Praepositus, haud dubie non parum deesset officio suo, ac commodo, dignitatique ac gravitati suae Ecclesiae, sicut vicissim Capitulum et Canonici non bene

audirent, si pro eo, quod D. Praeposito in sublevanda ejus cura et sollicitudine praesto esse debent, contentiones cum eo dissidia sectarentur. In isto igitur, quod antiquus quoque usus hujus Ecclesiae semper obtinuit, ut cum Capitulo et Canonicis suis observet D. Praepositus, omnino necessarium est. Utatur Consilio Dominorum Canonicorum et quibus oportet assensu quoque, nec hoc praetermittat. Si autem alios quoque selectos viros, quibus sincere fidere possit, habere possit, eos quoque adhibeat, pro sua quoque dexteritate, nunc enim contentiones sedandae, nunc inimicitiae extinguendae, nunc alia agenda, vel in toto suo districtu, vel in Capitulo, vel in Domo propria, hisque similia occurrent, quae sine adminiculo aliorum non facile possunt perfici. Interesse vero choro et divinis officijs.

13. a. insistere Missarum celebrationi, administrationi Sacramentorum, Concionibus ad populum habendis, alijsque functionibus Ecclesiasticis, nec non quibusvis alijs Ecclesiastico homine dignis operibus, si velit suae curae commissos Dominus Praepositus, in ijsdem suo exemplo, ut praeeat illis, requiritur, sermo enim vivus et efficax ad persvandendum exemplum est operis: illumque concernit cum veritate dicere suis: quemadmodum me videris facere, ita et vos faciatis pro status vestri exigentia. Tam clerum vero, quam universos suos subditos conetur juxta conciliorum provincialium Strigoniensium salutares constitutiones, ac in particulari, juxta Praeposituralium synodorum antiqua statuta regere et dirigere, statuta in super et consvetudines Capituli suae Ecclesiae, pro sui status ratione diligenter observabit, sciens suos

ita futuros, ut praefertur, talium diligentes observatores, si ipsum observantem eorundem viderint. Et ipsum quidem observare, ac revereri, debitaque obedientia prosequi tenentur tam Canonici, quam alij suae curae commissi. Verum ipse quoque debitum cuique et maxime Canonicis honorem impertiri tenetur, tanquam Ecclesiae suae senatoribus. Rectorem Te posuerunt monet Ecclesiasticus, noli extolli: esto in illis, quasi unus ex ipsis curam illorum habe et sic conside, et omni cura sua explicita recumbe: svaviter certe et utiliter reguntur, qui a praelatis velut fratres diliguntur et honorantur, honor hujusmodi non excutit virgam directionis, quatenus eam necessitas postulabit adhibendam. Compertum habetur, quod absque timore non perficitur quidem tota via directionis aliorum, felicius tamen per eam amore decurritur. Ament Praelatum sui et ille suos: facietque amor iste, ut utrinque cum debitae reverentiae, obedientiae, ac honoris studijs omnia quiete, ac pacifice et cum odore bonae famae, ad aedificationem aliorum fiant et peragantur.

Statuta, et Consvetudines Insignis Collegiatae Ecclesiae Scepusiensis.

De Professione Fidei facienda in ingressu ad Beneficia.

Cum in Sacro Concilio Tridentino decretum esse sciamus, ne in Ecclesijs Cathedralibus, ac Collegiatis, aliter ad Canonicatus et dignitates aditus pateat provisis, quam si publicam et solennem fidei professionem

faciant, seque in Catholica Religione perpetuo, ac constanter permansuros spondeant, atque jurent. Idcirco ejusdem sacri Concilij Decretis inhaerentes et a fide exordium facientes statuimus et decrevimus, neminem ad Canonicatum, Dignitatem, aut quodvis aliud Beneficium in Ecclesia nra Scepusiens. esse admittendum, nisi ante Juramentum, quod a provisis in hac Ecclisa ab antiquo praesentari consvevit in ingressu ad beneficium solennem fidei professionem in Capitulo fecerit, seque in fide Catholica constanter perseveraturum tota vita spoponderit, juxta formam a Pio V. summo Pontifice editam, ac infra subnectendam.

Circa Haereses, Lectionemque Librorum ab Ecclesia prohibitorum.

Qui in Fide Catholica sese perpetuo permansuros constituerunt, ac etiam jurarunt, debent ijdem errores quoque, ac haereses quasque cum eadem Catholica Fide, ac Religione pugnantes longe a se arcere et removere. Quo circa Canonici, alijque Beneficiati Ecclsiae nostrae, sedulo diligententerque cavebunt, ne in ullum etiam minimum doctrinae Ecclesiae Catholicae repugnantem errorem, sese ullo pacto involvi patiantur; scientes quod ob hujusmodi errorem, vel minimum ipso facto quibusvis beneficijs suis sint privandi. Quo cautius autem ab ejusmodi peste se se custodire possint, librorum Haereticorum et ab Ecclesia prohibitorum lectionem, ac apud se etiam retentionem prorsus vitabunt, sicut et eorum, qui obsceni

ac contra bonos mores conscripti, magicique essent, hocque nomine prohibiti haberentur. Siqui autem reperirentur, qui hujusmodi libros absque eorum licentia, qui hanc concedere possunt, apud se retinere, vel etiam legere non reformidarent, contra eos Dominus Praepositus et Capitulum severe, et graviter animadvertant.

13. b. De eorum, qui in Capitulum recipiendi sunt qualitate.

Illmo, ac Reverendissimo in Christo Patri Dno Archi-Episcopo Strigoniens. Praelato suo Gratiosissimo humillime supplicat Ecclesia Scepusiens., ne alios in eandem Ecclesiam, quam idoneos et amplum de vita moribus, ac scientia testimonium habentes admitti, pro sua paterna cura patiatur. Vagos autem, canonicisque impedimentis irretitos, ac involutos et qui fratrum concordiam interturbare possent, penitus arceri ab ea faciat.

De Installatione novorum Canonicorum.

Novi Canonici cum literis provisionis, tenentur se coram Capitulo praesentare, convenientibus Dominis de Capitulo in Consistorio: quorum literae ubi fuerint perlectae, nihilque fuerit inventum quominus admitti possit: proponuntur eis Juramenta professionis fidei ac aliud pro more hujus Ecclesiae praesentari consvetum, quae si praestare placeat: committitur ejus deductio in Chorum Dno Cantori, adjunctis ali-

quibus Canonicis, qui lateri novi Canonici adhaereant, qui cum in stallum chori venerint, ibi D. Cantor facta publicatione promotionis novi Canonici, ita installationem perficit.

Ego N. Cantor et Canonicus Ecclesiae Scepusiensis invocata Spiritus Sancti Gratia in et ad Canocatum et Praebendam in hac Ecclesia Scepusiensi per mortem et decessum, vel spontaneam resignationem, Honorabilis quondam N. eorundem Canonicatus et Praebendae ultimi veri, legitimi, immediatique possessoris de jure et de facto vacantia, Canonice investio, dando Tibi Stallum in Choro et Locum ac vocem in Capitulo cum omni plenitudine juris Canonici, idque in Nomine Patris et Filij et Spiritus Sancti Amen. Quo peracto, reducitur in Consistorium novus Canonicus, ibique facit professionem fidei, praestatque Juramentum consvetum.

Forma Juramenti Professionis Fidei.

Ego N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in symbolo fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: Credo in unum Deum, Patrem Omnipotentem, factorem Coeli et Terrae, visibilium omnium et invisibilium et in unum Dnum Jesum Christum Filium Dei unigenitum et ex Patre natum ante Omnia Saecula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero: genitum non factum, Consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter Nos homines et propter nostram salutem descendit de coelis: et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine et homo factus est. Crucifixus etiam pro Nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dnum et vivificantem, qui ex patre, filioque procedit, qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi Saeculi Amen. Apostolicas et Ecclesiasticas traditiones reliquasque ejusdem Ecclesiae observationes et constitutiones firmissime admitto et amplector. Item Sacram scripturam, juxta eum sensum, quem tenuit et tenet sancta Mater Ecclesia, cujus est judicare de vero sensu et interpretatione sacrarum scripturarum admitto: nec eam unquam, nisi juxta unanimem Consensum Patrum accipiam et interpretabor. Profiteor quoque septem esse vere et proprie Sacramenta novae Legis a Jesu Christo Dno nro instituta, atque ad salutem humani generis, licet omnia non singulis necessaria: scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam; Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque gratiam conferre; et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio iterari non posse. Receptos quoque et approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de justificatione in Sacro-Sancta

Tridentina synodo definita, et declarata fuerunt amplector,

14. a. et recipio. Profiteor pariter in Missa offeri Deo verum proprium et propitiatorium sacrificium pro vivis et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere et realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum Anima et divinitate Domini Nostri Jesu Christi fierique Conversionem totius substantiae Panis in Corpus et totius subtantiae Vini in Sanguinem: quam Conversionem Catholica Ecclesia Transsubtantiationem appellat: Fateor etiam sub altera tantum specie, totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas fidelium suffragijs juvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos, atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro Nobis offere, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissime assero imagines Christi, ac Deiparae semper Virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omniumque Ecclesiarum Matrem et Magistram agnosco. Romanoque Pontifici B. Petri Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Caetera item omnia a Sacris Canonibus et Oecumenicis Concilijs, ac praecipue a Sacro Sancta Tridentina synodo tradita, deffinita et declarata, indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria

omnia, atque Haereses quascunque ab Ecclesia damnatas et receptas et Anathematizatas, ego pariter damno, recipio et anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in praesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam usque ad extremum vitae spiritum constantissime (Deo adjuvante) retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit teneri doceri et praedicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro, sic me Deus adjuvet et Sancta Dei Evangelia.

Forma Juramenti Canonicorum de novo recipiendorum.

Ego N. juro per Deum Vivum et ad Gloriosam DEI Genitricem Virginem MARIAM, ac Sancta DEI Evangelia manibus meis tacta, quod R. D. N. Praelato meo et eiusque Vicario, Successoribusque ipsorum legitime hanc Ecclesiam intrantibus, vobisque fratribus meis senioribus, in omnibus honestis et licitis fidelis et obediens ero. Jura Ecclesiae consvetudines et statuta, scripta et non scripta observabo. Bona et Clenodia Ecclesiae non dissipabo, sed etiam dissipata et quovis modo abalienata, distractaque pro posse meo recuperare, Domum etiam mihi assignatam pro facultate mearum Virium aedificare studebo. Arcana Domini Praelati et Capituli istius nemini revelabo. Honorem et Dignitatem Domini Praelati mei defendam. Inter Fratres zizania et discordias non seminabo. In execu-

tionibus peragendis et relationibus faciendis, ac exaudiendis fassionibus et alijs omnibus rebus mihi concreditis fidelis, in divinis quoque officijs tractandis sedulus et diligens ero. Ita me Deus adjuvet et Patronus hujus Ecclesiae Beatus Martinus et Omnes Sancti Amen.

Forma Juramenti Domini Praepositi et solennitas receptionis ejus. Habentur in Literis condam Dionysij Cardinalis Strigoniensis supradescriptis.

Si tamen contingeret eum in manibus Illmi Dni Archi-Episcopi Confirmatoris Praepositurae non jurasse, jurabit in Capitulo juxta formam quae hic subnectitur.

Forma Juramenti a Dno Praeposito in Capitulo praestandi, si non constiterit, quod in manibus Illmi Dni Archi-Episcopi Strigonien. confirmationis juramentum praestiterit.

Ego N. Praepositus Ecclesiae Scepusiensis juro DEO Omnipotenti B. M. Virgini, Beato Martino Patrono hujus Ecclesiae et Omnibus Sanctis et ad ista Sancta Dei Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod omnia Privilegia, libertates statuta et consvetudines Ecclesiae et Capituli hujus, a quibus per non usum et Consvetudinem non recessit ab

antiquo, nec recedere voluit inposterum cum omnibus Clausulis et Punctis

14. b. inviolabiliter observare velim. Item quod universa bona, utpote possessiones, praedia, domos, vineas, res, ac quaecunque Jura Ecclesiae, tam in Spiritualibus, quam temporalibus in bono, ac condecenti statu conservare et manutenere, fideliterque et diligenti cura tueri, ac defendere. Alienata, si quae forent, ea recuperare et ad Jus, ac proprietatem Ecclesiae reducere, destructa vero restaurare et reformare pro posse meo studebo. Item quod cultum divinum in hac Ecclesia debitum, non minuam, neque illum absque legitima causa negligam sed pro ejus augmento fideliter, ac sedulo laborabo. Residentiam personalem, ac continuam penes Ecclesiam faciam. Canonicos et Capitulum indebite et extra viam Juris non molestabo, quin eisdem pro exigentia status ipsorum debitum Honorem impendam. Item quod Illmo, ac Rndmo in Christo Patri Dno Archi-Eppo Strigoniensi, pro tempore constituto, ac legitime, canoniceque intranti, ejusque Vicario obedientiam, fidelitatem, ac reverentiam in licitis, ac honestis faciam, exhibebo et servabo. Omnia haec praemissa, ac praemissorum singula me observare, nec ijs palam, vel occulte contraire, ac contra ea aliquid attentare quovis modo velle, pro posse meo sancte et inviolabiliter promitto et juro: sic me DEUS adjuvet B. Virgo MARIA, Sanctus Martinus et Omnes Sancti ac haec Sancta DEI Evangelia, quae manibus meis corporaliter tango.

De Residentia.

Residentiam personalem in hac Ecclesia, omnes qui Canonicatum cum Praebendis obtinent facere tenentur: idque praeter multiplices alios labores, maxime propter divinum officium, quod per se ipsos, quoad omnes partes, Canonici peragere tenentur: nisi forte ob curam animarum, ex gravi et inevitabili necessitate, arbitrio superiorum, vel ob legitimam peregrinationem aliquos abesse contingeret ad tempus; qui tamen interea dum aberunt, tenentur per aliquem substitutum officia Divina peragere aliaque onera in Ecclesia ferre. Et quidem qui irrationabiliter et contumaciter residentiam facere neglexerit, si is per edictum ad valvas Ecclesiae affixum, cum certo termino praefixo, ad reditum admonitus, non redit ad residentiam, puniendus erit juxta praescriptum Concilij Tridentini. Ut nimirum primo animo puniatur, dimidia parte proventuum, quos ratione praebendae, ac residentiae fecit suos. Si autem simili rursus fuerit negligentia usus totius anni proventibus privetur. Demum vero ubi contumacia creverit, juxta Sacrorum Canonum praescripta, beneficio quoque ipso per collatorem erit privandus, juxta antiqua autem concordata cum Domino Praeposito, Capitulum hujusmodi non residentium et absentium proventus percipit, et exigit, sed ad communes Ecclesiae necessitates, vel communium litium, ac causarum defensionem et prosecutionem.

De Matutino, Horisque Canonicis in Choro rite, ac cum debita devotione, suisque temporibus decantandis.

Licet omnium, qui Christo nomen dederunt, videatur esse, ut aureum istud S. Pauli Apostoli monitum: obsecro, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, saepius animo revolvant, unde illud fiat, quod alibi rursus monet, ut sint sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino servientes: ijs tamen, qui in sortem Domini peculiari ratione electi sunt, longe majori ratione attendendum est, ut videant vocationem suam eamque digne ambulent: cujus vocationis potissima pars esse cognoscitur in conspectu Angelorum, Matutinas Preces, Horasque Canonicas digne et devote Deo psallere. Curandum igitur est Canonicis Ecclesiae Nostrae, ut his precibus, ac Horis diligenter in choro insistant, nec eas ulla ratione praetermittant: quas distincte quoque, ac devote et sine aliqua praecipiti volubilitate psallere debebunt. Et matutinas quidem preces cum laudibus pro more hujus Ecclesiae antiquitus recepto, vesperi, finito Completorio, dicent: sed interposita inter Completorium et Matutinum Antiphona: qualis est Salve Regina, vel alia pro tempore occurrens, item dicto Pater Noster, Ave Maria et Credo secrete ante inchoationem Matutini. Primam autem post Horam Matutinam quintam. Tertiam ante Sacrum Missae officium hora octava. Post Sacrum vero Missae officium sextam: hora vero tertia ante vesperas nonam: finitis vero

vesperis Completorium. In his autem praescribet ordinem pro quolibet festo, is cujus est hoc officij.

15. a. De Recitatione Divini officij extra chorum, et poena eorum, qui illud recitare negligunt.

Beneficium datur propter officium, dictantque tam Divinae, quam humanae leges, ut qui ex patrimonio Christi seu proventibus Ecclesiae sustentantur, non solum sibi, sed et alijs Ecclesiae Filijs Deum propitium reddere sint obligati et sacerdotibus quidem, ac alijs in sacris ordinibus constitutis, id ut faciant, ipse status ipsorum ratio obligationem imponit. Istud autem non solum sacrificijs, sed et aliis precibus, quae quotidie ex puro, ac sincero corde proveniant, perficitur. Sciant itaque Canonici Ecclesiae nostrae, ita esse obstrictos ad Canonicas horas recitandas, etiam extra Chorum, si eas in choro integre non decantaverint, ut si eas recitare neglexerint, fructus beneficiorum suorum, pro rata neglectarum Horarum non faciant suos, teneanturque eos: fructus in conscientia ad necessitates hujus Ecclesiae nostrae convertere. Siquis autem in hujusmodi negligentia deprehensus, ac admonitus se emendare, divinum officium, ac Horas Canonicas nihilominus recitare negligeret, is non solum proventibus beneficij omnibus, sed beneficio quoque ipso privandus erit, ne beneficarij et stipendiarij Christi Nomen indigne et inutiliter gerat. Nec in hac re ficta, ac imaginaria causa infirmitatis, vel alterius impedimenti, sed vera ac bona conscientia sufficiens executionem mereri potest.

De Missarum celebrationibus.

Sanctus Apostolus Paulus monet, ut unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administret: describens autem quomodo accipiant Gratiam Sacerdotes, ac Pontifices sic inquit: omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur, in ijs, quae sunt ad DEUM, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Unde cognoscere possunt Sacerdotes et Canonici Ecclesiae nostrae in id illos per Divinam Gratiam esse assumptos, ut pro se, ac Populo Dei frequentes sint in offerendo Sacro-Sancto Missae Sacrificio: praeter quotidiana igitur Sacra, quae per hebdomadarium sine ulla intermissione semper decantari debent, prout feriarum, ac festorum ratio postulat: Alia votiva Sacra, quae fieri consveverunt non intermittantur. Et diebus quidem festis, nisi legitimo impedimento detineantur, tam D. Praepositus, quam quilibet Canonicorum, quo exactius suae obligationi satisfacere possint, Missam privatam celebrent. Quoniam autem membra sollicita pro invicem esse consveverunt, charitas divina urget, ut eorum memoriam, quos in vita socios peregrinationis habuimus et qui potissimum hujus Ecclesiae benefactores fuerunt, diligentem habeamus, ijsque communibus suffragijs, quod per orationes et sacrificia fit, opitulari conemur. Quilibet itaque pro fidelibus defunctis frequenter sibi ex charitate Christiana meminerit esse orandum, ac celebrandum. Eorum autem, qui pia legata pro refrigerio animarum suarum fecerunt, juxta piam ipsorum dispositionem et voluntatem, pecularis semper habea-

tur memoria: conscriptaque habeantur eorum legata, ut juxta ea, dispositionis et voluntatis ipsorum sedula executio fieri possit. Praelatorum autem hujus Ecclesiae, utpote Archi-Episcopi et Praepositi specialis habeatur sollicitudo, pro quibus dum aegrotant, sicut olim fiebat ab Ecclesia pro Petro, orationes fiant ad Deum. Quos si e vita migrare contingeret pro Archi-Episcopo novem, pro Praeposito sex, pro Canonico tribus continuis Diebus a singulis Canonicis Missae Sacrificium offeratur: fiant insuper aniversaria quoque pro omnibus autem hominibus, cum hoc sit conveniens et acceptum coram Deo, prout Apostolus hortatur fiant orationes, postulationes et gratiarum actiones.

Festa, ac Dies, quibus Do Praeposito, ac Canonicis solenniter est celebrandum.

In his Festis Dnus Praepositus solenniter et in Pontificalibus celebrare debet. In Festis Nativitatis, Circumcisionis et Ephiphaniae Dni, Purificationis B. M. Virginis, Dominica Palmarum, in Die Coenae Domini, Resurrectionis et Ascensionis Domini, in die Pentecostes, Corporis Christi, SS. Petri et Pauli, Transfigurationis Domini, Assumptionis

15. b. .B. M. Virginis, Omnium Sanctorum, S. Martini, Dedicationis Ecclesiae. Solenniter autem celebrante Do Praeposito, ut frequens adsit familia congruum est: quae autem ad sacrum necessaria et oportuna sunt, ea a Custode tempestive praeparari et in ordjnem redigi debebunt. Assistant autem ad Epistolam et Evangelium D. Praeposito solenniter celebranti duo ex Canonicis. Ad Intulam penultimus, ad Baculum vero postremus Canonicus. Incensum autem cum Thuribulo fert Plebanus. Choratores quoque quatuor ex Canonicis eodem celebrationis tempore esse debebunt. Casu autem quo in praedictis festis legitimum Impedimentum D. Praepositus solenniter celebrare non possit, Vicarius, vel alia primaria persona in Capitulo ejus vices cum praedictis Astantibus et Choratoribus obire debebit. Alijs diebus festis ejus est, cum duobus Astantibus solennem Missam peragere, in cujus septimana tanquam hebdomadarij pro divino officio, horisque Canonicis decantandis, Missisque celebrandis destinari per ordinem consveti festum inciderit. Attendendum autem est, ne Altare quodvis, quod in Ecclesia hac nostra habetur, in sui Patroni festo absque solenni Missa relinquatur, praeter votiva, quae in ejusmodi Altari celebrari debent.

De eorum, quae in Choro, et Sacro requiruntur modo et ordine.

Ea, quae in Domo DEI aguntur, ut cum aedificatione, honesteque ac secundum ordinem agantur, ac fiant in Nobis monet Apostolus. Quapropter, qui praesidet choro diligenter, ac sollicite curare debet, ne quidquam praepostere, indecore, ac mance in choro fiat, praetermittaturque aliquid, quod institutio, ac progressio officij praetermittendum non sinit, praesertim ne absurda haesitatio fiat in recitatione Lectionum, ac Capitulornm, orationumque sed ut omnia

non solum cum debita devotione, verum cum gravitate etiam sacerdotali perficiantur: mulctatis ijs, qui supina in hac parte, ac affectata negligentia reperirentur laborare. A Domo autem Dei, quae orationis domus est, longe abesse ea debent, quae attentionem et devotionem in oratione perturbant. Quocirca a Choro nostro longe facessant sermones, collocutiones, joci, risus, rixae, ac susque deque cursitationes. Chorum autem tempestive quisque Epithogio et capucio indutus ingredi debet: qui ingressus fiat modesto incessu, facta Sacramento, vel Altari debita reverentia, nec egrediatur quisquam ex choro cessante legitima necessitate, nisi absoluto divino officio. Quibus celebrandum est, ad evitandum errorem, vel haesitationem in celebratione ij tempestive in Templum ingrediantur, ut quae revidere debent, mature revidere, ac perlegere, orationesque Notare possint. Sacris autem Vestibus, ut decenter induatur celebrans, necessarium est; valde enim indecorum est, si praesertim Alba non aequaeliter defluat undique usque ad talos, sed pars sursum, pars deorsum hinc inde pendeat. Postquam autem Sacerdos Vestibus Sacris honeste jam indutus est, non est decens, ut cum alijs colloquatur, sed gravi et maturo incessu illi ad Altare progrediendum est. In ipsa voro Missae actione ab omni indecoro et absurdo capitis, oris, manuum, genuum, reliquique Corporis motu, ac gestu abstinere debet. Verba potissimum autem consecrationis recte attente, ac distincte pronunciari debent. Cum ad populum se Sacerdos vertit, ut id oculis in humum conjectis faciat, requiritur. Peracto Sacro Missae Officio, qui celebravit, Deo gratias acturus, seorsim se ab alijs recipiat et oret. Volumus

autem, ut Canonici nostrae Ecclesiae prae oculis semper habeant, quae a Concilio Tridentino in celebratione Missarum observanda et evitanda praescribuntur: nempe ne turpis quaestus gratia, quod ad avaritiam et simoniacam labem pertinet Missae celebrentur: ne cujivis vago et ignoto sacerdoti sacra facere liceat: neque recipiatur sine commendatitijs literis. Ne publice, ac notorie criminosus, aut Sacro Altari ministret, aut sacris interesse sinatur. Ne ritus alij, aut aliae Ceremoniae et preces ex privata devotione adjungantur in Missarum celebratione, praeter eas, quae ab Ecclesia probatae, aut frequenti et laudabili usu receptae sunt. Denique quarundam Missarum et

16. a. Candelarum certus numerus, qui magis a superstitioso cultu, quam a vera Religione inventus est, sicut etiam nonnullarum rerum Benedictio superstitiosa tempore sacri omnino deinceps amoveantur et prorsus pro eliminatis habeantur.

Poena eorum, qui, vel a Choro tempore Divini Officij, vel a Consistorio tempore communis Consultationis abfuerint.

Residentia in hac Ecclesia Personalis, idcirco potissimum observanda est, ut cultus divinus majori devotione et frequentiori Ministrorum Dei praesentia perficiatur; nec licet cuiquam abesse sine licentia D. Praepositi, vel Vicarij, non solum a Choro, sed et a Capitulo. Siquis autem a Choro et Divinis Officijs temporibus consvetis abesset, poena synodali constitutione hujus Ecclesiae olim praescripta, nempe unius floreni ad necessitates Ecclesiae convertendi, toties

quoties a totius diei officio inexcusabiliter et irrationabiliter absentaverit, puniri debebit, alias autem pro rata absentiae, singulis divini officij partibus taxatis, quisque puniatur. Hebdomadarius autem, si nec per se, nec ex legitima causa per substitutum divinis, quae peragere pro sua septimana tenetur, interesset, toto Die, sed alium ex improviso supportare eum in divinis oporteret, unius Marcae gravis ponderis, quatuor florenos facientis poena esset mulctandus, taxatis similiter divini officij partibus pro rata absentiae juxta praedictam poenam ad partem ejusdem poenae. Id autem, ut vel aliqua pars divini officij negligentia hebdomadarij, vel totum divinum officium praetermittatur, non cogitamus, cum semper divinorum officiorum tempore aliqui ex Canonicis adesse in Choro teneantur, qui etiam ex improviso Hebdomadarium supportare possint. Si tamen id aliquo casu accidere posset, ut divinum officium in totum praetermitteretur, Trium Marcarum Duodecim florenos facientium poena pro totius officij omissione Hebdomadarius puniri deberet: taxata poena parte, ad partem officij divini, si partem dumtaxat contingeret omitti: cujusmodi proportionalis taxationis exempla antiqua non desunt in hac Ecclesia: et quia D. Cantoris est immediata chori directio, ipse immediate superintendere debebit, an praedictae negligentiae admittantur, annotetque negligentes, ut puniri possint. Nec Domini tamen Praepositi, vel Vicarij in hac re sedula desit et poenae exactae a negligentibus ad necessitates Ecclesiae juxta ordinationem Dni Praepositi et Capituli convertantque. Illis quoque qui tempore consultationum de communibus Capituli negotijs, alijsque

necessarijs vocati in consistorium venire renuerent, poena deesse non debet: itaque his quoque pro modo culpae poena condigna imponatur, eaque ad necessitates Ecclesiae exigatur.

Proventuum Canonicalium adeptio per eos, qui de novo in Canonicos recipiuntur quomodo fiat, et de officio Canonici novi.

Qui Altari deserviunt et qui in sacrario operantur, merentur ex Altari participare et de Sacrario edere: redditus igitur prorum hominum liberalitate huic Ecclesiae ad ejus ministros alendos donati et attributi, ut in suo vigore permaneant, vigilantique cura conserventur omni diligentia est providendum. Proventuum autem ex praebendis, si ij supersint percipiendi, particeps fit novus Canonicus, statim, ut titulum Canonicatus cum reali Praebendae apprehensione fuerit consecutus: ex proventibus autem toti Capitulo ad communem divisionem super extantibus, cujuscunque generis ij sint, habito respectu quo tempore Canonicatum novus Canonicus adeptus est, a S. Georgij festo praesertim adeptionem Canonicatus metiendo, pro rata temporis suam portionem a Capitulo habebit, idem novus Canonicus: cujus autem est muneris tempore solennis, ac in pontificalibus celebrandi officij divini, baculum pastoralem ferre; Astare solemniter celebrantibus Canonicis alijs et ad supplenda omnia quae ab alijs praestare deberent promptissimum se semper exhibere, quotiescunque id animadverterit necessitatem postulare. Sciat autem novus

Canonicus, si in minoribus tantum ordinibus constitutus recipiatur, cum ea cautela, ut quamprimum se

16. b. ad ordines sacros promoveri faciat, non admittendum ad vocem ferendam in Capitulo, quousque reipsa ad ordines sacros non fuerit promotus: interea autem nec de sigillaribus quidquam accipiet, nec de ijs, quae pro sacrorum celebratione dantur, sed alijs tantum proventibus essentialibus debet esse contentus et pro Divinis, quae ob defectum ordinum ipse perficere non potest, alium substituere tenetur.

De proventuum Canonicalium usu, et de conservatione domorum Canonicalium.

Natura sua eam conditionem sortita sunt bona Ecclesiastica, ut in alium, quam in Sacrum et pium usum eorum proventus nefas sit convertere. Consistit autem hic sacer et pius usus, vel in sustentatione eorum honesta, qui divino servitio mancipati, dispensatores Mysteriorum, DEI facti sunt; vel in reparatione Ecclesiarum, Ornamentorumque in ijs ad divinum cultum necessariorum comparatione vel in sublevatione Pauperum et egenorum in suis necessitatibus; quare cavendum est diligenter ne ab hujusmodi proprio et pro usu proventus bonorum Ecclesiasticorum divertantur, cupiditatisque, quae omnium malorum radix est, ductu et instinctu, vel ad proprios, vel ad propingvorum et familiarium usus transferantur, servantque hujusmodi sacri proventus, contra rectum et proprium suum usum, proprijs, vel propinguorum, vel familiarium vanis divitijs, ac honoribus. Accurate igitur ea observandum decernimus in hac parte, quae a Concilio Tridentino habentur praescripta. Imprimis ut Canonici Nostri, proventibus suis utantur, pro sui status exigentia quantum ad victum et cultum eis erit necessarium: sui autem status exigentiam metientur a frugalitate et modestia clerici, quae longe profligabit omnem immoderatam ad suppellectilem argenteam, vestiumque luxum profusionem, minusque necessariam sollicitudinem. Deinde ut non solum a superfluis et supervacaneis abstineant, sed necessaria quoque sibi ultro subtrahant, ac ad ea, quae Ecclesiae sunt sarta, tectaque conservanda, utpote domos et aedes Canonicales, caeteraque hujusmodi libenter conferant. Et est hoc vehementer sane necessarium, nimirum ut domos Canonicales ex proventibus suis quisque reficiat, nec cuiquam optio, aut transitus ad aliam domum fieri permittatur, nisi ruinas suo tempore factas restaurasse comperiatur, manusque pro tempore, quo domum inhabitavit, pro sua possibilitate ad ejus meliorationem apposuisse deprehendatur: nequit enim sine dolore aspici, in quas ruinas permittantur domus Canonicales devenire et ita quidem, ut sensim vix locus inhabitandi successoribus videatur relinquendus. Quod malum, ut in tempore possit praecaveri, singulis annis ita erit ordinandum, ut tempore electionis novi Decani, unus eligatur ex parte Domini Praepositi et unus ex parte Capituli, qui diligenter advertant, num aliquis Canonicorum aedes suas Canonicales desolari patiatur: idque ad D. Praepositum et Capitulum referant, quorum erit definire, quantum ad restaurationem ejusmodi Domorum erit ex illius Canonici proventibus juxta relationem convertendum. Quod autem ad hujus-

modi domus aedificium ex proventibus judicabitur convertendum id Decano debebit committi, quatenus is ex Proventibus Canonicorum ruinas domorum non curantium limitatas has expensas detrahat et ad domorum aedificationem praedictis duobus electis consignet: quorum erit fidelem rationem reddere D. Praeposito et Capitulo, quod ejusmodi limitatas expensas ad domorum restaurationem sine defectu aliquo converterit. Atque hoc erit in alijs similibus Ecclesiae bonis observandum, quae absque hujusmodi cura desolationi possunt esse obnoxiae.

De bonorum Ecclesiae alienatione, Inscriptione, ac etiam Concambiatione penitus prohibita.

Incredibile est, quantum damni et jacturae Ecclesia haec percepit, ex libera usurpatione alienationis et Concambiationis bonorum ejusdem contra dispositionem sacrorum Canonum: cui intolerabili malo ut efficaci remedio subveniri queat, statutum est, ut nec Do Praeposito, nec toti Capitulo in communi, nec cuivis ex Capitulo liceat futuris unquam temporibus quidquam ex bonis Ecclesiae alienare, vel inscribere, vel etiam permutare absque solennitate Juris Canonici et sine expresso Illmi Dni Archi-Eppi Strigoniens., vel eo non exsitente Capituli Strigoniens. inscriptis obtento consensu. Qui secus fecerit privataque persona extiterit ipso facto suspensionem ab offo et Beneficio sciat se incurrsurum. Capitulum vero donec ejusmodi bona in suum statum revocaverit, cessationem a Divinis,

17. a. aliasque graves animadversiones noverit se subiturum. Praeter annotatas autem poenas, perjurij quoque poenam, prae oculis tam D. Praepositus, quam Canonici habere debebunt, sed alienata quoque pro posse recuperare studebunt ad quam recuperationem sub eadem perjurij poena, ac sub amissione quoque omnium proventuum, tam D. Praepositus, quam Capitulum et quivis de Capitulo, jam nunc sciant se esse adstrictos, quam poenam exiget Illmus D. Archi-Eppus Strigoniens., si praefatae recuperationi efficaciter non fuerit invigilatum.

Quaestus turpes, et sordidi, ac praecipue usurae interdicuntur.

Quia fieri potest, ut proventibus suis Ecclesiasticis aliqui per turpes et sordidos quaestus et praecipue per usuras augmentum quaerere satagant, sicque militantes Deo, saecularibus negotijs se immiscere inveniantur: Idcirco omnes nundinationes, quaestusque sordidos et inhonestos noverint Canonici nostri sibi severe esse interdictos et prohibitos. Siquis autem usurarius esse, hacque labe infectus compertus fuerit, sciat se beneficio suo omnino esse privandum.

De cultu, habituque externo Canonicorum, lusibus, ac choreis, venationibusque illicitis vitandis.

Non solum interno animi cultu, habituque virtutum internarum mentis ita sunt Ecclesiastici coram populo Christiano constituti, ut lucis partes obeuntes,

operibus eorum visis, glorificetur pater coelestis, sed ut externo quoque corporis cultu, ac habitu, idem praestent, voluit is, cui nonnisi honesta et decentia, internaeque mentis bonae dispositioni conformia, in externis quoque placere possunt: in externo igitur vestitu, cultuque corporis ita, Canonici nostri se se habebunt, ut ex eo bonam, ac honestam mentis dispositionem considerare populus, hincque spiritualem aedificationem sumere possit: deferent igitur habitum, ac vestitum suo ordini, ac dignitati convenientem, qui nec nimia breviatate, nec nimia longitudine notari possit; cujus color praeter nigrum, aut violaceum nullus omnino alius esse debebit: colare artificiosum, aut variegatum nullo modo permittitur, sed simplex et modice latum. Annulorum usus nulli conceditur, nisi, quibus pro gradu honoris Jure est permissus. Ingressuri in templum habeant semper vestes superiores ordini suo Clericali convenientes, quae sicut non debent esse affectatis sordibus, sed honeste ita carere debent exquisitis et Clerico indignis delicijs. Priusquam autem in chorum veniant pro audiendis et decantandis divinis, tanquam in conspectum Dei proditurí induantur suis Epithogijs et Capucijs pro statu quisque suo, prout antea quoque jam est annotatum. Clericalem tonsuram quisque pro suo ordine abraso capillo ita deferat, ut omnibus conspicua sit. Comam et Barbam compte et studiose nutrire, non est ordinis Clericalis: Sacerdotes autem superiorem barba ita rescisam habere debent, ut in sumptione corporis et sangvinis Domini in Sacrificio Missae impedimento non sit. Choreas publicas, aut etiam privatas agere, sub severissima animadversione nulli licebit. Alearum quoque,

ac taxillorum lusum, maxime propter pecunias vetitum esse sciant nostri Canonici, sicut et id, ne unquam personati incedant neve fabulis, comedijs profanis, manibusque spectaculis intersint. Cum autem Commessationibus, aequalibusque haustibus clericalis dignitas maxime vilescat, temporisque pretiosi gravissimum dispendium fiat, evitari commessationes, profligari aequales haustus, dispendioque temporis praetiosi parcendum esse volumus, a nostris Canonicis, sicut et ab eo abstinendum praescribimus, ne quisquam in convivio secularium cantet: Tabernas et Cauponas intrare non licebit extra casum inevitabilis necessitatis. Venationes quoque illicitae, quemadmodum et aucupia non permittuntur exerceri. Quoniam autem Canonicorum Collegium, ita suas actiones ordinare debet, ut senatus Ecclesiae vocari mereatur, ab omnibus turpibus foedis, servilibus et quae ad rem non pertinent, Canonici abstinere debebunt. Quisquis autem eo prolaberetur, ut ea quae ad honestatem Clericalem pertinent flocci videretur facere, eum aut injuncta salutari poenitentia, aut pecuniaria mulcta imposita, aut suspensione ab ordinum executione, beneficiorumque administratione, aut una, vel pluribus simul poenis, ast etiam gravioribus pro culpae modo, ad mentem sanam revocare D. Praepositus et Capitulum studeant: ad juridicam quoque beneficij privationem procedendo, si incorrigibilitas videretur postulare: iterandae enim erunt poena donec spes emendationis superfuerit.

17. b. De negotijs Communibus in Consistorio Capituli tractandis, et qualiter quisque in voto ferendo, voceque danda se gerere debeat.

Quae omnes tangunt, omnium Votis et Consilis sunt tranctanda: quoties igitur emerserint negotia, quae totam Capituli communitatem concernere agnoscentur omnes Canonici ad ea tractanda et communi voto agenda convocari debebunt per eum, cujus hoc est muneris: si autem ejusmodi forent negotia, quae etiam D. Praepositum viderentur concernere, juxta status sui exigentiam et eminentiam ad consultandum in commune, is quoque advocari debebit, si adsit in sua Ecclesia, alioquin autem si non viderentur ad eum negotia pertinere, sed ad solum Capitulum, soli Canonici ea tractare poterunt et finire. In his autem id teneri et observari debebit, quod majori et saniori parti exquisitis omnium votis observandum videbitur. Cum autem in Consistorium vocati conveniunt, prout tenentur convenire Canonici, unusquisque in loco suae dignitatis, vel temporis, ac senii Capitulo consideat. Et siquid proponendum est, seposito quovis inordinato affectu, cum modestia, ac gravitate sacerdotali proponi debebit: nemo dum suam sententiam dicet, votumque suum dabit in proposito negotio interpellari tumultuose, vel perturbari a quopiam debebit, quatenus mentem, ac sensum suum dare et efficaciter aperire possit. Quod si quispiam, quod facile accidere potest, alterius votum, ac sententiam suam dicentis, sermonem, non servato ordine verbis praeser-

tim injuriosis, ac Contumeliosis interrumpere ausus fuerit, fratremque suum, cui par vocis, votique ferendi potestas in Capitulo est, in confusionem adduxerit, ipso facto debitam animadversionem incurrat, ac adminus florenorum quatuor ad Ecclesiae necessitates convertendorum poenam subeat, salva graviori poena, quam injuriae, ac culpae modus requiret. Neque id erit sine animadversione praetermittendum si quis super voto, ac sententia alterius risum, cachinos, ac subsanationem visus ac repertus fuerit malitiose excitare. Cum enim in Capitulo, ceu in quodam Ecclesiae senatu, cum gravitate, ac maturitate debeant res tractari: ut ibidem hujusmodi damnabiles irrisiones, etiam occulte, radices suas figere valeant, nullatenus est permittendum.

De Secretis Capituli.

Juxta juramentum suum in ingressu ad Canonicatum praestari consvetum tenetur quilibet Canonicus ad Secreta Capituli, nulli extra Capitulum revelanda. Siquis autem contrarium facere deprehenderetur, is per unius integri anni spatium ex Capitulo excludi debebit, salva Poena perjurij, quae judicialiter convicto Jure Canonum cum privatione beneficij infligi poterit. Ad cautelam autem revelationis hujusmodi secretorum, siquis nondum in sacris ordinibus constitutus, ea cautione, ut saltem intra annum, ad omnes sacros ordines se cum effectu promoveri faciat, ad Canonicatum admitteretur: ad vocem tamen in Capitulo ferendam et Secreta Capituli tractanda non est

admittendus, quousque ad ordines sacros non promoveatur, mutata enim voluntate posset talis ab ordinum susceptione resilire, ac in seculo secreta revelare.

De ijs, qui gravioribus, et atrocioribus injurijs se se, vel intra, vel extra Capitulum afficere non verentur.

DEUS, qui pacis et concordiae auctor et amator est, qui ut S. Paulus ait, vult, ut ea sectemur, quae pacis sunt, eo quod in pace vocavit nos, vult omnes suos singulari amoris, ac charitatis vinculo et glutino connectere, in hoc dicens suos cognosci, si dilectionem ad invicem habuerint: id autem inter eos, qui in societatem aliquam particularem asciti sunt, singulari cupit esse observatum. At vero ex adverso diabolus utpote auctor et sator contentionum et discordiarum, etiam inter arctissimo vinculo conjunctos fratres discordiarum, contentionum, ac dissidiorum materiam, ac semen nititur spargere: nisi igitur speciali Dei

18. a. Gratia Collegium nostrum conservetur, evitari vix poterit, quin inter fratres, quandoque dissensio et quidem cum gravi aliquorum injuria excitetur. Providendum igitur est, quomodo huic grandi malo oportuno remedio obviari possit. Statuimus igitur et decernimus, ut siquis aliquem fratrem suum gravioribus et atrocioribus injurijs affecerit, hostili modo contra eum insurgendo, vel manus cum eo conserendo, vel domum ejus armata manu invadendo,

vel enormibus, ac contumeliosis vituperijs cum proscindendo famam ejus praesertim apud extraneos enormiter laedendo, vel aliqua simili ratione de honestando, per sex mensium spatium ex Capitulo excludatur et sine omni misericordia proventibus interea obvenientibus, vel obvenire debentibus privetur. Nec aliter etiam sex praedictis mensibus evolutis, in Capitulum recipiatur, ac ad fructus beneficij deinceps percipiendos admittatur, nisi cum offenso fratre fuerit reconciliatus: habita tamen debita consideratione num hujusmodi injuriatus aliquam provocationi dederit causam, quae si data reperiatur, is quoque non abeat plane impunitus. Et si forte delicta utrinque paria esse deprehenderentur injuriae quidem utrinque praetensae, mutua compensatione tolli poterunt, ob excitatum tamen scandalum, saltem unius mensis spatio e Capitulo excludi debebunt et taxato annuali beneficiorum proventu, pro rata unius mensis, quo e Capitulo exclusi habebuntur, proventibus quoque priventur, admittentur autem in Capitulum facta mutua reconciliatione: siquis autem ita durus reperiretur esse, ut reconciliari cum suo fratre nollet, D. Praeposito et Capitulum ad instantem petitionem velentis, modum reconciliationis adinveniant, nec sinant suo consortio, proventibusque communibus eum fraudari, quem constiterit, serio, ac sincere fratri suo reconciliari velle. Quod si autem, ut accidere consvevit, tales, qui mutuo se injurijs afficiunt, injurias suas prosequi negligerent, qualitas autem facti, maxime ob scandalum, animadversionem videretur requirere, tam D. Praepositus et Capitulum factum indiscussum non relinquant, sed vocatis in Capitulum his, qui se invi-

cem injurijs affecerunt, prout ratio delicti postulaverit poenam contra eum, qui culpabilis repertus fuerit, decernant, salvo ordine provocationis ad superiorem, de quo infra.

Contra eos, qui clancularia sodalitia et Conspirationes instituerent.

Diabolum in ipso quoque, ac inter ipsas mentes coelestes conspirationem molitum fuisse constat, quid ni igitur eam in terra, ac inter homines moliri possit. Diligenter itaque, ac sedulo providendum est, quo remedio efficaci, detestabili, ac pernicioso huic malo in Collegio nostro possit obviari. Constituimus igitur et decernimus, ut si qui in Collegio nostro reperirentur, qui occulta sodalitia, ac conspirationes in oppressionem aliorum fratrum, vel in subversionem jurium, ac laudabilium consvetudinum, vel contra publicum bonum et pacem Capituli inire et facere attentassent, reque ipsam hujusmodi suo conatu progressi fuissent, hujusmodi conspirationis et damnatae societatis complices tanquam putrida membra ejiciantur e Capitulo in perpetuum, neque ulli eorum spes aliqua ad regressum relinquatur: posset enim deinceps quoque ob hujusmodi pestem pars aliqua Capituli infici.

De Vita Canonicorum, honestaque familia eorundem.

Inter reliquas virtutes, quibus exornatos esse decet Ecclesiasticos, primaria esse videtur Castimonia ad quam colendam peculiari quoque promissione se

se obligare consveverunt: eam itaque ut quam maxime colant et tueantur ministri nostrae Ecclesiae necessarium est: cujus custodiendae gratia, omnem periculosam peccandi occasionem sollicite evitare debent: non liceat itaque cuiquam ex Collegio nostro, cujuscunque is sit dignitatis, cum mulierculis, quarum cohabitatio suspecta esse possit, cohabitare. In quo genere cum ijs quoque in quibus natura foedus nihil impudici permittit suspicari, quomodo possit et debeat cohabitatio admitti, non pauca

18. b. indiget consideratione, quod enim a Sancto Augustino dictum tradit Ecclesia, id in his accidere potest quod nimirum etsi propinquae mulieres suspectae non sint tamen, quae ad eas ventitant, possunt suspitionem movere. Quarumcunque ergo personarum suspectarum, adolescentularum vero etiam probatae vitae famulatum, remotum a Canonicis nostris esse volumus: necessitate vero postulante, seniores solum aetateve, ac morum honestate graves, omnique suspicione carentes, foeminas ad famulatam admitti posse permittimus. Si quis vero hac salutari constitutione non curata in eam temeritatem prolaberetur, ut suspectam personam alere in domo sua non vereretur, si admonitus eam e domo sua non excluderet, post primam quidem admonitionem tertia parte proventuum, post secundam omnibus proventibus, demum vero si hac via nihil posset cum eo effici, ad privationem quoque beneficij erit deveniendum. Et illi quidem, qui gravi suspicione de incontinentia laborant ex praescripto Sacrorum Canonum severissime erunt puniendi. Manifeste autem delinquentes, sicut et qui publica, ac notoria infamia in hoc genere praeter

suspicionem cum scandalo plurimorum notati sunt, tolerari in suis officijs, ac beneficijs non debent. Turpes autem et obscenos, foedosque ac scuriles sermones in ore Canonicorum esse non decet, ac propterea, si de his delati fuerint, puniendi erunt. Habeant autem Canonici pro sui status decentia familiam quoque aliquam morigeram, quae eis ad sacra et mensam inserviat, ac in via eos committetur: si non tres saltem duos famulos decet quemlibet Canonicum habere.

Praescribitur modus, quo contra sese mutuo Canonici, si dissideant, procedere debeant, ac alij quoque contra eos.

Sancti Pauli Apostoli scribentis ad Corinthios dictum est, delictum omnino in eis esse, quod judicia habeant inter se quamobrem vehementer desiderandum esset, ne occasione aliquorum dissidiorum judicia inter fratres esse deberent, sed omnia in charitate et unitate fierent. Verum quia hoc optari potius potest, quam sperari: idcirco si dissidia inter fratres aliqua oriri contingat, in ijs hoc ordine erit procedendum, ut primo in Capitulo fraterne et amicabiliter dissidia componi tententur: id si non procederet, judicialiter definiantur: siquis autem in Capitulo se gravatum conquereretur, ei ad D. Praepositum, vel vicarium ex Capitulo provocatio concedi debebit: Hinc quoque, si gravaminis causa subfuerit, per viam appellationis ad sedem Metropolitanam Strigoniens. causa deduci poterit. Quantum autem fieri poterit, ut alij quoque

qui extra Capitulum existentes, contra aliquem ex Canonicis agere velint, seu ij Clerici, seu Laici fuerint, hanc ipsam viam et ordinem contra eos sequantur, curandum est: quod siquis in Capitulo ob quodcunque delictum convictus, omissa ad D. Praepositum, vel Vicarium Appellatione, debito tempore interponenda, poenam, quae ei imposita fuerit, ad quindenam solvere negligeret, nec dilationis gratiam, vel ex causa necessitatis, ac paupertatis, vel cujuscunque alterius rationabilis respectus, ab ipso Capitulo obtineret, duplum hujusmodi poenae erit exigendum, ex prima communium proventuum divisione, vel etiam ex proprijs Praebendae convicti proventibus, ne elusa judicij poena, vilescat judiciorum authoritas.

Circa optionem Domorum Canonicalium.

Si senii duntaxat habeatur ratio in consecutione domorum, ac aedium Canonicalium, ita ut qui senior et antiquior est ordine in Capitulo, is jure sibi domum quamcunque Canonicalem dari ex sua optione velit et deberi praetendat, ejusque optionem Capitulum sequi debeat, verget hoc ad aedium Canonicalium desolationem, non deerunt enim, qui neglecta sua domo quam inhabitant, spe ad aliam meliorem per alicujus senioris Canonici decessum vacaturum, sibique debitam respiciant: quod malum ne cum domorum ruinis serpat, providendum est: itaque licet aliquis Canonicus senior sit ordine in Capitulo, si tamen deprehendatur, quod non habita ulla cura aedificationis domus illius, quam inhabitavit, solum eo respexit, ut domum aliam consequi possit, tali, alia domus

19. a. quousque priorem non sit visus promovisse in aedificijs, nullatenus concedatur, vel conferatur, sed alteri qui spe domus alterius consequendae suam propriam in aedificijs non neglexit et similiter est in alijs agendum.

De Testamentis Canonicorum vita functorum, eorumque qui ab intestato decedunt bonis, et rebus.

Longo et antiquo usu recepta consvetudine, ac transactione quoque cum Praeposito coram Vicario Archi-Episcopatus Strigoniensis longe ante ducentos annos facta, habent Canonici hujus Ecclesiae liberam testandi facultatem tam de rebus mobilibus suis, quam etiam immobilibus per se aquisitis. Confirmatione tamen Testamenti ab Illmo Dno Archi-Episcopo Strigoniensi petita. Siquis autem intestato decederet: Capitulum ejus bona inventare debet, exolutis ejus creditoribus et servitoribus, quod ab honestis exequis superfierit, ad necessitates Ecclesiae converti debet. Nulli autem, quiscunque is sit, licet res, aut bona demortui Canonici distrahere, vel pro se usurpare, nisi velit conscientiam suam alienare cum obligatione restitutionis onerare: sed adhiberi ad omnium conservationem debet domui defuncti custodia, statim ab obitu, ad perficiendum, quod jam annotatum est in exequijs et rerum defuncti dispositione, siquis autem in ea paupertate decederet, ut ex rebus ejus exequiae honeste perfici non possent; Capituli erit, ei de honestis, sed non sumptuosis exequijs per decanum

providere. Hujusmodi autem defunctorum familia, manere potest in domo defuncti, usque ad triginta mortis ejus dies, sed absque aliquo damno domus. Ut autem executio Testamenti defunctorum cum effectu fiat, Dno Praeposito et Capitulo diligenter advigilandum erit, pie enim in Domino defuncti ultimis suis voluntatibus et pijs dispositionibus fraudari sine piaculo non possunt. Clenodia autem domus utpote mensae, scamna, armaria, aliaque parieti affixa in domo successori erunt relinquenda. Pietas autem requirit, ut defunctorum animae debitis sufragijs juventur, post mortem: Ante mortem autem in infirmitate ut crebre a fratribus invisantur infirmi, divinisque consolationibus animentur et Ecclesiae Sacramentis muniantur, fraterna charitas et vinculum unius societatis, Collegij et Corporis unice et sollicite exigit et requirit. Quae ex mortuorum ejusmodi rebus et praesertim sacra suppellectili, librisque quae juxta Concilij Provincialis Tyrnaviens. ordinationem Ecclesiae cedere debent, extabunt (sic), ea ut reipsa Ecclesiae dentur, non obstante quovis Testamento, curandum erit, Domino Praeposito et Capitulo. Mortuo aliquo ex Dominis de Capitulo, quousque corpus non fuerit sepultum quotidie post vesperas in Domo defuncti, ad quam processionaliter veniendum erit, Domini Canonici Vesperas et Nocturnum pro defunctis recitare debeant. Incipiendo autem ab ipsa depositionis die, tribus continuis diebus, tria cantata sacra, lecta vero a singulis fratribus, ut jam constitutum est, tria similia habeantur. Reliqua relinquuntur pietati executorum Testamenti, vel ijs, qui ab intestato decedentibus pro executoribus deputabuntur a Capitulo.

De Concionibus, ac verbi divini praedicatione, per Dnos Canonicos.

Qui Verbum DEI populo annuciat, ipsiusmet DEI Omnipotentis Nuncium agit et vices Prophetarum, ac Apostolorum, aliorumque sanctorum obit: eo vero quod tractat, nihil unquam gravius, nihilve pretiosius, ac excellentius usquam inveniri potest, quod non aliud quam res aeternas divinae Providentiae, Consilia, Promissiones DEI, veritatemque Fidei a Deo manifestatam in se continet: finis autem praedicationis verbi Dei est, gloria et honor Dei, intendunt enim verbi Dei recti praedicatores, ut ad gloriam et honorem Dei expulsis peccatorum tenebris lucem Christi in pectora hominum inferant, atque hoc pacto ad aeternae gloriae lumen eos transferant. Haec qui recte intelligunt, affectant potius, ac sequntur toto corde quam refugiunt divini verbi praedicationem. Et nos quidem ut hoc excellentissimum praedicandi, ac concionandi munus Canonici nostri omnino exerceant, constituimus et ordinamus, nec volumus, ut ad solum parochum hoc onus rejiciatur, sed ut ad Canonicos pertineat; statuimus.

19. b. Quandocunque igitur alicui mandabitur, ut ad populum sermonem instituat, id nullatenus recuset, cessante legitimo impedimento, nisi gravem velit contra se animadversionem conciliare. Mandabit autem hoc vel D. Praepositus, vel D. Vicarius.

De Parocho ejusque oneribus.

Parochum, qui in Ecclesia hac ordinarius verbi divini praedicator, ac Sacramentorum administrator est, doctrina et scientia pollere necesse est, nequit enim absque his debite, ac recte suo officio satisfacere; conscientiarum anfractus in poenitentibus, ac confitentibus ad rectam et salutarem poenitentiam habendam, confessionemque faciendam, quomodo prout requiritur, rimabitur, nisi in casibus conscientiarum bene versatus sit. In his igitur, ipsum bene versatum esse oportet, nec debent illi deesse libri, ex quibus majorem in dies casuum conscientiae notitiam hauriat: casus reservati qualescunque illi sint, notissimi illi esse debent: contractuum naturam, ut norit et diligenter pervestiget, si recte conscientias dirigere vult, oportet: sedulo igitur, ac diligenter Do Praeposito et Vicario attendendum est, ne in tam grandi et ad salutem animarum pertinenti re, vel Parochus, vel quicunque alius cui audiendarum confessionum cura permittitur, perfunctorie et oscitanter se habeat gravem Deo pro animabus reddituri rationem, si in ea suis partibus defuerint. Attendet etiam diligenter Parochus ad infirmitates suorum Parochianorum, ne alique ex illis absque Sacra Confessione et Sacro viatico, extremaeque unctionis Sacramento e vivis migrare contingat. Monebit itaque populum majori, qua potest diligentia, ut infirmos quosque ipsi denuncient, quos ipse consolari, ac Sacramentis Ecclesiae munire possit. Et quia ipsius officij est denunciationes Matrimoniorum

ter facere, eas non praetermittat tribus continuis festis diebus, nec sine illis ad benedictionem matrimonio jungendorum audeat procedere. In peculiarem autem librum, juxta praescriptum ritualis Strigoniensis hujusmodi Matrimonio jungendorum nomina referat, sicut et Baptisatorum, ac aliorum quoque, qui forte in hac Ecclesia confirmarentur: atque hoc facere nullo modo praetermittat, animadvertaturque in ipsum, si praetermitteret. Procuret jejunia quoque suis temporibus populo promulgari, sicut et festa. Liquores Sacros, sicut et Baptisterium nitide, ac munde asservet. Sacrum Christi Domini Corpus, quod pro infirmis asservari consvevit, ultra duas septimanas non asservet, sed veteribus particulis consumptis, novas consecret, vel consecrari faciat. Quod ut faciat diligenter advertat D. Vicarius. Cum autem ipsius cura sit Capella quoque B. M. Virginis in coemiterio, quam S. Valentini nunc vocant, curet, ut dèvotio confraternitatis in illa Capella augeatur, quatenus eorum devotione, alij ad cultum divinum augendum et promptius sectandum provocentur. Indulgentias quoque ejus Capellae suis temporibus, quas ex Capitulo habere potest, promulget, ut earum usus conservetur. In summa prae oculis semper habeat nomen suum, quod nimirum curatus sit animarum videlicet Curator, quod exquisitam ab ipso diligentiam requirit.

De Magistro Scholae.

Nullus ad regimen Scholae erudiendamque in ea juventutem admittatur nisi sincere religionem Catholicam colat: debebitque Magister priusquam ad offi-

cium admittatur professionem Fidei Catholicae facere: idque curandum erit Dno Lectori, cujus est muneris, ac officij Scholis invigilare. Librorum, qui errores in Christiana religione continent, nullus usus — permittatur in Scholis, sed prorsus eliminentur: observet autem Magister Scholae, ac D. Lector observari faciat Decretum Concilij Lateranensis sub LEONE X. quod sic habet. Cum omnis aetas ab adolescentia prona sit ad malum et a teneris assvefieri ad bonum magni sit operis et effectus: statuimus et ordinamus, ut Magistri Scholarum et Praeceptores pueros suos, seu adolescentes

20. a. ne dum in Grammatica, ac Rhetorica, ac caeteris hujusmodi audire et instruere debeant. Verum etiam docere teneantur ea, quae ad Religionem pertinent, ut sunt praecepta Divina, articuli fidei, sacri Hymni et Psalmi et Sanctorum vitae, diebusque festis nihil aliud eos docere possint, quam in rebus ad religionem et bonos mores pertinentibus, eosque in illis instruere hortari et cogere (in quantum possint) teneantur, ut ne dum ad Ecclesias accedant et similiter ad praedicationes et sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere possint. Hoc decretum si observet diligenter Magister Scholae, recte partes officij sui obibit: si autem secus ageret, nec correptus emendaretur, removendus ab officio erit, isque substituetur ei, qui juventutem, cum in Literarum, tam vero maxime in pietatis, ac religionis studijs, utiliter et cum fructu, non solum erudire posse, sed et velle credi possit. Magister Scholae salarium suum habet a Do Praeposito et Capitulo, in paratis inprimis habet

florenos quadriginta. Ultra hoc pro Rorate florenum unum, pro Salve florenum unum, pro Psalterio flor. unum, cujus aequalem dimidietatem solvit D. Praepositus, alteram vero medietatem Capitulum. Habet a Dno Praeposito insuper sex cubulos siliginis et unum vasculum Cerevisiae. Tantundem habet in siligene et Cerevisia a Capitulo, extra hoc stat in gratia utriusque partis quid ei dare amplius velint.

De Canonicorum officijs in Executionibus.

Quia majorum nostrorum institutis id introductum est in hoc Regno, ut non solum ordinationibus in Ecclesijs, sed foris quoque in negotijs justitiae juvarent populum Canonici, quo pertinent regiarum donationum statutiones, juridicarum literarum judicum regni ordinariorum executiones, fassionum item, ac procuratoriarum constitutionum exaudiendarum, ac sub sigillo authentico extradandarum similiumque aliarum rerum peragendarum officia. Quae quidem quin peragantur, praetermitti nequeunt. Id tamen in his observandum statuimus, ut non fiant cum praetermissione Divini officij cultus in Ecclesia: quantumcunque igitur multiplicata fuerint hujusmodi negotia, nunquam tamen Templum ita relinquendum erit, ut non sint adminus tres, aut quatuor, qui in Capitulo manentes Divina in templo perficere possint. In summis autem festivitatibus, utpote nativitatis saltem intra triduum, tota hebdomada sancta usque ad feriam Paschae tertiam: diebus rogationum cum ascensione Domini: tribus diebus Pentecostes in festo Corporis Christi, similibusque festis solemnibus absque expresso Capituli

consensu non debet quisquam ad executiones emitti. Si qui autem ante hujusmodi festa fuissent emissi, ad ea omnino redire conentur. Emissi autem nullam aliam executionem faciant, nec alias fassiones, quam eas ad quas excipiendas specialiter emissi fuerint, excipere audeant. Quisque autem quando eum series tangit sub mulcta unius solidi Talleri ad executiones ire teneantur, nisi judicio Capituli legitima causa praepediretur, vel alium ex Canonicis haberet, qui loco ejus iret; Canonicus autem novus, qui necdum in sacris ordinibus est constitutus, ire et mitti ad executiones nec debet, nec potest.

De Sigillo Authentico Capituli, ejus asservatione, et obsignatione Literarum Authenticarum.

Sigillum Authenticum, sub quo literae authenticae ad cautelam jurium necessariae Regnicolaris expediri consveverunt in sacristia asservatur, ibique asservari debet, juxta morem hujus Ecclesiae antiquum sub duabus clausulis et clavibus, quarum unam ordinarie Custos habere debet, alteram vero unus ex Canonicis, ut utramque Custos habere possit, nullo modo permittitur. Casuque Custos abesset ab Ecclesia clavem, quam ipse habet alicui substituto suo debet tradere, sed non ei, qui alteram clavem tenet, sed alicui alteri Canonico, sicut

20. b. talis quoque Canonicus, alteram clavem habens eam non Custodi, sed alteri relinquere debet, si ipsum ab Ecclesia abesse contingat. Tempus autem

obsignationis literarum ordinarium post cantatum Sacrum, seu horam sextam finitam esse debebit, vesperi autem post finitum completorium. Extra haec tempora nonnisi in casibus necessitatis saltem ad praesentiam duorum Canonicorum obsignationes literarum fieri debebunt: alias autem teneantur omnes Canonici, qui in templo fuerint, obsignationibus literarum interesse. Curabit autem Lector, ut literae, non nisi accurate conscriptae, ac expeditae per Notarium, ne error quispiam interveniat, obsignentur: atque in hujusmodi cautelam perlegat Lector Literas et si errorem quempiam deprehenderit, literas obsignari, nonnisi errore correcto permittat.

De Notario, ejusque ex Taxa Literarum Portione.

Notarius recipi debet semper Catholicus, qui in ingressu officij professionem quoque fidei coram Capitulo, vel saltem Lectore facere debebit, praeter aliud Juramentum, quod alioquin praestari ab eo consvevit, dum ad officium admittitur. Is autem nisi gravi poena feriri velit, Taxam Literarum fideliter administrare debebit Domino Lectori et is Capitulo. Ex taxis autem ejusmodi tertia pars Notario ipsi cedit, reliquae vero duae partes Lectori et Capitulo, ita ut una dimidia parte pro se tanquam Lectore accepta, aliam partem in Canonicas Portiones dividendam Lector in Capitulum administrare teneatur, suam habiturus ex hac quoque tertia parte Canonicalem Portionem.

De Actione instituenda contra eos, qui Donatione Regia Vineas, vel Domos, aliaque Bona Ecclesiae sibi vendicant, et de Consensus Regij Impetratoribus.

Bona Ecclesiarum Regia Majestas Regni Hungariae non donat, imo reservat jura Ecclesiarum semper per clausulam donationibus inseri consvetam: si et in quantum ad aliquam Ecclesiam non pertineat: Neque etiam valent Privilegia, in bonis aliorum, quam Regijs, si juribus aliorum derogare dignoscantur. Igitur contra eos omnes, qui in bonis Ecclesiae hujus Scepusiensis Vineas, domos, vel aliqua alia stabilia bona donatione Regia usurpant, juxta clausulam juramenti sui quod bona alienata pro posse recuperabunt, sub periculo incursionis, perjurij ejusque poena, obstricti habentur tam Dominus Praepositus, quam D. Canonici, ut hujusmodi Vineas, domos aliaque similia donatione Regia per subreptionem obtenta, ab ijs, qui eas sibi vendicant, per viam juris, actionisque instituendae recuperare studeant. Nec hujusmodi actionis institutionem in tabula suae Majestatis praetermittere ullo modo debebunt. Actionem autem hujusmodi intentare volentem Dominum Praepositum nulla via Capitulum impediet, nec viceversa Praepositus Capitulum, sed mutuo se potius omnibus modis juvabunt. Et quia ad hujusmodi donationum impetrationem hoc modo videtur fuisse aperta via, quod ad Libertationes D. Praepositi et Capituli Consensus Regius permissus est obtineri, nullatenus audeat D. Praepositus, vel Capitulum

ita libertare imposterum, ut qui libertatur, Consensum Regium impetret: imo vero in libertatione, quae admodum rara et cum optime meritis de Ecclesia fieri debebit et quidem durante beneplacito addatur semper: libertationem eo ipso juribus cariturum, si quis consensum Regium adhibere tentaverit. Signanter autem agendum est, de Vinea Cantoratus, quae praemanibus Nicolai Sztankay habetur.

De Arendatione Praebendarum Canonicalium, et Decimarum.

Statuta hujus Ecclesiae et antiquus usus docent, ut si quis Praebendam suam Canonicalem, seu Decimas arendare voluerit primo in Festo S. Georgij proponat voluntatem suam de Arendatione instituenda. Et si quidem aliquis ex Dominis fratribus competenti pretio emere pro se voluerit ei fiat venditio et arendatio. Quod si autem nullus repertus fuerit ex fratribus, qui pro se emere velit, tunc vendatur extraneis, sed Catholicis.

De Decano, ejusque Electione.

Juxta receptam et longo usu roboratam Capituli consvetudinem singulis annis e numero Canonicorum unus

21. a. Decanus eligi debet in Festo S. Gregorij Papae, qui administrationi bonorum et proventuum Capituli, nec non ad alia attendere debeat: quod officium, quia communi nomine geri debet, qui illud

gerere debebit, omnium votis erit eligendus et quia onerosum officium est, danda opera est, ut non unus, vel alter eo gravetur, sed alij quoque illud ferant; odium, favor, ac amor in ejus electione seponi debebunt: qualitas Personae, quoad dexteritatem rerum gerendarum aspici debebit, videndum tamen est, ne quis onerosum hoc officium, vano praetextu, quod imperitus sit rerum gerendarum, cum aliorum gravamine subterfugiat. Si quis a majori et saniori Parte Capituli electus, officium hoc suscipere detrectaret, puniatur poena florenorum duodecim.

Officium Decani.

Eligitur Decanus tanquam communis negotiorum et proventuum Capituli Procurator: in hanc igitur communium bonorum et emolumentorum procurationem, omnem suam diligentiam, industriam, ac dexteritatem adhibere debet: si nequit proventus tam ordinarios, quam extraordinarios augere, diminuere nullo pacto debet: relaxationem in his nullam faciat citra assensum Capituli. Ne colonorum numerus tempore administrationis ipsius aliqua ratione minuatur, sedulam adhibeat curam. Ad sedes et Congregationes Comitatuum, in quibus bona Capituli habentur, diligenter advigilet, ut quae in illis Capitulum concernentia aguntur et determinantur, tempestive sciat et curet: agatque in illis prout necessitas exigit, tam Capituli, quam colonorum causas et negotia: extrahat comissiones, citationes, aliasque literas juridicas necessarias: schedas item Dicatorum et Perceptorum. Advigilandum illi est metis quoque Bonorum Capituli, ne distra-

hantur et alienentur. In quibus difficultates emergunt, ea revocet ad discussionem et resolutionem Capituli. Quae labore colonorum perficienda sunt, perficiat debito tempore, ne in unum congesti labores, eos nimium gravent et onerent. Si necesse sit ipsum in proprio negotio occupari, substituat alium interea loco sui, ne ob negotium privatum publici fiat jactura. Si quod damnum notabile ejus incuria Capitulo, vel in proventibus, vel in alijs evenerit, sciat ex suo esse compensandum pro ratione admissae incuriae et negligentiae. Occasiones autem, quibus emolumenta et Proventus Capituli augeri et promoveri poterunt observet diligenter, easque Capitulo in tempore significet, cujusmodi occasiones, si observare et Capitulo suggerere praetermiserit, cessantis emolumenti damnum jure merito ipsi imputari poterit. Custodem sylvarum, cum scitu tamen Capituli Decanus conducit et removet ab officio, si minus sufficiens reperiatur esse.

Circa administrationem juris, cura Decani.

Diligenter attendendum est Decano, quae causae moventur contra Capitulum et eas Capitulo referat: Si quis contra Colonos Capituli impensionem Judicij, ob aliquod factum, vel rem postularet, terminum ejusmodi judicij impensione absque scitu Capituli non praefigat. Causas quoque graviores, licet inter Colonos Capituli agitentur, sine scitu Capituli non judicet. In minutioribus tamen causis quarum status et poena duorum, triumve florenorum valorem non videretur excedere, per se potest judicare, salva tamen in omnibus ad Capitulum appellatione.

De rationibus super sua administratione a Decano reddendis.

Ad reddendas rationes super tota sua Administratione fideli et diligenti tenetur Decanus, duabus autem adminus septimanis ante Festum S. Gregorij, quo nova Decani Electio haberi consvevit: rationes vero hujusmodi fideliter et exacte ijs tenetur reddere, qui a V. Capitulo ad eas exigendas

21. b. diligenter. Nihil autem ex perceptis, nisi gravissime puniri velit, data opera, et ex industria Decano subticendum est. In difficultatibus autem, quae ipsi proponentur circa rationes, circa perceptionem videlicet et erogationem proventuum, aliaque similia replicae ipsius, ac resolutiones sufficienter exaudiri et accurate, cumque charitate paterna examinandae sunt, ijsque si rationabiles sint, locus est dandus. Ut enim vexationem mereatur propter labores ad commune Bonum collatos Decanus, non est conveniens: ob incuriam tamen, ac negligentiam supinam, quam facile evitare potuisset, poterit mulctari. Sciat autem Decanus quod Regestum bene ordinatum et non confusum aliquod rationum chaos, in tempore exhibere teneatur.

Proventus Decani.

Habet florenos Viginti per Annum et Birsagia usque ad florenum unum se extendentia. Item habet aliqua prata, praeterea munera minutiora a colonis, quae sponte offeruntur.

De administratione juris in Bonis ubi Dominus Praepositus partem suam possidet et potissimum in Liszka.

In Bonis maxime in Liszka, ubi partem D. Praepositus cum Capitulo possidet, communes judices haberi solent, qui inter colonos, vel etiam alios ratione fundorum et causarum inter colonos tractari consvetarum, in prima Instantia Judicia administrant, quorum judicio, si partes non sint contentae ad arbitros communi partium voto delectos fit provocatio: si causa agatur de proprietate. Nam in alijs causis hujusmodi arbitrorum Electio est interclusa. Si autem, vel a facie sedis colonorum, vel etiam arbitris in praedictis proprietatum causis ad sedem Dominorum Terrestrium fiat provocatio tunc nomine Dominorum Terrestrium officiales eorundem convocant Judices, qui causam dijudicent et terminent. Cum autem ex causis valde gravibus accidere possit, ut Domini Terrestres hujusmodi quoque Judicium ad se adhuc advocare velint, prout possunt: id non fiat nisi mutuo Domini Praepositi et Capituli consensu: et ad hujusmodi Judicium unamini utriusque partis consensu Judices deligantur, qui examinato priorum Judicum Processu, causam mature definiant, executionemque ejus non ulterius proferendam esse pronuncient et determinent.

De Campanatore, et temporibus, quibus pulsare debet.

Communem consvetudinem Ecclesiae Catholicae, quoad tempora, quibus mane, meridie et vesperi ad

Salutationem Angelicam pulsari consvevit, recipere et observare debebit campanator. Mane itaque pulsabit in Aurora, in meridie hora duodecima, vesperi ineunte crepusculo. Ad primam vero Horam Canonicam Hora quinta: Ad sextam et sacrum hora octava, Ad vesperas circa horam tertiam et hoc observet diebus ferialibus, quoad horas et divinum officium: festis autem diebus, propter concionem pro more consveto: curet autem Campanator, ut Ecclesia, ac Templum saepius expurgetur, nec aspiciatur, quod offendat oculos piorum Hominum: Domum enim Dei decor decet et in hac re D. Custos diligenter superintendat campanatori, sicut et in alijs, quae ad officium ipsius dignoscuntur pertinere, ne admisso in illis defectu, cursus divini officij cum offensione aliorum aliquo modo perturbetur, scandalumque hinc notabile oriatur; nullus autem ad officium campanatoris alius, quam Catholicus recipi debebit, qui Professionem quoque fidei tempore admissionis ad officium facere debebit. Salarium annuum campanatoris est. Pro Horologij directione Capitulum solvit flor. quinque, pro Rorate idem Capitulum denarios quinquaginta, pro Salve totidem, D. Praepositus similiter pro directione Horologij flor. quinque, pro Rorate den. 50 et pro Salve itidem den. 50.

22. a. Quia autem quaedam Jugera terrae possidentur a Domino Praeposito, quae alias pro campanatoris mensa dicuntur fuisse assignata, pro ijs solvet quotannis D. Praepositus florenos Triginta et unum, tam diu nimirum quamdiu eas terras pro se possidere voluerit.

De Organista.

Organistam intertenent D. Praepositus et Capitulum, qui Catholicus debet semper esse, et ad officium admittendus est facta Fidei Professione: debet autem diligens esse in templo quoties de festo habetur officium divinum. Cui per D. Praepositum et Capitulum in parata pecunia dantur floreni quadraginta tres. Item duodecim cubuli siliginis et duo vascula Cerevisiae. Quorum omnium unam medietatem Capitulum, alteram vero Dnus Praepositus exolvit.

De Publicatione, et relectione Statutorum in Consistorio Capituli, et Consessu Canonicorum certis cujusvis anni partibus.

Quia eo tempore, quo Canonici in Capitulum recipiuntur et admittuntur, promittunt ac jurant, se statuta et consvetudines Ecclesiae observaturos: in hunc autem finem necessarium est, ut hujusmodi consvetudines et statuta valde illis nota sint, nec ipsis excidant. Ea propter ordinatum est, ut Consvetudines et statuta praescripta, in qualibet quarta parte cujuslibet anni, praesente Do Praeposito ac Canonicis alta et intelligibili voce perlegantur, eorumque diligens observatio per D. Praepositum, vel eo ex legitima causa absente, per aliam primariam personam omnibus inculcetur. Praedictae autem lectionis cura praedictis anni partibus erit penes D. Lectorem.

Hujus igitur Visitationis authoritate nostra peractae Statuta, Leges, Constitutiones hisce Literis Nostris insertas, authoritate nostra Archi-Episcopali approbamus, ratificamus, confirmamus et ut pro Statutis Capituli habeantur omnino volumus. Atque etiam in virtute Sanctae, ac salutaris obedientiae praecipimus et mandamus. Datum Posonij vigesima secunda Aprilis, Anno Domini Millesimo. Sexcentesimo Vigesimo Nono.

Petrus Pazmany
Archi-Episcopus Strigoniensis m. p.

Originale proprietas Capituli Scepus. literis cursivis in pergamena crassa exaratum est altitudinis 33 cm., latitudinis 24 cm. et ex 22 foliis respective 42 et media paginis conscriptis consistit. Ultima seu 44 pagina est vacua. Originale est bene conservatum.

Dempta pagina 1 (a), quae 32 lineas complectitur, reliquae paginae Originalis singulae 34—40 lineas, singulae lineae 90—100 literas continent.

Abbreviationes consvetae, sunt paucae et faciles lectu.

Sigillum rotundum rubri coloris, in diametro 5 cm., cerae albae impressum, in filo serico appensum, sequentem perigraphen exhibet: „PETRUS PAZMAN ARCHI EP. STRIGONIEN."

In nostro „typis impresso Manuscripto" numeri crassiores cum litera „**a**" vel „**b**" signati indicant, textum in Originali in anteriore („**a**") vel aversa („**b**") parte concernentis folii contineri.

Quoad modum P*azm*any scribendi nos stricte subscriptioni, quam „Pazmany„ manu propria originali documento apposuit, accomodavimus.

VISITATIO
ECCLESIARUM
SCEPUSIENSIUM
FACTA

PER

IOANNEM SIGRAY
PRAEPOSITUM.

Anno 1700.

ET

FER EUNDEM EXISTENTEM IN EXILIO REDACTA IN MELIOREM ORDINEM OPPAVIAE AD S. SPIRITUM.

1708.

1. Nomina Dominorum Praepositorum Sancti Martini de Monte Scepusiensi quorum notitia haberi potuit ex Archivo eiusdem Capituli.

1. Benedictus Praepositus vixit Anno Domini 1234.
2. Matthias „ . . . . . 1249.
3. Mathmerius (sic) „ . . . . . 1269.
4. Lucas „ . . . . . 1278.
5. Bartholomaeus, qui et Cancellarius Regis 1284.
6. Jacobus, hujus extant literae in Archivo Capituli Scepusiensis, quarum tenor sic incipit: Jacobus Dei et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Scepusiensis 1292.
7. Paulus . . . . . 1313.
8. Henricus . . . . . 1323.
9. Joannes I. . . . . 1329.
10. Joannes II. Dux de Opul. . . . . 1343.
11. Benedictus II. . . . . 1349.
12. Nicolaus, qui et Cancellarius Mariae Regis 1384.
13. Georgius I. . . . . 1402.
14. Dominicus . . . . . 1406.
15. Georgius Poloczay, postea Archi-Episcopus Strigoniensis . . . . . 1429.
16. Joannes Stok, qui simul etiam Praepositus **2.** Veteris Budae . . . . . 1448.
17. Caspar Bak, postea Eppus Weszprimiensis 1488.
18. Stephanus Baly . . . . . 1493.

19. Joannes Horvath de Lomnicza . . . 1523.
20. Stanislaus, qui simul etiam Episcopus Quinque-Ecclesiensis. Huius extat Synodus in Capitulo Scepusiensi Vigore Bulae Pij 2-di Summi Pontificis celebrata 1545.
21. Blasius de Petri Varadino . . . . . 1550.
22. Petrus Paulinus, qui simul etiam Episcopus Csanadiensis . . . . . 1560.
23. Gregorius Bornemisza, qui et Episcopus Varadiensis . . . . . 1580.
24. Martinus Pethe de Hethes, qui et Archi-Episcopus Colocensis, S. C. Regiaeque Mttis Locumtenens, nec non Episcopatus Jaurinensis Administrator. Pro ordinaria Residentia habuit Praeposituram Scepusiensem . . . . . 1598.
25. Ladislaus Hoszutoty, qui et Episcopus Varadiensis . . . . . 1630.
26. Matthias Tarnoczy Episcopus Varadiensis, et simul Praepositus Posoniensis. Hic Archi-
3. Episcopatum Strigoniensem ab Imperatore sibi oblatum non acceptavit . . . . . 1650.
27. Joannes Pálfalvay Episcopus Varadiensis 1660.
28. Georgius Bársony Episcopus Varadiensis postea Agriensis . . . . . 1663.
29. Joachimus Luzénsky Episcopus Varadiensis 1676.
30. Andreas Sebestény Episcopus Transylvaniensis 1682.
31. Nicolaus Balogh Episcopus Waciensis, antea Metropolitanae Ecclesiae Strigoniensis Praepositus Major . . . . . 1684.

32. Ladislaus Mattyasovsky Electus Episcopus Temnensis, postea Episcopus Nitriensis et Augustissimi Imperatoris Leopoldi Cancellarius Aulicus 1690.

33. Joannes Sigray Electus Episcopus Temnensis, antea Cathedralis Ecclesiae Weszprimiensis Praepositus Major, et J. D. Episcopi Pauli Széchény in Spiritualibus Vicarius Generalis . . . . . 1696.

4. Jurisdictio Praepositi Scepusiensis.

Pius Secundus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis Officij debitum nos excitat et rationis Ordo exposcit, ut ea quae vetustate, ac commodo et honore Singularum Ecclesiarum, ac Praelatorum commoditate et rationalibus causis processerunt, ac etiam animarum Salutem honestatemque concernunt et hactenus observata sunt, ne in contemptionem deveniant, Apostolico munimine, cum a nobis petitur, propensius solidemus. Sane pro parte dilecti Filij Joannis Stok Praepositi Ecclesiae S. Martini de Scepus, Strigoniensis Dioecesis: Nobis nuper exhibita petito continebat, quod per antiqua privilegia et instrumenta publica constat, qualiter Ecclesia praedicta, quae nunc Collegiata est, olim Cathedralis fuit et praeterea illius Praepositus pro tempore existens ex antiqua approbata et praescripta Consvetudine, omni Anno, videlicet in Coena Domini, ante summam Missam, in majori porta Ecclesiae multitudine Populi confessi de loco praedicto Scepus congregata, juxta praedictam consvetudinem, cum suis paramentis et solennibus Orationibus et alijs ad hoc pertinentibus et consvetis, semel solenniter et alias

omni die, quando necesse fuerit, per se, vel eius Vicarium, in Episcopalibus casibus Authoritatem habet absolvendi, ac in Capitulum et Clerum

5. nec non populum utriusque sexus eiusdem loci plenariam Jurisdictionem ordinariam in spiritualibus et temporalibus, videlicet judicandi, instituendi, confirmandi, infirmandi, destituendi et instandi, corrigendi, inquirendi, excommunicandi et Censuras Ecclesiasticas exercendi, sententias fulminandi et relaxandi synodum convocandi, charitativum subsidium petendi,' ac omnia alia ac singula, quae jurisdictionis sunt Spiritualis exercendi, prout in quodam instrumento publico, seu literis authenticis inde confectis, quorum tenores, ac si de verbo ad Verbum inserentur praesentibus haberi volumus pro expressis plenius continetur etc. Sic, quod Capitulum, Clerus et Populus praedictae Ecclesiae subjecti, sub omnimoda jurisdictione in spiritualibus Praeposito Scepusiensi pro tempore existenti de antiqua Consvetudine pleno jure fore dignoscuntur, nullumque alium praeter ipsum Praepositum superiorem habere recognoscunt et ipsi Praeposito, tanquam eorum immediato Superiori obedientiam et Reverentiam debitam exhibere consveverunt. Quare pro parte dicti Praepositi nobis fuit humillime suplicatum, ut Consvetudinem praedictam, ac illa concernentia omnia et singula in instrumentis, seu literis praedictis contenta, ad hoc ut majoris roboris firmitatem obtineant, confirmare et approbare, aliasque in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi

6. Suplicationibus inclinati, consvetudinem ipsam ratam et gratam habentes illam, ac omnia et Singula

in instrumentis, seu literis praedictis contenta huiusmodi et quaecunque inde secuta prout rite et juste processerunt, authoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, ratificamus et confirmamus, ac praesentis scripti patrocinio communimus, ipsamque consvetudinem, sicut hactenus est observata perpetuis futuris temporibus observanda fore decernimus et declaramus. Non obstantibus consvetudinibus et ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, ratificationis, confirmationis, communionis, constitutionis et declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Mantuae. Anno Incarnationis Domini Millessimo quadringentesimo quinquagesimo nono 15. Calendas Decembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

L. S.

P. B. Vallestar.

Jo. de Collis.

7. Visitatio Collegiatae Ecclesiae S. Martini de Monte Scepusiensi.

Quamvis certo non constet de primeva fundatione hujus Ecclesiae, tam quoad Praepositum, quam quoad Capitulum, eo quod tempore vastationis Tartarorum (prout ex literis Belae Regis Anno· 1.2.4.9. emanatis apparet) universa Ecclesiae literalia instrumenta perijssent. Nihilominus tamen antiquae traditiones et Ecclesiae huius statuta tenent Primum fundatorem fuisse S. Stephanum Regem Hungariae. Haec autem Ecclesia primitus tam fuit angusta, quod tempore Indulgentiarum in frequentibus festivitatibus eidem concessarum, nec non introductionis poenitentium in die Coenae Domini, ac celebratione sacrae Synodi, Ministri et Officiantes ad sacra Ministeria peragenda locum et spatium commodum in eadem habere non potuerint. Tandem Celsissimus et Rdissimus Princeps Georgius Palocsay Archi-Episcopus Strigoniensis, antea praefatae Ecclesiae Praepositus pro eadem amplianda in ultima testamentaria sua dispositione Mille florenos auri puri legaverat; Deinde Rdissimus Dnus Joannes Stok, eiusdem Successor in Anno 1462. ampliationem eiusdem inchoavit, Primum lapidem ponendo et pro perficiendo hoc opere certam summam deputando. Qui (non continuato opere) dum ad aliam suam Praeposituram Veteris Budae in certis ne-

8. gotijs profectus fuisset, ibidem gravi infirmitate correptus obdormivit in Domino, sepultusque est

in eiusdem Praepositurae Ecclesia S. Petri. Ad vacantem vero Praeposituram Scepusiensem promotus fuit Vblis Dominus Caspar. Bak de Berend, qui rursus de bonis mobilibus praedecessoris sui attactam fabricam continuare cepit, sed quia Homo Juvenis erat, de Consilio Capituli huius addiscendi Juris Canonici causa ivit Bononiam, ubi ad Doctoratum eiusdem juris promotus inde profectus fuerat Roma, ibidemque celebravit primam Missam in festo Sanct. Crispini et Crispiniani MM. et a Sanctissimo Papa Sixto 4-to impetravit, ut dicta Praepositura S. Martini de Scepus Sacra Infula decoraretur. Idem Dominus Praepositus posteaquam feliciter Roma redijsset et dictam fabricam continuando jam sub tectum elevari curasset, tunc thesaurus ille quo ex munificentia quondam Rdissimi Domini Joannis Stok Praepositi, eadem fabrica perfici potuisset; per Saecularium avaratiam et violentiam dirreptus est. Dicta vero fabrica sine fornice sub tecto tantum permanebat — porro dictus Casparus Praepositus cupiens eandem ad opus perfectum deducere, imposuit charitativum subsidium Capitulo et toti Clero sibi subjecto, a quo sufficienti summa congregata Opus feliciter consumavit Anno Domini 1478. post hac idem Dominus

9. Praepositus advocato Rdissimo Domino Ladislao de Siroka Episcopo Nicopoliensi, suffragano Ecclesiae Agriensis, eodem Anno in festo Sctorum Crispini et Crispriniani M. M. Ecclesiam hanc consecrari curavit praesentibus eodem Domino Praeposito et D. D. Canonicis huius Ecclesiae Venerabilibus et Honorabilibus: Nicolao de Szent-Miklos lectore, Valentino de Zagrabia Cantore, Joanne Prebess de Vratislavia Custode, Altero Joanne de Ghimes, Michaële de Keresztur, Andrea de Várallya, Altero Andrea de Septem Tilijs, Caspare de Cassovia, Augustino de eadem Cassovia, Martino de Liszka, Thoma de Báthor et Simone de Görgö. Ac alijs viris Spiritualibus, ac Saecularibus quam plurimis, qui ad solemnitatem illam convenerant.

Jus praesentandi Canonicos Ecclesiae Scepusiensis, est penes Dominum Praepositum, Collatio vero Canonicatuum penes Celsissimum Principem Archi-Episcopum Strigoniensem. Quamvis non defuerint Praepositi olim qui Authoritate sua propria vigore juris patronatus ad illos pertinentis conferebant dictos Canonicatus. Super hoc extant donationales Martini Pethe Praepositi et aliorum. Constat siquidem ex antiquis authenticis literis, quod Praepositi huius Ecclesiae fundaverint Canonicatus et alia beneficia habuerintque sub sua Jurisdictione non solum Scepusium,

10. verum et districtum Tarcza in comitatu Sárosiensi.

De Dote huius Ecclesiae.

Quantum ad dotem et proventus huius Ecclesiae constat illam fuisse dotatam a divis quondam Hungariae Regibus et proceribus, tam quoad Praepositum, quam quoad Capitulum et quidem.

Primo Oppidum Olaszy Liszka nuncupatum in Comitatu Zempliniensi existens, in dotem datum est Praeposito Scepusiensi et Capitulo a D. Rege Bela

Anno 1248. Et dotem hanc confirmavit eiusdem Belae Regis filius Stephanus.

Secundo. Possessionem Lethon in Comitatu Scepusiensi existentem, idem Bela Rex contulit dicto Praeposito et Capitulo pro refrigerio animae sui fratris Collomanni.

Tertio. Possessiones Kis-Ida et Zebes existentes in Comitatu Aba-Ujvariensi ab antiquo possidentur per Praepositum et Capitulum jure emptitio in argenti marcis 250. Anno 1406. extant desuper statutoriae Conventus S. Joannis Baptistae de Jászo.

Quarto. Super possessione Felgaradna alias Hernad-Petri in eodem Comitatu Aba-Ujvariensi situata, extant literae adjudicatorie Domini quondam Palatini de Gara cum statutorijs titulo emptionis in 80 marcis accedentibus literis Privilegialibus Belae Regis. Haec Possessio pariter est communis Praepositi et Capituli.

11. Quinto. Possessionem Almas in hoc Comitatu Scepusiensi habitam fuisse huius Ecclesiae Dotem ante memoratum Regem Belam apparet ex literis ejusdem sub dato Anno 1249. quibus literis dictus Rex confirmat antiquam donationem priorum Regum. Hanc Possessionem actu tenet solus Praepositus ex consensu Capituli, quod accordam fecit cum Nicolao quondam Praeposito Scepusiensi coram Rdissimo Domino Leonardo de Penzano Vicario Strigoniensi Anno 1390.

Sexto. Decimas de Lublo et Podolin medietatemque Possessionis Almas Eidem Domino Praeposito cessit Capitulum eo quod ipse quoque annuerit, ut absentium Canonicorum Proventus solum Capitulum pro necessitatibus Ecclesiae percipiat, ac Canonici liberam habeant testandi facultatem.

Septimo. Kolácsko Possessionem ex aequo Dominus Praepositus et Capitulum olim possidebant; Verum Joannes Horvath olim huius loci Praepositus permutatione cum Capitulo facta de portione eiusdem in eadem Possessione cum quadam vinea in promontorio Liscensi habita Baba-Szőlő vocata, totam postea praedictam Possessionem Fratri suo Ladislao Horvath jure perennali in florenis trecentis inscripsit, eademque Possessio ad tertias jam manus devenit Vinea quoque praedicta a Domino quondam Martino Pethe huius loci Praeposito e manibus Capituli pro se ac successori-

12. bus suis occupata est sicque Capitulum tam medietate Possessionis Kolacsko, quam etiam praedicta Vinea hodiedum caret.

Octavo. Oppidum Göncz ad Dominum Praepositum et Capitulum hocce pertinebat patet ex testamentaria dispositione Stephani quondam Zápollya (sic) regni Hungariae Palatini, quam testamentariam dispositionem hac in parte confirmaverat Rex Vladislaus cum donatione Juris Regij, cuius extat pura statutio, fuitque praepositus et Capitulum in pacifica Possessione et Dominio eiusdem Oppidi Göncz in Comitatu Aba-Ujvariensi situati usque ad tumultus Joannis Zápollyay Regni Hungariae Coronam affectantis, ac eo tempore per violentam occupationem ab Ecclesia hac avulsum est. Quod animadvertens Joannes Thurzo qui Arcem Scepusiensem obtinuerat, cepit agere via juris in Comitatu Abaujvariensi pro obten-

tione ejusdem oppidi, tanquam ad arcem Scepusiensem spectantis. Primo quidem contra Imperatorem et Regem Ferdinandum. Deinde contra Stephanum Dobo, cuius actio cum in dicto comitatu progrederetur Georgius Bornemiszsza Episcopus Varadiensis tamquam Praepositus Scepusiensis cognito, quod dictum Oppidum non ad Arcem Scepusiensem, verum ad Ecclesiam hanc optimo Jure pertineret, ingessit se et egit contra familiam Thurzoianam, qui dum sufficienter docuisset et comprobasset, quod Ecclesia haec justo jure in pacifico usu fuisset dicti Oppidi, per dictum

13. Comitatum readjudicatum fuit huic Ecclesiae, quo judicio non contentus Thurzo per appellationem deduxit illud ad tabulam Regiam, quae dum readjudicationem per Comitatum factam approbasset, Restatutio quoque penes remissionales tabulae Regiae pro parte huius Ecclesiae in Comitatu peracta est. Fuerat igitur Ecclesia haec Scepusiensis in Possessione memorati Oppidi Göncz tam diu donec huiusmodi praetensionem non adinvenisset familia Thurzoiana, viam scilicet solius ingestionis per quum actio fuerat inchoata. Quare Ecclesia haec a Possessione dicti Oppidi fuit remota cum alias manifesto et optimo jure ad illam pertineret. Deficiente familia Thurzoiana devoluta fuere bona arcis Scepusiensis ad Fiscum Regium consequenter etiam praementionatum Oppidum Göncz, tandem per felicis recordationis Imperatorem Ferdinandum tertium Anno 1638. pro centum Sexaginta Septem Millibus, septingentis et nonaginta novem florenis universa bona ad Arcem Scepusiensem spectantia Stephano quondam Csaky fuerant collata cum hac clausula justificatoria (Salvo jure alieno po-

tissimum vero Ecclesiarum Dei) signanter autem in Oppido Göncz habito, cui ne utiquam per praesentes prerogari volumus. Tandem praefati Stephani Czaky (sic) filius itidem Stephanus quondam Judex Curiae in Anno 1695. idem Oppidum Göncz Convictui Cassoviensi sub cura PP. Societatis Jesu in certa

14. Summa pecuniaria et concombialiter cessit, cuius Cessionis et transactionis habita notitia Dominus Ladislaus Mattyasovsky electus Episcopus Temnensis tanquam Praepositus Scepusiensis in Capitulo Agriensi Anno eodem 1695. feria 4-ta post Dominicam Passionis Eidem solemniter contradixit, juribus suis et Capituli huius invigilare satagens, est tamen de praesenti idem Oppidum prae manibus dicti Convictus Cassoviensis contra Jus Praepositi et Capituli Scepusiensis.

Nono. Anno Dni 1655. Ferdinandus tertius Joanni olim Pálfalvay Praeposito huius Ecclesiae, eiusque Successoribus Praepositis et huic Capitulo, ob exiles proventus, cum Bona eorundem per varia disturbia adeo attrita, exusta, atque desolata distractaque fuissent, Beneficium, seu Domum Hospitalem Ordinis S. Augustini in Possessione Dravecz, Comitatuque hoc Scepusiensi existentem simul cum alijs suis utilitatibus et pertinentijs contulerat et per Cameram Scepusiensem praementionato Praeposito et Capitulo adjudicari fecerat, quae adjudicatio in Anno 1656. Cassoviae celebrata, prae manibusque Capituli de praesenti habita hactenus ob secuta Patriae dissurbia effectum suum minime sortiri potuit, actuque prae manibus familiae Draveczky alias Tluk manet.

Decimo. In hoc Capitulo olim numerabantur Canonici 12, modo autem solum 10 solent esse et habent proventus suos ex

15. Vieneis, propria item allodiatura, nec non ex votivis et praebendis, quas praebendas tenent hoc Ordine. Prima Domanfalva — cum filiali Danisocz et Késmark est Lectoris. — Seaunda Kolbach cum filialibus Nemesan et Arnold Possessionibus sic nuncupatis, Cantoris. 3-tia Gebelfalva cum Hotkocz loco eius (per praejuditiosam Cambiationem cum Comite quondam Stephano Csáky factam) assignata est medietas decimae in Possessione Mindszent Custodi cum maxima injuria Parochi. 4-ta Kolcsva. 5-ta Jamnik. 6-ta Ragyolcz, alias Ordzovan cum Pongraczfalva. 7-tima Körtvélyes, 8-va Görgő cum Jankfalva, 9-na Beharocz, cum Grancs et Petrocz. NB. 10-ma deest. Dravecz comunis est totius Capituli. Praedictarum Possessionum decimae pertinent duntaxat ad Canonicos, Possessiones vero Baldocz, decima est plebani. Praebendarum mentionatarum fundatores constat fuisse partim Archi-Episcopos Strigonienses, partim Praepositos Scepusienses.

Praedia huius Capituli prae manibus eiusdem existentia hac habentur: Aranyos, cuius terrae arabiles, ac prata divisia sunt in Oeconomiam Canonicorum sigillatim adhibendam. Klosdorf, alias Namestka, huius Arendae sunt floreni Hungaricales N. 14. Stefkocz fl. 4. Bicsier, seu Vismista fl. 8. Arnoltovecz fl. 12. Possessio Vitkocz

16. fl. 17. denarios 50. Campi auri Hejmuth fl. 30. quorum 15. cedunt Praeposito. Hollomicz fl. 12.

communis cum Lectore, Busocz alias villa Piscatorum fl. 6. Lectoris. — Orlovecz ex quo fl. 14. Pisarocz, cuius terrae pro Canonicorum oëconomia sunt divisae.

Possessiones vero, seu Pagos in hoc Comitatu Scepusiensi possidet sequentes: Ordzovan, Nemesan, Vitkocz vna cum mola duorum Lapidum, Jánocz, Kathun, Portio trium sessionum et quatuor Inquilinorum in Possessione Répás, prout et in Possessione Buglocz sessionum Colonicalium trium. Pariter in Possessione Matejocz Portio vnius sessionis, similiter in Possessione Farkasfalva sessionis Colonicalis vnius. Tandem in Possessione Görgő Sessionum Colonicalium N. 6 et vnius inquilinariae. In Comitatu vero Sárosiensi in Possessione Alsoszalok Portio habens sessiones Colonicales N. 12. Inquilinarios 19. In Comitatu autem Abaujvariensi Possessiones Hernad-Petri, alias Felgaradna, Kis-Ida et Zebes comunes sunt cum Domino Praeposito.

De Abalienationibus Bonorum.

Abalienationes Bonorum et Proventuum Ecclesiae huius praeter praedictum Oppidum Göncz et Possessionem Kolacsko plurimas factas esse constat, praesertim in Oppido Liszka, ubi per

17. Gregorium Bornemiszsza et Martinum Pethe, olim Praepositos Scepusienses Domus nonnullae et Vineae Servitoribus et Civibus inscriptae existerent, a quibus Dominis Terrestribus nihil prorsus penditur, quarum Possessores etiam a Decimis Vini propria

authoritate se se eximere praesumunt. Item antiquam Abalienationem Praedij Margittalva in hoc Comitatu Scepusiensi existentis vi et potentia mediante per Dominum Arcis Scepusiensis factam statuta huius Capituli referunt. Ex quibus statutis apparet etiam Joannem Horváth Praepositum huius Ecclesiae, tres Colonos in Possessione Olsavicza Comitatus Scepusiensis Servitori suo inscripsisse, quo defuncto Capitulum eosdem Colonos apprehenderat. Verum eiusdem Servitoris Consangvinei cum contra Capitulum jure egissent, dicti Coloni in Sequestrum dati sunt ad manus Supremi Comitis Christophori Turzo et per eundem Supremum Comitem postea donati Egregio Andreae Berziviczy. Idem Joannes Horvath Praepositus in Possessione Brutocz, inque hoc Comitatu Scepusiensi Colonos tres Capitulo ademit, suisque Consangvineis donavit.

Adjecta quoque erant huic Capitulo bona Carthusiae Lapidis Refugij, utpote Thómásfalva cum Praedio Arnódfalva et Kolcsva, has autem Possessiones, et Praedium nunc possidet Collegium Leuchoviense Societatis Jesu.

18. Quandam Turrim Rubram vocatam ex Collatione Regis Sigismundi, habuit haec Ecclesia in Arce Scepusiensi, in qua tempore disturbiorum Clenodia, Protocola et omnes apparatus Ecclesiae huius asservabantur, super qua Collatione et donatione, pura quoque extat adhuc statutio, cuius Turris Possessione Ecclesia privata est per Comites Thurzones, qui dum tempore Rebellionis Bocskaianae pro Clenodijs et Protocolis Ecclesiae locum concessissent, ex collusione cum Rebellibus facta, ad valorem quinde-

cim Millium florenorum Clenodia Rebellibus extradata sunt, Protocola quoque, et literalia Instrumenta Christophorus Thurzo per suos investigari, pervolvi et distrahi fecit, inde grave et irreparabile damnum illatum est, non solum huic Ecclesiae, verum etiam Regnicolis plurimis.

Quoad Abalienationem Districtus Lublyo, haec videtur facta fuisse per incuriam aliquorum Praepositorum antiquorum, qui Juribus suis non invigilarunt, neque pro assisstentia et manutentione Superiorum Potestatum implorarunt auxilium. Ideo dictus districtus (qui cum vniversis decimis et alijs proventibus de jure pertinebat ad hanc Ecclesiam Scepusiensem) ad sinistram informationem Polonorum applicatus est per deputatos Commissarios Summi Pontificis Dioecesi Cracoviensi.

19. De Capellarum Fundatione.

Ecclesiae huic Scepusiensi adjecta est Capella elegans et sumptuosa Sacratissimi Corporis Christi ab Illma quondam Comitissa Dna Hedwiga Ducissa Tessiniensi Illma olim Stephani Zapolyay (sic) Regni Hungariae Palatini relicta Vidua fundata Ao 1510. Cum attributa sufficienti Dote, ut sequitur: Oppido videlicet Somogy cum Telonio in Comitatu Aba-Ujvariensi; Item Kisfalud et Szeghy Possessionibus Portionarijs cum Nonis in Comitatu Zempliniensi Possessione Kolbach in Comitatu Scepusiensi, necnon Domo Lapidea penes Ecclesiae huius Coemeterium Codria vocata, in cuius fundo extat nunc Residentia PP.

Societatis Jesu, quae administrat praedictam Capellam vna cum Bonis praespecificatis.

Item in Coemeterio huius Ecclesiae habetur alia. Capella olim B. Mariae Virginis, nunc autem S. Valentini nuncupata de cuius fundatore ob antiquitatem eiusdem nihil constat ultimam ruinam minans, aucta et renovata est expensis Piae memoriae Rdissimi Dni Andreae Ondrejkovics Praepositi quondam B. Mariae Virginis de Lipto Cantoris et Canonici huius Capituli et habet tria Altaria, Primum Majus antiqui Operis B. Mariae V. 2-dum S. Valentino, 3-tium B. Virgini in Coelum assumptae dicata, Dotem

20. nullam habet praeter offertoria a copioso Populo, qui ad illam convenire solet in festo S. Valentini, quo sunt Indulgentiae pro illa die plenariae.

Item in eodem Coemeterio est tertia Capella Sancti Andreae Apostoli fundata ab Adm Rdo Dno Nicolao Karácsonmező Cantore et Canonico quondam istius Capituli Ao 1466. cuius Dos est vna Vinea in Promontorio Liscensi S. Andreae vocata pro qua absolvit Vnus ex Canonicis Sacra Septimanatim. Habet vnum Altare.

Quarta Capella extra Coemeterium huius Ecclesiae in Cespite est S. Rosaliae fundata in Anno 1667. per Adm Rdum Dnum Joannem Bethlehemfalvay huius Ecclesiae Canonicum cum vno Altari S. Rosaliae. Dos eius sunt floreni 300. ex quorum interesse vnus ex Canonicis pro Sacris levat florenos 12. Sex reliqui floreni convertuntur pro Sartis tectis.

Quinta Capella habetur in eodem Cespite Scti Francisci Xaverij ab Illmo et Rdssimo Dno Georgio Barsony in Anno 1665. exstructa, vnum habens Altare, estque sub Cura PP. Societatis.

Sexta vero Capella est infra eundem Cespite in vno Colle honori S. Crucis per eundem Dominum Georgium

21. Bársony Episcopum Varadiensem et Praepositum Scepusiensem aedificata, Vnum continens Altare S. Crucis cum indulgentijs, pertinet ad dictos PP. Societatis huius Residentiae, cuius Proventus est offertorium devoti Populi potissimum Congregationis B. M. V. morientium et mortuorum habitae in Capella Sacratissimi Corporis Christi.

De Sacris Votivis Collegiatae Ecclesiae Scepusiensis.

Primum Sacrum Votivum est de Vbli Sacramento primo die Jovis cuiusvis Mensis festo fori non impedito hora Septima ad Signum Majoris Campanae cum expositione Sacratissimi praemissa per Ecclesiam Processione praesentibus Omnibus Canonicis juxta mentem fundatoris Illmi ac Rdissimi quondam Dni Joannis Pálfalvay Episcopi Varadiensis et Praepositi Scepusiensis. Sacrum illius absolvitur cum adstantibus. Habet duo Millia florenorum Hungaricalium, quorum Sexcenti floreni sunt penes liberam, Regiamque Civitatem Cibiniensem, pro residuis quadringentis florenis comparata est Vinea in Promontorio Liscensi Haraszt-Szőlő vocata, pro alijs vero Mille florenis per Dnum funda-

torem empti et Capitulo assignati sunt novem Coloni in Possessione Roskovány comitatus Sárosiensis ab Egregio quondam Stephano Roskovany

22. qui tempore Tökölyanae rebellionis per Capitulum oppignorati sunt Petro Faigel, attunc Capitaneo Cassoviensi in ijsdem mille florenis, quae summa data est Tökölio ad avertendam huius Capituli et Ecclesiae exustionem et eversionem in hac votiva Missa cantatur ultima Oratio pro praedicto fundatore.

Secundum de passione Dni primo die Veneris cuiuslibet mensis pariter festo fori non impedito absolvi solitum, fundatum est a Rdissimo Dno Emerico Luctor Abbate B. M. Virginis de Gagy Cantore et Canonico huius Capituli in florenis bis mille, quorum vnum habetur penes liberam, ac regiam Civitatem Leutschoviensem, aliud vero mille penes praefatam Civitatem Cibiniensem, diciturque in eodem votivo prima Collecta pro eodem Dno fundatore. Altera Collecta pro defuncto Archi-Episcopo Georgio Szelepcseny ex determinatione Consistoriali Illmi et Rdissimi Dni Nicolai Balogh Episcopi Vacziensis tanquam Praepositi et Praelati Capituli Scepusiensis ad rationem legatorum huic Ecclesia certarum cortinarum, quae velut minus necessariae venditae sunt pro florenis quadringentis.

Tertium de B. Virgine die Sabbathi primo cuiusvis Mensis festo fori non impedito fundatum Ao 1688.

23. Per Illustrissimum, ac Rdissimum Dominum Balogh Episcopum Vacziensem et Praepositum Scepusiensem habet pariter duo millia florenorum Hungaricalium in superiori mola Regij Oppidi Olaszi-ensis in fluvio Hernad in cuius missa dicitur pro eodem collecta.

Quartum defunctorum ad Altare trium Regum cuiuslibet mensis primo die Mercuri festo fori non impedito, habet vineam in Promontorio Liszcensi Nagy-Haraszt-Szőlő nuncupatum in florenis mille et certos agros in praedio Aranyos pro mille similiter florenis circiter comparatos. Fundator huius votivi est Rdissimus Dnus Andreas Ondregkovics (sic) Praepositus quondam B. Mariae V. de Liptó Cantor et Canonicus huius Capituli.

Quintum de Angelis primo die Martis cuiuslibet mensis eiusdem Dni Andreae Ondregkovics (sic). Habet duo Millia florenorum Hungaricalium penes liberam, Regiamque Civitatem Leuchoviensem. In hac Missa cantatur collecta pro eodem Dno Fundatore.

Sextum Francisci Veseleny Palatini quondam Regni Hungariae et Consortis eiusdem Sophiae Széchy habet tria Millia florenorum Hungaricalium per transactionem Possessionum Tergar (sic) et Vernar in Comitatum Gömöriensi habitarum, quorum mille et quingenti cum concernerent

24. Dominum Praepositum huius Ecclesiae, actualis Praepositus convertit illos pro reparatione desolatarum vinearum huius Praepositurae in Promontorio Liszcensi situatarum, quae majori ex parte versae fuerant in dumeta, jam autem vineae illae non tantum per propagationes, verum etiam per novos vitium et palmitum inplantationes pro dicta summa

ita sunt reparatae, quod Dni Successores eiusdem ex sola illorum vinearum reparatione non solum praedictae summae interesse, verum etiam ipsum Capitale habebunt annuatim sine defectu. Quod ut persvasum sibi habeant combinabunt vini regesta nova cum antiquis et erunt contenti. Proe xemplo sit vinea Arancs (sic) in se quidem parva, sed quoad fructum, seu vinum in toto Promontorio Liszcensi optima. Haec ad initium gubernij praefati Praepositi propter desolationem vix importabat vnum vasculum vini vulgo Altálagh, post reparationem vero protulit jam ultra 5. vasa, quae sola suprafatae summae interesse superant in duplo. Alij vero mille quingenti floreni concernentes Venerabile Capitulum elocati sunt ad legale interesse Civitati Leuchoviensi. Pro praedictis huius summae Benefactoribus et eorumdem Consangvineis celebrantur duae Missae de Requiem, Vnum in festo S. Francisci; Alterum vero in festo S.

25. Sophiae, in quibus tenetur esse praesens etiam Dnus Praelatus.

De Altaribus, Altariarumque, Erectionibus et Fundatoribus.

Primum Summum Altare ad gloriam DEI Omnipotentis et Intemeratae Dei Genitricis honorem erectum, S. Martino Episcopo et Confessori dicatum; Secundum in Navi, seu Corpore Ecclesiae versus Aquilonem B. Mariae V. agonizanti habet pro Dote vnam vineam vulgo Palandor in Promontorio Liscensi per Rdissimum quondam Dnum Michaëlem Mraz

Ecclesiae huius Cantorem et Canonicum in Anno Dni 1660. deputatam et collatam, ad eius intentionem singulis Mensibus ad idem Altare per Vnum ex Canonicis Altaristam absolvitur Requiem, cuius Altaristae sumptibus eadem vinea excoli debet.

Tertium Minus ibidem penes Cathedram S. Angelo Custodi dicatum cum fundatione vnius Vineae Farkasháta vocatae, ac in Promontorio Liszcensi situatae per Rdissimum Dnum Georgium Lenchovics Abbatem B. Mariae Virginis de Gagy, Cantorem et Canonicum huius Capituli facta, ad quod Altarista quolibet mense vnum Requiem absolvit et vineam excolit proprijs sumptibus.

Quartum Retro stallum Dni Praelati versus meridiem in eodem tractu S. Cruci dicatum, ac Anno Dni 1679.

26. pro refrigerio Animarum per Illmum et Rdissimum Dominum Joachimum Luzinsky Episcopum Varadiensem et Praepositum Scepusiensem summa aureorum 125. dotatum, obligaturque Altarista singulis septimanis semel pro defunctis absolvere Missam, percipiens annuatim florenos Hungaricales triginta.

Quintum in eodem tractu penes Capellam Sacratissimi Corporis Christi Sanctis tribus Regibus dicatum. Erant huic Altari per Casparum quondam Bak Praepositum huius Ecclesiae legatae duae Vineae in Promontorio Liszcensi Bagner et Sujto dictae, quae hucusque exquiri mimime possunt, licet per antiquos etiam Canonicos inquirebantur, ideoque obligatio cessavit; sed nunc in Anno videlicet 1697. per

Rdisimum quondam Andream Ondregkovics huius Ecclesiae Cantorem et Canonicum in 2000. florenis Hungaricalibus dotatum, absolviturque ad illud singulis mensibus sacrum pro defunctis cantatum.

Sextum S. Mariae Magdalenae ad columnam sacratissimi Corporis Christi est ad idem quoque fundatio Nicolai quondam Ecclesiae huius Praepositi, absolviturque ibidem solita et debita obligatio per Canonicos. Fundatio vero facta est in Ao Dni 1387. ad quam certi subditi Venerabilis Capituli pertinere dignoscuntur.

27. Septimum ad Secundam columnam in medio Ecclesiae SS. Petro et Paulo Apostolis dicatum.

Octavum ad tertiam Columnam versus minorem portam Ecclesiae continens effigies Transfigurationis Dominicae et Sctorum Sebastiani et Rochi, ac Sctorum Stephani et Ladislai Regum, Item S. Emerici Ducis Hungariae, in quorum omnium festivitatibus solent fieri Sacra cantata et offertoria.

Nonum sub Ecclesiae Archivo, seu Conservatorio Stae Annae dicatum Dotem habet a Rdissimo Dno Daniele Szent Mariay in summa florenorum Hungaricalium 400. obligaturque Altarista vnus ex Canonicis singulis Mensibus diebus Sabbathi absolvere duo sacra pro defunctis.

Decimum e Regione huius penes Sacristiam S. Michaëli Arch-Angelo dicatum.

Vndecimum Ssmae Trinitatis sub turri continens in medio Effigiem S. Stephani Proto-Martyris, habetque Fundationem a Rdissimo Dno Emerico Luctor

Cantore et Canonico huius Capituli vnius Vineae in Promontorio Liszcensi Szatyor nuncupatae in Ao 1664. factam, Altare quoque hoc eiusdem sumptibus est extructum.

Fuere adhuc in hac Ecclesia duo Altaria, unum S. Bartholomaeo; secundum S. Laurentio dicata, sed a multis retroactis temporibus, nec vestigia illorum visa sunt, fuit

28. enim Ecclesia haec tempore variorum disturbiorum violata.

Stalla Canonicorum in sanctuario sunt ordinata et exstructa de testamento Vblis Dni Thomae de Késmárk Ecclesiae huius Lectoris et Canonici.

Stallum Dni Praepositi est Episcopale separatum a Stallo Canonicorum — licet enim Ecclesia haec nunc sit Collegiata, fuisse tamen olim Cathedralem prout antiquae literae habitae in Archivo Capituli hunc Tenorem inchoantes: Jacobus Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopus Scepusiensis. Exstant etiam decreta antiquorum Regum in quibus Praelatos huius Ecclesiae nominant Episcopos Scepusienses, ex quo autem Ecclesia haec redacta est in Collegiatam dicti Praepositi, ab illo tempore vocabantur semper uti et nunc vocantur Praepositi Terrae Scepusiensis, quia retinent et exercent ex Consensu Summorum Pontificum, juxta diploma Pij secundi omnem jurisdictionem ordinariam in Spiritualibus et temporalibus in Clerum et totum Populum Terrae Scepusiensis, excepto solo, quod a tempore Pazmani Archi-Episcopi et Hoszszvtoty Praepositi, non conferant Canonicatus, sed solum praesentent ad illos Personas idoneas.

Patrocinium huius Ecclesiae celebratur in festo Sancti Martini Episcopi, Dedicatio autem Dominica proxima

29. post Festum Sanctae Margaritae Virginis et Martyris.

De Indulgentijs hujus Ecclesiae.

Exstant in Archivo Ecclesiae huius Literae Indulgentiarum multis Sigillis Cardinalium, Item Pij Pontificis secundi cum Bulla Plumbea; Item Dionysij S. Romanae Ecclesiae Cardinalis Archi-Episcopi Strigoniensis, tanquam sedis Apostolicae Legati, Annotatasque Indulgentias tum ipsi primariae Ecclesiae, tum etiam Capellae Corporis Christi, ac Sti Andreae, nec non B. Mariae Virginis deservire perpetuis temporibus, pro festis Coenae Dni, Paschae, Pentecostes, Corporis Christi; Nativitatis Dni et pro vniversis festis B. Mariae Virginis, S. Martini Episcopi et Confessoris S. Andreae Apostoli, Omnium Sanctorum, ac Dedicationis Ecclesiae.

De Sacris Reliquijs.

In hac Ecclesia speciales habentur Reliquiae, utpote Spina de S. Corona Christi Domini in pectore Pelicani ex argento fabrefacti. Sunt praeterea certorum Sanctorum Reliquiae, sed Nomina eorum non possunt dignosci, eo quod Praepositus aliquis ex antiquioribus auri et argenti cupidus Thecas earum argen-

teas in profanos suos vsus converterit et Reliquias ipsas panno involutas reliquerit; In confuso cum chartulis continentibus Nomina. — Caput, seu

30. Calvaria S. Georgij et S. Margaritae Virginis, quae Calvariae etiam nunc exstant integrae et asservantur in duabus Thecis ligneis deauratis in summo Altari. Dantur praeterea Reliquiae ex Vndecim Millibus Virginum et Sanctorum Innocentium, sed nescitur quae, pro quibus haberi debeant ex praeattacta ratione. Habetur quidem in Conservatorio huius Ecclesiae tantum de argento bono, tum in Massa simplici, tum etiam in Vasis profanis relictis per defunctos Praepositos, ex quibus non solum Thecae pro Sacris Reliquijs commodissimae, verum etiam aliquot statuae bonae quantitatis fieri possent, si voluntates Dominorum Fratrum non essent discordes.

De Divinis Servitijs.

Festa quibus Praepositus Missam cum primis Vesperis solemniter celebrat. Sunt Nativitatis Dni, Epiphaniae, Purificationis B. Mariae Virginis, Palmarum, Coenae Dni, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Sanctorum Petri et Pauli, Dedicationis Ecclesiae collegiatae, Transfigurationis, Assumptionis, Omnium Sanctorum et S. Martini. Adstantes assignantur eidem per Cantorem Capituli, qui etiam illis diebus consveverunt habere Prandium apud Praepositum. Alijs diebus Dominicis et festivis, quando series est Praepositi curat

31. peragi Divina per Vnum ex Canonicis, cui duo Alij solent adstare. Quando autem est series Canonicorum tunc ordine peragunt Divina Dominicis, quidem et Festivis diebus cum adstantibus, quos ipsi invitare et post Divina in Prandio apud se habere volunt: Diebus vero Ferialibus Sacrum cantatum, uti et Vesperas cum Completorio peragit Capellanus; dictis diebus Dominicis et Festivis semper sunt cantata duo Sacra; Primum Votivum de beata Virgine hora 7-tima sine adstantibus, post quod solet esse Concio: Secundum Sacrum hora 9-na cum adstantibus; Matutinum cum reliquis Horis absolvit Capellanus cum Cantoribus.

In Festis Natalitijs, Pascalibus et Pentecostalibus concionantur Canonici Ordine, qui sunt pro Cathedra aptiores. Diebus Dominicis per annum Cathedrae habet curam Parochus Ecclesiae Collegiatae, qui ordinarie simul est Canonicus; Festivis vero Diebus concionantur PP. Societatis, qui etiam in Capella Corporis Christi diebus Dominicis habent Cathechismum et per Quadragesimam diebus Veneris Conciones.

32. *Nomina DD. Canonicorum Scepusiensium*, qui vixerunt ad initium Gubernij *Ioannis Sigray* Praepositi et habuerunt inter se optimam Concordiam. Lector Andreas Berzeviczy infulatus Praepositus S. Stephani de Promontorio Varadiensi, Vngarus Vir bene qualificatus et dignus promotionibus altioribus. Cantor Andreas Ondregkovics infulatus Praepositus B. M. Virginis de Lipto, Slavus et Hungarus perfectus, Speculum Sacerdotum, Pater Pauperum et benefactor multarum Ecclesiarum. Custos Daniel Szent Mariay

infulatus Abbas B. M. V. de Gagy Hungarus et Slavus perfectus, Vir quietus et pacificus. Martinus Slavkay. Martinus Pongracz Liptoviensis versus Israëlita in quo dolus non erat. Franciscus Ferenczfiy. Petrus Martinovsky Dvnaviczensis Polonus. Joannes Pauerfeidt infulatus Abbas de Hrabko et Parochus Montis S. Georgij natione franco, non residebat in Capitulo. Bernardus Forsner. Slavus et germanus mediocris. Georgius Doctorovics purus Slavus, qui etiam simul Ecclesiae Collegiatae Parochus. Stephanus Harmathy Canonicus Titularis et Parochus Liscensis.

Ab Anno 1696. usque ad Annum 1702. facta est mutatio in Capitulo, ut sequitur: Lector Georgius

33. Doctorovics Infulatus Praepositus B. Mariae Virginis de Lipto. Cantor Bernardus Forsner Infulatus Abbas de Curru et Dni Praelati actualis in Spiritualibus Vicarius. Custos Petrus Martinovsky. Laurentius Ivak Infulatus Praepositus B. Mariae Virginis de Zemplén. Paulus Nébest. Georgius Lachovics. Joannes Bagner. Thomas Bethlehemfalvay. Georgius Jelencsics. Jacobus Almasy. Andreas Gyurny Capituli Plebanus, qui postea post obitum Thomae Bethlehemfelvay factus est Canonicus.

Nomina DD. Canonicorum defunctorum ab anno 1696. vsque ad annum 1703.

Andreas Ondregkovics Cantor, sicut sancte vixit, ita in Dno obijt anno aetatis 78. Daniel Szent-Mariay Levchoviae sub cura Medici mortuus est, bene dispositus, aetatis anno 65. Stephanus Harmathy obijt Leuchoviae apud RR. PP. Minoritas Anno aetatis 35. Franciscus Ferenczfy vitam finivit inter F. F.

quos praesentes ipse habere desideravit ao aetatis 66. Joannes Pauerfeindt ex hoc Capitulo transivit ad Dioecesim Passaviensem et ibidem mortuus est Anno aetatis 60. Andreas Berzeviczy Lector post longam infirmitatem pie in Domino obijt anno aetatis 67.

34. Martinus Pongracz fuit in agone sicut Servus bonus, quem Dnus vigilantem et paratum invenit obijt aetatis anno 65. Martinus Szlavkay in festo Ascensionis mane eundo ad Ecclesiam in platea Capituli est apoplexia tactus et statim mortuus ao aetatis 76. Thomas Bethlehemfalvay ex Oppido redeundo domum in via ex deliquio cecidit et expiravit anno aetatis circiter 52.

Durante Rebellione Rakocziana mortui sunt sequentes: Laurentius Ivak ex longa infirmitate sancte mortuus est anno aetatis 62. Joannes Bagner anno aetatis 60. Andreas Gyurny. Georgius Jelencsics, Georgius Doctorovics lector. — *Jacobus Almassy bene vitam cum morte commutavit Leuchoviae sub cura medici Anno 1709. mense Decembri recte dum Leuchovia a Caesareis obsideretur. Rmus D. Joan. Petrus Martinovszki peste obijt 1710.* **Propter rebellionem Rakoczianam (sic).**

35. et **36.** pagina vacua.

37. Primae Parochiae S. Martini Collegiatae Ecclesiae Filiales.

Pavlan cum Ecclesia Sanctorum Petri et Pauli Apostoli haec Ecclesia Dotem nullam habet praeter offertoria. Divina in eadem peragit ad libitum Parochus Repasiensis quem contentare solet Dnus Praepositus tanquam Loci Dominus, apparamenta habet pro cultu divino necessaria, in Possessione hac numerantur Animae Catholicae 38. Ritus Graeci 21.

Sequentes Pagi sunt sine Ecclesijs.

Almás in quo sunt Animae Cath.	124.	Luth. 4.
Lucska habet Animas Cath.	94.	
Nemesán	124.	
Kolcsva	92.	
Kathon (sic)	70.	
Kolbach	124.	
Baldocz	45.	
Buglocz	55.	
Hinczocz	31.	

In his praecedentibus Pagis in Vniversum numerantur Animae Cath. 797. Ritus Graeci 21. Luth. 4.

38. Reliquarum Ecclesiarum Visitatio est peracta *secundum puncta sequentia.*

1-mo. *In quo Statu sit templum constitutum.*

2-do. *A quo, vel quibus Catholicisne, an Haereticis et quo circiter tempore aedificatum?*

3-tio. *Quod eius Patrocinium?*

4-to. *Quis jus Patronatus praetendat?*

5-to. *Quae Dos et Fundatio Ecclesiae?*

6-to. *Exercitium Religionis an Catholicae, vel Acatholicae? Si hoc a quo tempore?*

7-timo. *Quis loci Dominus terrestris? Si plures quis potiorem partem habeat?*

8-vo. *Quis sit Parochus? quamdiu? quis eius proventus?*

9-no. *An sit Ludi Magister? Isque Catholicus, vel Acatholicus?*

10-mo. *Quot in Templo Altaria, quibus dicata? Item quot campanae?*

11-mo. *An aliquas et quando habeat Indulgentias?*

12-mo. *Quis illius loci decimam, quis quartam, quis sedecimam accipiat et quot circiter cruces annis mediocribus vniversim omne granum specificando ex decima illa sperari possit?*

13-tio. *Quot in illa Parochia sunt Animae Catholicae? et Acatholicae? Idem circa Filiales.*

39. Visitatio Secundae Parochiae Liberae ac Regiae Civitatis Leuchoviensis (sic).

1-mo. Templum Magnificum in statu perfecto.

2-do. Antiquitus a Pijs Catholicis adificatum ante Lutherum.

3-tio. Patrocinium eius est S. Jacobi Majoris.

4-to. Jus Patronatus est penes Civitatem.

5-to. Dos et Fundatio eius antiqua est per lutheranos abalienata.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae viget ab vniversali Ecclesiarum perceptione facta in Scepusio per Illmum ac Rdissimum Dominum Georgium Bársony Episcopum Varadiensem et Praepositum Scepusiensem Ao 1674.

7-timo. Dominus Loci est sacra Regia Majestas.

8-vo. Parochus ab Annis 6. est Stephanus Györfy Ss. Thliae Baccalaureus Romae creatus, cuius proventus sunt omnis Generis Decimae, tam ex hac Parochia quam ex eiusdem Filialibus provenientes, quae se extendunt Annis mediocribus ad florenos Hungaricales 4000.

9-no. Ludi Magister et Cantor sunt Catholici, reliqui inferiores musici sunt mixti Catholici cum lutheranis. In Schola more Catholico juventus instruitur.

10-mo. Altaria, quae actu exstant, sunt septem; 1-mum Majus Sancto Jacobo Majori, 2-dum ad cornu Evangelij in Navi, seu Corpore Ecclesiae Patienti Christo

40. Salvatori. 3-tium Gloriosae B. Virgini. 4-tum Scto Joanni Baptistae et Evangelistae. 5-tum S. Catharinae. 6-tum S. Annae. 7-timum S. Joanni Nepomuceno, dicata. Praeter haec fuerunt 6. alia, sed tempore variorum tumultuum per Haereticos sunt destructa.

11-mo. Campanae Majores sunt duae, Minores quatuor.

12-mo. Decima tota est solius Parochi, quarta et sedecima nulla datur.

13-tio Animae Cath. sunt 309. Ritus Graeci 101. Luth. 3500.

In Civitate Leuchoviensi praeter Ecclesiam Parochialem sunt etiam aliae, 1-mo RR. PP. Societatis (Jesu), quae olim pertinebat ad Conventuales; 2-da RR. PP. Minoritarum et pertinebat antea ad hospitale, 3-tia S. Laurentij penes Convictum olim erat Carthusianorum.

Extra Civitatem Leuchoviensem in monte est Capella B. Mariae Virginis antiqua et noviter aucta — habet Altaria tria, Primum B. Mariae Virgini; Secundum S. Stephano Regi Hungariae, Tertium S. Emerico Duci dicata. Haec Capella habet Indulgentias plenarias in festivitate B. Mariae Virginis Visitantis, ad quam solet convenire magna multitudo Populi non solum ex Comitatu Scepusiensi, verum etiam ex alijs vicinis. Qui ibidem accedunt ad sacram Communionem, in praedicta festi-

41. vitate numerantur ordinarie „6“ Millia, subinde plura.

Prima Filialis Ecclesiae Leuchoviensis est Vlosa, cuius Templum est sub Patrocinio B. M. V. dolorosae, habet omnia requisita pro Divinis peragendis, Calicem quidem comunem cum altera Filiali nomine *Zavada* — cuius Templum est dedicatum honori S. Annae, habet etiam sua necessaria. In his duabus Filialibus solet divina alternatim peragere Capellanus Slavonicus Parochiae Leuchoviensis; In utraque praedicta Filia numerantur Animae Cath. 59. Ritus Graeci 50. Luth. 145.

Sunt praeterea 2. Pagelli Ecclesijs carentes, quorum plebs audit Divina in Civitate; pertinentque (uti et 2. praecedentes ad dictam Civitatem Leuchoviensem) Primus Pagellus vocatur Hradisko; Alter Lengvart in quibus sunt Animae Cath. 35. Ritus Graeci 9.

Tertiae Parochiae Liberae Regiaeque Civitatis Kesmarkiensis.

1-mo. Templum Parochiale, quoad aedificium est magnificum.

2-do. A Catholicis nescitur quo Saeculo aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est Exaltatio S. Crucis.

4-to. Jus Patronatus pertinet quidem ad Civitatem, sed Parochiam contulit sua Majestas perennaliter PP. Paulinis Ao 1673.

42. 5-to. Fundatio eius per lutheranos est abalienata, recenter autem 2. Agri sunt recuperati.

6-to. Catholicae Religionis exercitium durat ab Anno 1673. Extra Civitatem habetur etiam Haereticum.

7-timo. Loci Dnus est sua S. Regia Majestas.

8-vo Parochus est Prior Residentiae S. Pauli Primi Eremitae, cuius Proventus in pecunia sunt fl. Hungaricales 416. in grano Tritici Cubuli 4. Siliginis Cubuli 41. Hordei Cubuli 48. Avenae Cubuli 15. Iste Proventus etiam datur per omnia — Praedicantibus Lutheranis.

9-no. Ludi Magister pro Ecclesia Catholica datur Catholicus, pro Lutheranis autem est Lutheranus; qui etiam docet Psevdo-Theologiam.

10-mo. Altaria in Ecclesia Parochiali sunt 12. Primum et summum S. Cruci. 2-dum ad latus Evangelij Coronationi B. Virginis. 3-tium ad latus Epistolae S. Aenae. 4-tum in medio Ecclesiae Vbli effigiei Crucifixi Dni. 5-tum in majori Choro ad dextrum latus Assumptioni B. Virginis. 6-tum ad latus sinistrum S. Nicolao. 7-timum S. Catharinae. 8-vum Sctisimo Salvatori. 9-num Sctisimae Trinitati. 10-mum Omnibus Sct. M. M. 11-mum S. Joanni Baptistae. 12-mum S. Barbarae dicata. Campanae Majores sunt 3. Minores 2.

43. 11-mo. Indulgentiae habentur in festo Inventionis et Exaltationis S. Crucis. Item in festoS. Pauli Primi Eremitae.

12-mo. Decimas omnes percipit Civitas.

13-tio Animae dantur Cath. 648. Luth. 2171. Incolae huius Civitatis uti et Leuchoviensis sunt Saxones. In Coemeterio Parochialis Ecclesiae est templum trium Regum Dote carens et Omnibus Apparamentis pro cultu Divino requisitis destitutum, ac per Haereticos spoliatum. In Civitate Kesmarkiensi datur etiam Capella Slavonica B. Mariae Virginis in Commodo

statu constituta, habet omnia pro cultu divino requisita. Altare vnum B. V. Natae. Administrat vnus ex residentia PP. Paulinorum. Ludi Magister cantat Slavonice. Campanas habet duas.

Primae Filialis Ecclesiae Késmarkiensis Rokus.

1-mo. Templum antiquum sub Tabulato ruinam minans.

2-do. A Catholicis antiquitus aedificatum.

3-tio. Patrocinio gaudet B. Mariae Virginis.

4-to. Jus Patronatus spectat ad Civitatem Késmarkiensem.

5-to. Dos Ecclesiae nulla exstat.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae viget ab Anno 1673.

7-timo. Domini terrestres essent alias Cives Késmarkienses, sed

44. in pignore alij possident, uti Egregij, Jacobus Krey (sic), Nobiles Radvansky et Susanna Mariasy relicta Michaëlis Nagy de Lesemye (sic) etc. Omnes Acatholici.

8-vo. Loci Parochus idem qui Késmarkiensis.

9-no. In Schola Ludi Magister est Catholicus.

10. In Ecclesia Altare habetur vnum B. Mariae Virginis. Campanae dantur duae.

11-mo. Indulgentiae de praesenti nullae sunt.

12-mo. Decimam percipit Parochus, quae importat comuniter Cruces Siligines 19. Hordei 50. Avenae 4.

13-tio. Animae Cath. sunt 69. Luth. 162. Incolae sunt omnes Germani,

2-dae Filialis Forberg.

1-mo. Templum muratum cum Turri in statu misero.

2-do. A Catholicis antiquitus aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est B. Mariae V.

4-to. Ius Patronatus est penes suam Majestatem.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium est Religionis Catholicae, verum ex permissu Caesareorum Commissariorum. Acatholici copulantur et introducuntur et eorum infantes baptizantur per Praedicantes Késmarkini.

7-timo. Dni Terrestres Haereditarij sunt Cives Késmarkienses

45. Hypothecarij autem actuales Possessores sunt ijdem, qui in Rokus.

8-vo. Loci Parochus, Késmarkiensis.

9-no. Ludi Magister in Schola est Catholicus.

10. In Ecclesia Altare vnum Exaltationi S. Crucis dicatum. Campana vna.

11-mo. Indulgentiae nullae dantur.

12-mo. Decimam percipit Civitas Késmarkiensis cum dictis Hypothecarijs, Parochus autem nullum habet proventum.

13-tio. Animae Cath. sunt 47. Luth. 191. Incolae Loci sunt Germani.

3-tiae Filialis Kis-Szalok.

1-mo. Templum ligneum valde exiguum.

2-mo. A Catholicis aedificatum non scitur quando.

3-tio. Patrocinium eius est S. Michaëlis Arch-Angeli.

4-to. Jus Patronatus pertinet ad Fiscum.

5-to. Pro Dote habet exiguos agros.

6-to. Exercitium Catholicum.

7-timo. Dni Terrestres sunt Cives Késmarkienses.

8-vo. Loci Parochi idem qui Késmarkiensis.

9-no. Ludi Magister non habetur, neque Schola.

10-mo. Altare in Ecclesiola Vnum Scti Salvatoris.

11-mo. Indulgentiae nullae sunt.

46. 12-mo. Decimam Allodialem percipit Civitas Késmarkiensis, ex agris vero Colonicalibus Parochus quae in vniversum importat florenos circiter 24.

13-tio. Animae Cath. sunt 160. Luth. 49.

4-tae Filialis Nerer seu Straska,

quae alias de Jure est Parochia per se, Visitatio deest.

47. *5-tae Filialis quae est alias pertinens ad Nerer Keresztfalva.*

1-mo. Templum sub Tabulato in statu mediocri.

2-do. Per Catholicos aedificatum nescitur quando.

3-tio. Patrocinium eius est Inventio S. Crucis.

4-to. Jus Patronatus praetendit Balthasar Horvath Haereticus et Catholicorum hostis maximus.

5-to. Dos Ecclesiae exstat vnicus ager.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae durat ab Anno 1673.

7-timo. Dominus Terrestris est dictus Balthasar Horvath.

8-vo. Parochus est idem, qui Késmarkiensis Augustinus Hnatovics prior Ordinis S. Pauli Primi Eremitae, qui divina curat peragi per vnum ex Patribus eiusdem Ordinis.

9-no. Ludi Magister in Schola est Catholicus.

10-mo. Altaria dantur tria, 1-mum Majus Nativitatis Dni, quot antea fuerat Inventionis S. Crucis — 2-dum B. Mariae Virginis. 3-tium S. Nicolai. — Campanae 3.

11-mo. Indulgentiae nullae sunt.

12-mo. Decimas percipit Parochus, ex quibus proveniunt communiter Cruces Siliginis, 23, Hordei 90. Avenae 50. Sedecima et quarta nulla datur.

13-tio. Animae Cath. sunt 120. Luth. 103. Incolae sunt Slavi.

---

48. Sequuntur Fraternitates, Seu Decanatus. I-ma Fraternitas 13 Oppidorum Regalium Spectantium ad Arcem Lublo.

4-tae Parochiae Varallyensis Oppidi Primi.

1-mo Templum Majus totum muratum cum fornice et Turri in bono statu.

2-do. A Catholicis antiquitus aedificatum non scitur quando.

3-tio. Patricino gaudet B. Mariae V. natae.

4-to. Jus Patronatus pertinet ad Oppidanos, sed Actualis Possessor Princeps Lubomirsky illud sibi vendicat de praesenti in omnibus 13 Oppidis.

5-to. De Fundatione et Dote nihil constat, sed habet certos agros.

6-to. Exercitium in Ecclesia viget Catholicum ab Anno 1674. in qua Conciones fiunt germanicae; Lutherani etiam habent domum privatam pro suo exercitio. Pariter etiam in omnibus alijs 13. Oppidis et hoc ex gratia dicti Dni Principis.

7-timo. Dominus Terrestris est sua Majestas Regia, Actualis vero Possessor Theodorus Lubomirsky.

8-vo. Loci Parochus est Franciscus Ambrosius Balter purus Italus, pro Cura Animarum prorsus ineptus. Vicarius eiusdem Germanicus N. Faulhaber.

6-to. Exercitium Catholicum durat ab Annis 25.

7-timo. DD. Terrestres sunt qui in puncto 4-to.

8-vo. Parochus loci Jacobus Almasy, qui praeter Decimam habet 10 jugera terrae; Item 3. Prata et duo Cauleta.

9-no. In Schola Ludi Magister, qui simul et Organista habetur Catholicus.

10-mo. Altaria sunt 4-tuor. Majus purificatae B. M. V. 2-dum S. Nicolao, 3-tio S. Margarithae V. 4-tum in Capella

152. Transfigurationi Dominicae dicata Campanae sunt 4-tuor.

11-mo. Indulgentiae de praesenti nullae dantur

12-mo. Parochus percipit Decimam, quae importat Cruces Tritici 17. Siliginis 57. Hordei 219. Avenae 54.

13-tio. Animae Cath. 301. Ritus Graeci 6. Luth. 640.

Incolae omnes Slavi.

Filialis Krig.

1-mo. Templum parvum lapideum, cuius Sanctuarium et Sacristia est sub fornice.

2-do. Ex antiqua traditione habetur, quod S. Adelbertus cum ex Vngaria ivisset in Poloniam, hic subsistendo converterit quendam Ethnicum loci huius Dnum Noe Eden, qui postea ex sua Curia Nobilitari curavit Ecclesiam aedificari, et hoc probatur etiam ex fundamentis antiqui aedificij, quae actu reperiuntur in Coemeterio.

3-tio. Patrocinium Ecclesiae est S. Catharinae V. et M.

4-to. Jus Patronatus praetendit Familia Tluk, alias Draveczky.

5-to. Pro Dote habet certos Agros, a quibus annuatim datur pro Ecclesia 1 fl. 30 xr. Habet et certa debita quae exigi hic et nunc non possunt.

6-to. Exercitium Catholicum durat ab Annis 25.

153. 7-timo. DD. Terrestres sunt dicti Nobiles.

8-vo. Parochus qui in Totfalva.

9-no. Schola habetur vacua, quia DD. Terrestres Ludi Magistrum non admittunt Catholicum; sed Lutheranum fovent in Curia quadam Nobilitari.

10-mo. Altaria sunt 3. Majus S. Catharinae; 2-dum B. M. V. 3-tium S. Nicolao dicata. Campanae 3.

11-mo. Indulgentiae nullae habentur.

12-mo. Decimam percipit Parochus, ex qua proveniunt Cruces Tritici 5. Siliginis 8. Hordei 90. Avenae 100.

13-tio. Animae Cath. sunt 117. Ritus Graeci 6. Luth. 156.

Incolae sunt Slavi.

Sexagesimae Parochiae Lendak.

1-mo. Templum cum Turri muratum in bono statu.

2-do. Annales Ordinis S. Sepulchri Canonicorum Regularium tradunt esse extructum ab Henrico Praeposito Generali Mechoviensi eiusdem Ordinis Ao 1313.

3-tio. Sub Patrocinio S. Nicolai Ep. cuius Anniversarium Dedicationis celebratur iu festo Divisionis Apostolorum.

4-to. Pro Dote habet 7. jugera terrae.

5-to. Jus Patronatus reservavit sibi Domus Professa Mechoviensis praefati Ordinis.

154. 6-to. Exercitium Catholicum fuit semper et actu est.

7-timo. Actualis Possessor Loci est Nobilis Franciscus Luzénsky Catholicus, qui vna cum Residentia

Praepositurae omnia bona possidet jure Hypothecario a Familia Palocsaiana, cui dicta Praepositura vendita est a Conventu Mechoviensi de Consensu Eminentissimi olim Cardinalis Andreae Báthory Conventus Mechoviensis Praepositi Generalis Anno 1593.

8-vo. Parochus Loci Blasius Koszkius praefati ordinis Professus in Annum 12, cuius proventus est exigua Decima. Item certa Prata et Horti.

9-no. In Schola Ludi Magister est Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Majus S. Nicolao, 2-dum S. Joanni Baptistae, 3-tium B. M. V. Dolorosae dicata. Campanae 4-tuor.

11-mo. Indulgentiae habentur pro festo S. Nicolai.

12-mo. Decimam percipit Parochus.

13-tio. Animae Cath. sunt 140. Luth. 8.

Incolae sunt Poloni et Slavi.

Filialis Zdiar.

In qua habetur Capella de licentia Rdissimi Dni Ladislai Mattyasovsky Praepositi Scepusiensis Anno 1694 erecta sub

155. Titulo B. M. V. Visitantis cum Indulgentijs sine ulla Dote et Fundatione, ubi Parochus Lendakensis habet annuatim a quovis Incola Denarios 3,

Animae ibidem omnes Cath. sunt 115.

Incolae omnes Poloni.

156. VII. Fraternitas Districtus Dunajecz, cuius actualis Decanus est Michaël Repkovics Parochus Ofalvensis.

Sexagesimae primae Parochiae Richvald.

1-mo. Templum bene constitutum.

2-do. A Catholicis aedificatum, nec ab alijs unquam possessum.

3-tio. Patronus Ecclesiae est S. Joannes Baptista.

4-to. Jus Patronatus penes Dominium Rubri Claustri.

5-to. Dotem de praesenti nullam habet,

6-to. Exercitium Catholicum viget a tempore Fundationis.

7-timo. Dnus Terrestris idem qui dicti Claustri.

8-vo. Parochus Loci Stanislaus Murgalsky.

9-no. Habetur Schola et Ludi Magister Catholicus.

10-mo. In Ecclesia Altaria sunt 3. Majus S. Joanni Baptistae, 2:dum B. M. V. in Coelos Assumptae, 3-tium S. Nicolao Episc. dicata. Campanae 3.

11-mo. Indulgentiae sunt in festo S. Joannis Baptistae.

12-mo. Decimam percipit Parochus, quae facit Cruces 50.

13-tio. Animae omnes Cath. 500.

Habet haec Ecclesia 2. Pagos in quibus nullum extat Templum, ut pote Haligocz et Relov ex quibus Decimam non percipit Parochus. In Pago Relova

Scultetus Loci ab Annis 30 debebat Capellam aedificare, uti Jura eius-

157. dem sonant, sed neglexit hucusque. In his 2. Pagis Animae Cath. 490.

Incolae in toto hoc districtu sunt omnes Poloni.

Sexagesimae secundea Parochiae Lechnicz.

1-mo. Templum muratum in bono statu.

2-do. A Catholicis antiquitus aedificatum.

3-tio. Sub Patrocinio S. Crucis.

4-to. Jus Patronatus est penes Dominum Rubri Claustri in valle S. Antonij, quod de facto possidet vna cum omnibus Bonis Illmus et Rdissimus Dnus Ladislaus Mattyasovsky Episcopus Nitriensis, et Cancellarius Hungarico Aulicus.

5-to. Pro Dote habet 2. domunculas.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae viget.

7-timo. Dnus Terrestris est praefatus Dominus Cancellarius.

8-vo. Parochus Loci Martinus Zembovics ab Annis 30.

9-no. Habetur Schola et Ludi Magister, qui et Organista simul, Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Primum S. Cruci, 2-dum B. M. V. 3-tium Nicolao Ep. dicata.

11-mo. Indulgentiae habentur in festo Exaltationis S. Crucis.

12-mo. Parochus percipit Decimam importantem ex Autumnali frumento Cruces 30. Ex Vernali vero 68.

158. 13-tio. Animae omnes sunt Catholicae 332.

In valle huius extat Claustrum Sancti Antonij Abbatis olim Chartusianorum, cuius Ecclesia quoad aedificium manet in suo antiquo statu exceptis Altaribus et fenestris.

Filialis Lesnicz.

1-mo. Templum ligneum, sed bene provisum.

2-do. A Catholicis ante Annos 70. aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est S. Dorotheae V. et M.

4-to. Jus Patronatus pertinet ad Rubrum Claustrum.

5-to. Pro Dote habet 3. Domunculas.

6-to. Exercitium est Religionis Catholicae.

7-timo. Dominus Terrestris est dictus Dominus Cancellarius.

8-vo. Parochus qui in Lechnicz.

9-no. Ludi Magister similiter administrat ex Lechnicz.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Primum S. Dorotheae, 2-dum B. M. V. 3-tium S. Michaëli dicatum.

11-mo. Indulgentiae habentur in festo S. Dorotheae.

12-mo. Parochus percipit Decimam, quae importat Cruces 45.

13-tio. Animae Cath. sunt 292. Luth. 1.

159. Sexagesimae tertiae Parochiae O-Falu.

1-mo. Templum muratum bene constitutum.

2-do. Fundatum ab eodem a quo Claustrum Rubrum.

3-tio. Patrocinió gaudet S. Francisci Seraphici.

4-to. Jus Patronatus est penes Dominum.

5-to. Pro Dote habet 3. Domunculas, a quibus annuatim dantur fl. 6.

6-to. Exercitium viget Religionis Catholicae.

7-timo. Parochus qui et Districtus Decanus est Michaël Repkovics in Annum 16.

8-vo. Dnus Terrestris est idem qui Claustri Rubri.

9-no. In Schola Ludi Magister qui simul et Organista est Catholicus.

10-mo. In Ecclesia Altaria sunt 4-tuor. Primum B. M. V. in Coelos Assumptae, 2-dum S. Nicolao, 3-tium Misericordiae Dei, 4-tum Dolorosae B. M. V. dicata. Campanae dantur 5.

11-mo. Indulgentiae habentur plenariae, et perpetuae ratione Scti Rosarij in omnibus festis B. M. V. propter Archi-Confraternitatem eiusdem fundatum Ao 1634. Praeterea Dominica post Festum S. Francisci. Dantur etiam hic 3. Capellae, Prima Transfigurationis Domini cum indulgentijs plenarijs pro eodem Festo

160. in quo Accedentes ad S. Communionem numerantur 2000. 2-da Capella Sactae Trinitatis cum Indulgentijs. 3-tia S. Annae sine Indulgentijs.

12-mo. Decimam percipit Parochus, quae importat in toto Cruces circiter 100.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 487.

Ad hanc Parochiam spectat 2. Pagi Filiales Frankova, et Frankovka sine Ecclesijs, quorum Incolae Pauperiores sepelintur in Campo, Possessionati vero penes Ecclesiam O-Falvensem, et ex his

Pagis Parochus nullum habet proventum praeter Stolarem.

Animae Cath. in dictis 2-bus Pagellis sunt 231.

Sexagesimae quartae Parochiae Mattyasfalva.

1-mo. Templum cum Turri muratum.

2-do. A Catholicis antiquitus aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est Sancti Petri et Pauli Apostoli.

4-to. Jus Patronatus spectat ad D. Arcis Késmárk.

5-to. Pro Dote habet 1. Pratum et 2. Domunculas, quorum Inhabitatores tenentur servire Ecclesiae.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae viget ab Anno 1659.

7-timo. Dnus Terrestris est qui Arcis Kesmark.

8-vo. Parochus Loci est Michaël Borzek ab Annis 8.

161. Cuius Proventus est exigua Decima; habet praeterea Vnum Agrum pro Avena.

9-no. In Schola Ludi Magister est Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Majus Sancti Petri et Pauli. 2-dum S. Crucis. 3-tium B. M. V. Campanae sunt 3.

11-mo. Indulgentias habet in Festo S. M. Magdalenae.

12-mo. Parochus percipit Decimam, quae importat Cruces 70.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 450.

Ad hanc Ecclesiam spectat Pagus Filialis Gibel nuncupatus, Templo carens, ex quo Parochus nihil habet praeter 5. Currus Lignorum annuatim.

In eodem Pago omnes Animae Cath. sunt 199.

Sexagesimae quintae Parochiae Hanusfalva.

1-mo. Templum muratum bene constitutum.

2-do. Aedificatum a Religiosis S. Sepulchri Jerosolimitani ante Annos 500.

3-tio. Sub Patrocinio S. Andreae Apostoli. Dies autem Dedicationis eiusdem incidit in Dominicam post Festum Sancti Joannis Baptistae.

4-to. Jus Patronatus manet penes Domum Profes. Mechoviensem Ord. Canonicorum Regularium S. Sepulchri.

5-to. Pro Dote habet vnum Agrum, et vnum Pratum.

162. 6-to. Exercitium Religionis Catholicae durat a tempore Fundationis.

7-timo. Dnus Terrestris est Fiscus.

8-vo. Parochus Loci Adrianus Novolsky Canonicorum Regularium dicti Ordinis Professus ab Annis 3. Cuius Proventus est ex Agris parochialibus.

9-no. In Schola Ludi Magister est Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Primum S. Andreae Apostolo. 2-dum B. M. V. 3-tium S. Michaëli Archi-Angelo dicata.

11-mo. Indulgentiae habentur Dominica Vltima post Pentecostes.

12-mo. Decimam percipit Parochus, quae importat ex Frumento Autumnali Cruces 90. Ex Vernali vero 42.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 320.

Habet haec Parochia Pagum Filialem Jezersko dictum sine Templo, cuius Dnus Terrestris est Dnus Emericus Horvath Catholicus.

In eodem Pago Animae omnes Cath. sunt 52.

Sexagesimae sextae Parochiae Nedecza.

1-mo. Templum muratum bene constitutum.

2-do. A Catholicis antiquitus aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est S. Bartholomaei.

4-to. Jus Patronatus pertinet ad D. Baronem Joannelli.

163. 5-to. Pro Dote habet 70. Jugera terreae, ex quibus Eidem cedit Decima praeterea Arendatores dictorum Agrorum solvunt per Denarios 21. Item habet 1. Pratum, a quo solvitur Census et unam Domunculam, a qua annuatim datur fl. 1.

6-to. Exercitium Catholicum fit ab Annis 8.

7-timo. DD, Terrestres sunt DD. Barones Joannelli.

8-vo. Parochus Loci Sebastianus Hanuskovics, cuius Proventus praeter Decimam sunt certi Agri, quos ipse curat excoli et vnum Pratum.

9-no. Scholae Rector habetur Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 4-tuor; Primum S. Bartholomaeo Apostolo. 2-dum S. Nicolao Episcopo. 3-tium et 4-tum B. M. V. dicata. Campanae sunt 3.

11-mo. Indulgentiae habentur in festo S. Bartholomae. Dedicatio vero celebratur Dominica immediate sequenti.

12-mo. Parochus percipit Decimam (exceptis Agris Allodialibus ad Arcem spectantibus) quae importat Cruces circiter 70.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 578.

Ad hanc Ecclesiam pertinent 3. Capellae; 1-ma in Arce Nedecensi S. Josephi cum Indulgentijs pro eodem Festo. Altaria sub Arce S. Michaëlis; 3-tia in eodem Territorio S. Rosaliae V. in quibus pro ijsdem festis etiam habentur indulgentiae.

164. Sexagesimae septimae Parochiae Kaczvink.

1-mo. Templum muratum sub Tabulato.

2-do. A Catholicis ante aliquot saecula aedificatum.

3-tio. Sub Patrocinio Omnium Sanctorum.

4-to. Jus Patronatus pertinet ad Dominum Arcis Nedecensis.

5-to. Pro Dote habet 5. Jugera terrae et 5. Domunculas — quorum Inhabitatores tenentur laborare, et solvere pro Ecclesia annuatim per fl. 1. et medium.

6-to. In Ecclesia Exercitium est Catholicum ab Annis 68.

7-timo. DD. Terrestres sunt Nobiles sequentes, Franciscus Görgöy, Emericus Horvath Catholici, Balthasar Horvath, Adamus Kubiny, et Job Zemskal Lutherani.

8-vo. Parochus Loci Stanislaus Bolavsky in 4-tum Annum.

9-no. Scholae Rector est Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Summum Omnibus Sanctis. 2-dum B. M. V. Dolorosae. 3-tium S. Annae dicata. Campanae 4-tuor.

11-mo. In hac Ecclesia est Confraternitas S. Annae cum Indulgentijs.

12-mo. Parochus percipit Decimam, quae importat Cruces in universum Autumnales et Vernales 300.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 836.

165. Sexagesimae octavae Parochiae Also-Labs.

1-mo. Templum muratum ruinae proximum.

2-do. A Catholicis ante Annos 400. aedificatum.

3-tio. Jus Patronatus pertinet ad Canonicos Regulares S. Sepulchri Jerosolymitani Conventus Mechoviensis.

4-to. Patrocinio gaudet S. Quirini Episc.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium habetur Catholicum.

7-timo. DD. Terrestres sunt Barones Joannelli et Balthasar Görgöy.

8-vo. Parochus Loci Stanislaus Zagursky Conventus Mechoviensis professus, cuius Proventus est Decima valde exigua.

9-no. Scholae Rector habetur Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Majus S. Quirino, 2-dum B. M. V. 3-tium S. Nicolao dicata. Campanae sunt 2.

11-mo. Indulgentiae de praesenti nullae sunt.

12-mo. Parochus percipit Decimam importantem Cruces 60.

13-tio. Animae omnes sunt Cath. 374.

Sexagesimae nonae Parochiae Felső-Labs.

1-mo. Templum totum ligneum.

2-do. Per Ruthenos aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est Sancti Petri et Pauli Apostoli.

4-to. Jus Patronatus est penes D. Arcis Nedecensis.

166. 5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae.

7-timo. Parochus Loci Christophorus Rozlenzky Silesista, a 2 Annis, cuius Proventus est exiguum deputatum.

8-vo. DD. Terrestres sunt multi, praecipui autem sunt DD. Barones Joannelli.

9-no. Ludi Magister habetur Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Primum Scto Petro et Paulo Apostolo. 2-dum B. M. V. 3-tium S. Nicolao Episcopo dicata. Campanae 4-tuor.

11-mo. Indulgentiae habentur in festo Scti Petri et Pauli.

12-mo. Decimam nullus percipit.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 1165.

Filialis eiusdem Jurgov.

1-mo. Templum ligneum in statu mediocri.

2-do. Ab Incolis Loci aedificatum.

3-tio. Sub Patrocinio S. Sebastiani M.

4-to. Jus Patronatus praetendunt DD. Nobiles Franciscus Görgőy Catholicus, Balthasar Horvath Lutheranus et Joannes Smrecsány.

5-to. Nullam habet Dotem.

6-to. Exercitium fit Catholicum.

7-timo. Terrestres DD. qui supra.

167. 8-vo. Parochus qui in Felső-Labs, cuius proventus est vilissimum Deputatum,

9-no. Schola non habetur neque Ludi Magister.

10-mo. Altare Vnum S. Sebastiano dicatum. Campanula una.

11-mo. Indulgentiae habentur in festo S. Sebastiani.

12-mo. Decimam nullus percipit, Parochus habet deputatum importans Cubulos Siliginis 7. Avenae 10.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 214.

Septuagesimae Parochiae Krempach.

1-mo. Templum muratum cum Turri solidum.

2-do. A Catholicis Loci aedificatum ante Annos 200.

3-tio. Sub Patrocinio S. Servatij Ep. et Conf.

4-to. Jus Patronus habent Nobiles Emericus Horvath Catholicus et Fr. eiusdem Balthasar Horvath Lutheranus.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium Catholicum viget ab ab Annis 30.

7-timo. DD. Terrestres sunt dicti Domini.

8-vo. Parochus Loci Joannes Strizansky ab annis 25.

9-no. In Schola Ludi Magister habetur Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 4. Majus S. Servatio Ep. 2-dum B. M. V. 3-tium Passioni Dominicae. 4-tum S. Nicolao Episcopo dicata. Campanae 4-tuor.

168. 11-mo. Indulgentiae de praesenti nullae habentur.

12-mo. Parochus percipit Decimam importantem Cruces 90.

13-tio. Animae omnes Cath. sunt 200.

In Territorio huius Possessionis est antiqua Capella Lignea S. Valentino dicata, habens Altare 1. et Campanulam unam.

Filialis Uj-Béla.

1-mo. Templum ligneum in commodo statu.

2-do. A Catholicis aedificatum.

3-tio. Sub Patrocinio S. Catharinae V. et M.

4-to. Jus Patronatus spectat ad Nobiles Horvath.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitum Catholicum viget ab Annis 30.

7-timo. DD. Terrestres, qui in puncto 4-to.

8-vo. Parochus qui in Krempach.

9-no. In Schola Ludi Magister est Catholicus.

10-mo. Altaria in Ecclesia sunt 3. Majus S. Catharinae, 2-dum B. M. V. 3-tium S. Annae dicata. Campanae 3.

11-mo. Indulgentiae habebantur pro Festis S. Catharinae et S. Mariae Magdalenae, sed expirarunt.

12-mo. Parocho debetur Decima importans Cruces 100.

13-tio Animae omnes Cath. 250.

169. Septuagesimae primae Parochiae Fridman.

1-mo. Templum muratum sub Tabulato.

2-do. A Catholicis aedificatum circa Annum 1073. A Lutheranis occupatum circa Annum 1587. receptum vero per Rdissimum Dnum Ladislaum Hoszutoty Praepositum Scepusiensem cum assistentia Illmi Dni Comitis Pauli Rakoczy Anno 1640.

3-tio. Patronus Ecclesiae est S. Stanislaus Ep. M.

4-to. Jus Patronatus praetendit Familia Görgöy.

5-to. Pro Dote habet 1. Agrum, a quo solvitur annuatim fl. 1. Praeterea 2. Domunculas, a quibus dantur annuatim fl. 6.

6-to. Exercitium Religionis Catholicae viget ab Anno 1640.

7-timo. Terrestres DD. Haereditarij sunt Barones Joannelli, Hypothecarij vero Nobiles Görgöy.

8-vo. Parochus Loci Casimirus Mlinarsky ab Annis 9. Cuius Proventus praeter Decimam sunt Agri vnius sessionis Colonicalis.

9-no. In Schola Ludi Magister est Catholicus.

10. Altaria in Ecclesia sunt 4-tuor. Majus S. Stanislao Ep. et M. 2-dum B. M. V. 3-tium S. Nicolao. 4-tum similiter B. M. V. dicata. Campanae 3.

11-mo. Indulgentiae de praesenti nullae sunt.

170. 12-mo. Decimam percipit Parochus, quae mportat Cruces siliginis 40. Hordei puri 30. et mixti cum Avena 100.

13-tio. Animae Cath. sunt 815. In Castello Luth. 1.

Ad hanc Parochiam pertinent 2. Filiales Tribs cum Ecclesia (cuius Visitationem Dnus Parochus connotare omisit) et Durstin; in quibus Parochus a quovis Colono habet annuatim 3. polturas et 1. par pullorum. Ex Tribs praeterea percipit annuatim Cubulos frumenti mixti 100.

Huius Districtus Ecclesiae quoad Aparamenta pro cultu Divino necessaria sunt omnes bene provisae; DD. autem Parochi, qui exiguos habent proventus; ideo habebant annuatim ex Fundatione Ferdinandea certum quantum, sed et hoc jam ab aliquot Annis est ijsdem denegatum.

---

171. VIII. Fraternitas Districtus Lublo habet Oppidum Podolincz:

Pagos Ruzsbach utramque Antiquam Lublo: Novam Lublo: Ginazd (sic), Hopffgart. Hic totus Districtus vna cum omnibus Proventibus Praeposito Scepusiensi de jure debitis est ab antiquo abalienatus; et applicatus Dioecesi Cracoviensi.

IX. Fraternitas Parochorum Ritus Graeci Vnitorum, quorum Decanus actualis est Basilius Smrekovsky Parochus Also-Repasiensis.

Primae Parochiae Poracs.

1-mo. Templum ligneum in statu mediocri.

2-do. Per Incolas Ritus Graeci aedificatum.

3-tio. Patrocinium eius est S. Demetrij.

4-to. Jus Patronatus praetendit Familia Máriásy.

5-to. Dotem nullam habet praeter pia legata.

6-to. Exercitium Ritus Graeci peragitur, ubi notandum est, quod nulli Schismatici dentur sub jurisdictione Praepositi Scepusiensis.

172. 7-timo. DD. Terrestres sunt Nobiles Máriásy Calvinistae, qui per vim suos subditos multos fecerunt Calvinistas.

8-vo. Loci Parochus est Michaël Bukoveczky, cuius Proventus est Deputatum et propria Oeconomia.

9-no. Habetur Ludi Magister in Schola Ritus Graeci.

10-mo. Altare Vnum S. Michaëli dicatum, Campanae 2.

11-mo. Indulgentiae nullae habentur.

12-mo. Decimam nullus percipit. Parochi Proventus extendit se ad fl. 120.

13-tio. Animae Cath. Ritus Graeci sunt 150. Calvinist. 156.

Incolae in tota Fraternitate hac sunt omnes Rutheni.

Secundae Parochiae Zavadka.

1-mo. Templum ligneum in statu commodo.

2-do. Anno 1690 per D. Parochum modernum aedificatum.

3-tio. Gaudet Patrocinio S. Michaëlis Arch. Angeli.

4-tio. Jus Patronatus praetendit Familia Máriásy.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium Catholicum Ritus Graeci peragitur.

7-timo. DD. Terrestres sunt dicti Nobiles Máriásy.

8-vo. Parochus Loci est Joannes Csernansky.

9-no. In Schola Ludi Magister Catholicus Ritus Graeci.

10-mo. Altare Vnum S. Michaëli Arch-Angelo dicatum.

173. 11-mo. Indulgentiae nullae habentur.

12-mo. Parochus percipit Decimam importantem fl. 100.

13-tio. Animae Cath. Ritus Graeci omnes 300.

Ecclesiae pratum datum Eidem pro Dote ab antiquo in pignore possidet Dnus Joannes Görgöy in fl. 80. quos deponendos recipire non vult.

Tertiae Parochiae Helczmanocz.

1-mo. Templum muratum commode constitutum.

2-do. A quibus et quando aedificatum non scitur.

3-tio. Patrocinio gaudet S. Michaëlis Arch-Angeli.

4-tio. Jus Patronatus est penes DD. Comites Csáky.

5-to. Pro Dote habuit certos agros, et Prata, quae nunc possident partim DD. Terrestres, partim vero Incolae.

6-to. Exercitium Catholicum Ritus Graeci peragitur ab annis 58.

7-timo. DD. Terrestres sunt dicti DD. Comites.

8-vo. Loci Parochus est Elias Michitovics in 5-tum Annum cuius Proventus est, qui olim fuerat Ludi Magistri, valde exiguus.

9-no. Schola non habetur, neque Ludi Magister.

10-mo. Altare vnum S. Michaëli Arch-Angelo dicatum. Campanae 2.

11-mo. Indulgentiae nullae habentur.

12-mo. Decimam a Parochis abtraxerunt olim Haeretici DD.

174. Terrestres, quam etiam illorum Successores Catholici de praesenti violenter accipiunt.

13-tio. Animae Ritus Graeci omnes Cath 112.

Quartae Parochiae Slovenka.

1-mo. Templum muratum in statu misero constitutum.

2-do. A Catholicis Ritus Latini ante Annos 400. aedificatum, postea vero reparatum per Incolas Ritus Graeci.

3-tio. Patrocinium eius est S. Georgij Militis et M.

4-to. Jus Patronatus praetendunt DD. Comites Csáky.

5-to. Pro Dote habet 2. jugera terrae.

6-to. Exercitium Catholicum Ritus Graeci peragitur

7-timo. DD. Terrestres sunt dicti DD. Comites.

8-vo. Loci Parochus est Lucas Mikitovics ab Annis 20.

9-no. Altare vnum S. Georgio dicatum. Campana vna.

10-mo. Habetur Schola et Ludi Magister.

11-mo. Indulgentiae nullae sunt.

12-mo. Parochus percipit Decimam importantem floren. 50.

13-tio. Animae Ritus Graeci Cath. 190. Luth. 5.

Quintae Parochiae Olsavicza.

1-mo. Templum muratum cum Turri in statu mediocri constitutum.

175. 2-do. A Catholicis Ritus Latini aedificatum, non scitur quando.

3-tio. Patrocinium eius est S. Nicolai Episcop. et Conf.

4-to. Jus Patronatus praetendit Familia Görgőy et Berthoty.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium a memoria viget Catholicum Graeci Ritus.

7-timo. DD. Terrestres a potiori sunt DD. Balthasar et Franciscus Görgőy.

8-vo. Parochus Loci ab Annis 25. est Joannes Jamborsky, cuius Proventus est propria Oeconomia ex Agricultura et Deputatum importans 14 circiter Cruces Frumenti.

9-no. Habetur Schola et Ludi Magister Catholicus Graeci Ritus.

10-mo. Altare vnum S. Nicolao dicatum. Campanae 3.

11-mo. Indulgentiae nullae habentur.

12-mo. Decimam in grano percipiunt DD. Terrestres a quavis sessione Colonicali 10. Cubulos Avenae. Credibile est, quod hanc consvetudinem introduxerunt DD. Terrestres Haeretici et penes eandem perseverant Heredes ipsorum etiam Catholici, in maximum praejudicium Parochorum.

13-tio. Animae Cath. Graeci Ritus sunt 348. Luth. 3.

Sextae Parochiae Also-Repás.

1-mo. Templum muratum in statu commodo.

2-do. A Catholicis Ritus latini aedificatum.

176. 3-tio. Patrocinio gaudet S. Joannis Baptistae.

4-to. Jus Patronatus praetendunt multi Nobiles, inter quos praecipiua est Familia Görgőy.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium viget Catholicum Ritus Graeci.

7-timo. DD. Terrestres, ijdem qui in puncto 4-to.

8-vo. Parochus Loci est Basilius Smrekovsky ab Annis 24. cuius proventus est Oëconomia ex Agricultura, et deputatum extendens se ad Mandeliones 18 Frumenti.

9-no. Datur Schola, et Ludi Magister Cath. Ritus Graeci.

10-mo. Altare vnum S. Annae dicatum. Campane 2.

11-mo. Indulgentiae nullae habentur.

12-mo. Decimam Cubularem percipiunt DD. Terrestres.

13-tio. Animae Cath. omnes Ritus Graeci 364.

Septimae Parochiae Torisza.

Visitatio deest.

177. (pagina vacua.)

178. Octavae Parochiae Hundermark (sic).

1-mo. Templum muratum cum Turri in mediocri statu.

2-do. A Catholicis ritus latini extructum.

3-tio. Patrocinio gaudet S. Michaëlis Archangeli.

4-to. Jus Patronatus praetendit Familia Ruberiana.

5-to. Dos eius nulla extat de praesenti.

6-to. Exercitium Catholicum Ritus Graeci 120 Annis.

7-timo. DD. Terrestres Haeredes Comitis Ruber Lutherani.

8-vo. Parochus Loci Joannes Nemirovsky ab annis 20. cuius Proventus est propria Oëconomia cum Deputato extendunt se ad fl. 200.

9-no. Habetur Schola et Ludi Magister Catholicus ritus Graeci.

10-mo. Altare extat vnum S. Michaëli Archangelo dicatum. Campanae habentur 2.

11-mo. Indulgentiae a memoria nullae fuerunt.

12-mo. Decimam Cubularem percipit Dominus Terrestris.

13-tio. Animae Cath. Ritus Graeci 348.

Nonae Parochiae Lipnik.

1-mo. Templum ligneum in statu misero.

2-do. Per Loci Incolas aedificatum.

3-tio. Patrocinio gaudet S. Michaëlis Archangeli.

4-to. Jus Patronatus praetendunt multi Nobiles.

179. 5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium Catholicum Ritus Graeci viget.

7-timo. DD. Terrestres sunt multi Nobiles Scepusienses.

8-vo. Parochus Loci Joannes Ihumensky, cuius Proventus est, ut in Filiali Folvark.

9-no. Habetur Schola et Ludi Magister Cath. Ritus Graeci.

10-mo. Altare vnum S. Michaëli dicatum. Campanae 2.

11-mo. Indulgentiae nullae a memoria fuerunt.

12-mo. Decimam Cubularem ex Avena, cum aliud Frumentum hic non crescat, percipiunt DD. Terrestres in praejudicium Parochi.

13-tio. Animae Cath. Graeci 330.

Filialis Folvark.

1-mo. Templum ligneum in statu ruinoso.

2-do. A Catholicis Graeci Ritus aedificatum.

3-tio. Jus Patronatus praetendit Familia Görgöy, et Familia Horvath Stanchich et alij Nobiles.

4-to. Patrocinium eius est Sancti Cosmae et Damiani MM.

5-to. Dotem nullam habet excepta Eleëmosyna.

6-to. Exercitium Catholicum Graeci Ritus viget.

7-timo. DD. Terrestres, qui in puncto 3-tio, et praeter illos etiam Nobiles Sváby.

180. 8-vo. Loci Parochus Joannes Ihumensky, qui in Lipnik, cuius Proventus est Deputatum exiguum ex utroque Pago, vix importans fl. 80.

9-no. Schola non datur, Ludi Magister servit Lipnikensis.

10-mo. Altare vnum SS. Cosmae, et Damiano dicatum. Campanae 2.

11-mo. De Indulgentijs non scitur an fuerint aliquando.

12-mo. Decimam manipularem nullus percipit, sed Cubularem in Avena percipiunt DD. Terrestres in praejudicium Parochi.

13-tio. Animae Cath. Ritus Graeci 212.

Decimae Parochiae Oszturnya.

1-mo. Templum Ligneum in statu commodo.

2-do. Extructum per Scultetum Kanyak.

3-tio. Patrocinium eius est S. Michaëlis Archangeli.

4-to. Jus Patronatus praetendunt Nobiles Franciscus Görgöy, Adamus Kubiny, et N. Zmeskal.

5-to. Dotem nullam habet.

6-to. Exercitium viget Catholicum Ritus Graeci.

7-timo. DD. Terrestres ijdem qui in puncto 4-to.

8-vo. Parochus Loci Joannes Hundermarsky, cuius Proventus est Deputatum importans Cubulos Avenae 80.

181. ex quibus etiam Rectorem debet intertenere.

9-no. Habetur Schola et Ludi Magister.

10-mo. Altare vnum S. Michaëli Archangelo dicatum.

11-mo. Indulgentiae habentur in Festo Patrocinij.

12-mo. Decima nulla datur.

13-tio. Animae Cath. Ritus Graeci 600.

Agros olim ad Parochiam spectantes occupavit Joannes Máriásy a quibus Annum censum constituit cum injuria Parochi.

182. (pagina vacua.)

183. Numerus Animarum in hac Visitatione comprehensarum.

	Animae		
	Catholicae	Catholicae Ritus Graeci	Acatholicae
1-mae Parochiae Ecclesiae Collegiatae Pagorum ad eandem spectantium Pavlan — — —	38	21	—
Lucska — — — — —	94	—	—
Almas — — — — —	124	—	4
Nemesan — — — — —	124	—	—
Kolcsva — — — — —	92	—	—
Baldocz — — — — —	45	—	—
Buglocz — — — — —	55	—	—
Hinczocz — — — — —	31	—	—
Kathum (sic) — — — —	70	—	—
Kolbach — — — — —	124	—	—
2-dae Parochiae Civitatis Levchoviensis — — — — —	309	101	3500
Filialium Ulosa et Zavada —	59	50	145
Filialis Hradisko — — —	15	—	22
„ Lengvarth — — —	30	9	60
3-tiae Parochiae Civitatis Kesmark	648	—	2171
Filialis Rokus — — — —	69	—	162
„ Forberg — — —	47	—	191
„ Kis-Szalok — — —	160	—	49
184. „ Nerer seu Starska —	—	—	—
„ Keres-Falva (sic) — —	120	—	103

	Animae		
	Catholicae	Catholicae Ritus Graeci	Acatholicae
4-tae Parochiae Oppidi Várallya —	1252	12	820
5-tae „ „ Olaszi —	560	90	847
Filialis Kolunocz — — —	—	—	—
6-tae Parochiae Oppidi Neocomiensis	300	—	5000
7-mae „ „ Rusquinocz	14	—	600
8-vae „ „ Lajbicz —	47	—	2000
Filialis Majerky — — —	—	—	—
9-ae Parochiae Oppidi Villae Durandi	15	—	215
10-ae „ „ „ Menardi	10	—	468
11-ae „ „ Strasa — —	5	—	500
12-ae „ „ Poprad —	3	—	1000
13-ae „ „ Montis S. Georgij — — — — —	74	—	754
14-ae Parochiae Oppidi Matthaei Villae — — — — — —	26	—	239
15-ae Parochiae Oppidi Felka —	15	—	606
16-ae „ „ Bela —	120	—	1448
17-ae „ „ Vagendrisel	6	—	1160
18-ae „ „ Svedlér —	45	—	1409
19-ae „ „ Remete —	10	18	1000
20-ae „ „ Szomolnok	507	—	1490
21-ae „ „ Stosz —	40	—	760
22-ae „ „ Gölnicz	30	—	160
185. Filialium Koiso et Zacharocz	50	120	3
23-ae Parochiae Jekelfalva et Filialium Margitfalva et Folkmár	44	80	187
24-ae Parochiae Klukno et Filialis Richno — — — —	243	—	215
25-ae Parochiae Oppidi Krompach	84	—	168
26-ae „ Slatvina et Filialis Vojkocz — — —	70	—	16

	Animae		
	Catholicae	Catholicae Ritus Graeci	Acatholicae
27-ae Parochiae Sigra — — —	90	—	—
Arcis Scepusiensis — — —			
Allodij Arcensis — — —			
Filialis Dubravà — — —	102	—	—
„ Petrocz — — —	142	—	29
„ Olsavka — — —	110	—	—
28-ae Parochiae Polyanka — —	129	—	—
Filialis Felső-Szalók — —	40	—	200
„ Harakocz — — —	40	—	—
„ Korotnok — — —	59	—	—
29-ae Parochiae Mind-Szent — —	1302	—	—
Filialis Ragyocz — — —	215	—	—
„ Pongraczfalva — —	77	—	—
30-ae Parochiae superioris Répás	267	62	62
186. Filialis Brutocz — —	241	—	2
31-ae Parochiae Oppidi Vilbach —	105	—	6
Filialis Olczno — — — —	100	—	3
32-ae Parochiae Körtvelyes — —	157	—	8
Filialis Vitkocz — — —	100	—	—
„ Haraszt — — —	48	—	90
33-ae Parochiae Jamnik — — —	204	—	14
Filialis antea Oppidi Odorin —	124	—	38
„ Dienesfalva — — —	65	—	21
34-ae Parochiae Markusfalva —	80	—	220
Filialis Teplicska — — —	39	50	28
„ Matthaeifalva — —	21	—	40
35-ae Parochiae Görgő — — —	380	—	216
Filialis Damianfalva — —	152	—	8
36-ae Parochiae Oppidi Harikocz	22	—	185
37-ae „ „ Smisan —	34	—	40
Filialis „ Illésfalva	20	—	24

	Animae		
	Catholicae	Catholicae Ritus Graeci	Acatholicae
Filialis Kuriman — — —	24	—	9
38-ae Parochiae Oppidi Quintifori	107	—	194
Filialis Makalfalva (sic) — —	82	—	22
„ Csencsicz — — —	60	—	7
„ Dravecz — — —	234	—	120
39-ae Parochiae Lethanfalva —	418	—	—
187. Filialis Thamásfalva —	129	—	—
„ Arnoldfalva —	56	—	1
„ Jánocz — —	106	—	—
„ Hadusfalva — —	88	—	10
40-ae Parochiae Oppidi Káposztafalva	101	—	237
41-ae „ Schavnik — —	222	—	152
Filialis Hranovnicza — —	118	—	272
42-ae Parochiae Kubach — —	167	—	154
Filialis Kravian — — —	103	—	87
„ Vikartocz — — —	192	—	102
43-ae Parochiae Vidernik — —	26	—	42
Filialis antea Parochiae Bethlehenfalva — — — —	166	—	78
44-ae Parochiae Farkasfalva — —	106	—	46
Filialis Leukofalva — — —	52	—	17
„ Abrahamfalva, alias Parochiae per se, et Filialis Pikfalva — — —	51	—	55
45-ae Parochiae Svabocz — —	64	—	42
Filialis Szent-András — —	149	—	65
46-ae Parochiae Ganocz, et Filialis Hozelecz et Filicz —	104	—	205
47-ae Parochiae Teplicza — —	60	—	400
188. 48-ae Parochiae Luchivna —	12	—	85
Filialis Mengusfalva — —	26	—	88
Filialium Sonava, et Stola —	34	—	137

	Animae		
	Catholicae	Catholicae Ritus Graeci	Acatholicae
49-ae Parochiae Stirba — — —	14	—	175
Filialis Vazsecz — — —	12	—	160
50-ae Parochiae Batisfalva — —	40	—	299
Possessionis Gerlakfalva (sic) —	11	—	126
„ O-Leszna — —	10	—	72
51-ae Parochiae Oppidi Nagy-Szalok	11	—	273
Filialis Ujleszna — — —	4	—	173
52-ae Parochiae Oppidi Millenbach	11	—	134
53-ae Parochiae Hunsdorf — —	112	—	368
Filialis antea per se Parochiae Kaskas-Lomnicz — — —	170	—	522
54-ae Parochiae Oppidi Zakocz —	12	—	116
55-ae „ Bussocz — —	70	—	214
Filialis Maldur — — — —	13	—	290
56-ae Parochiae Toporcz — —	250	—	300
57-ae Parochiae Hollomnicz — —	23	39	353
Filialis Kislomnicz — — —	25	30	64
„ Gurske — — — —	27	31	64
„ Kolacsko — — —			
58-ae Parochiae Viborna — —	73	—	171
189. 59-ae Parochiae Totfalva —	301	6	640
Filialis Krig — — — —	117	6	156
60-ae Parochiae Lendak — —	140	—	8
Filialis Zdjar — — — —	115	—	—
61-ae Parochiae Richvald — —	500	—	—
Filialium Haligocz et Relov	490	—	—
62-ae Parochiae Lechnicz — —	332	—	—
Filialis Lesnicz — — — —	292	—	1
63-ae Parochiae O-Falu — — —	487	—	—
Filialium Frankova et Frankovka	231	—	—
64-ae Parochiae Mattyas-Falva —	450	—	—

	Animae		
	Catholicae	Catholicae Ritus Graeci	Acatholicae
Filialis Gibel — — — —	199	—	—
65-ae Parochiae Hanus-Falva —	320	—	—
Filialis Jezersko — — —	52	—	—
66-ae Parochiae Nedecza — —	578	—	—
Arcis Nedeczensis — — —			
67-ae Parochiae Kaczvink — —	836	—	—
68-ae „ Also-Labs — —	374	—	—
69-ae „ Felső-Labs — —	1165	—	—
Filialis Jurgov — — — —	214	—	—
70-ae Parochiae Krempach — —	200	—	—
Filialis Uj-Béla — — — —	250	—	—
71-ae Parochiae Fridman — —	815	—	1
190. Filialis Tribs — — —	—	—	—
„ Durstajn — —	—	—	—
72-ae Parochiae Porács — — —	—	150	156
73-ae „ Zavadka — —	—	300	—
74-ae „ Helczmanocz — —	—	112	—
75-ae „ Slovenka — —	—	190	5
76-ae „ Olsavicza — —	—	348	3
Filialis Podprocs — — —	—		
77-ae Parochiae Also-Répás — —	—	464	—
78-ae „ Torisza — —	—		
79-ae „ Hundermark — —	—	348	—
80-ae „ Lipnik — — —	—	330	—
Filialis Folvark — — —	—	212	—
81-ae Parochiae Oszturnya — —	—	600	—

Anno 1702. Idem Praepositus dum aliam

Visitationem instituisset, et jam duos Districtus visitando absolvisset, mota est rebellio Francisci Rákóczy, qui memoratum Praepositum (eo quod in eius Conspirationem, et rebellionem consentire noluerit) post longum arestum misit in exilium. Quo abeunte rebellionis Auctor; volens arma sua per Haereticos fortificare, plurimas Ecclesias Catholicas in Regno Hungariae eis tradidit. In Comitatu autem Scepusiensi Praeposito eiusdem Terrae subjectos, juxta specificationem sequentem.

Parochialem Ecclesiam S. Jacobi Majoris in Libera, et Regia Civitate Leuchoviensi.

Filialem Ecclesiam B. M. V. Dolorosae in Possessione Ulosa.

Filialem S. Annae in Possessione Zavada.

Parochialem Ecclesiam S. Crucis in Libera, et Regia Civitate Késmárk.

Filialem B. M. V. in Possessione Rokus.

Filialem B. M. V. in „ Forberg.

Filialem S. Michaëlis Arch. in Possessione Kis-Szalok.

Filialem (cuius Patrocinium non scitur) in Possessione Nerer.

Filialem S. Crucis in Possessione Keresztfalva.

Parochialem S. Spiritus in Oppido Vagendrisel.

Parochialem S. Margaritae V. M. in Oppido Svedlér.

„ S. Crucis in Oppido Remete.

„ S. Catharinae V. M. in Oppido Somolnok.

Parochialem Omnium Sanctorum in Oppido Stos.

„ B. M. V. in Oppido Gölnicz.

„ Sancti Pauli Prími Eremitae, et Antonij Abbatis in Possessione Jekelfalva.

Filialem S. Margaritae V. M. in Possessione Margitfalva.

Filialem S. Remigij in Possessione Folkmár.

Parochialem (huius Patrocinium non scitur) in Poss. Klukno.

Filialem B. M. V. in Possessione Richno.

Parochialem S. Joannis Evangel. in Oppido Krompach.

Filialem S. Michaëlis Arch. in Possessione Felső-Szalok.

Parochialem S. Catharinae V. M. in Possessione Körtvéles.

Parochialem B. M. V. Assumptae in Possessione Markusfalva.

Filialem S. Mariae Magdalenae in Possessione Teplicska.

Filialem S. Matthaei Apost. et Evangel. in Poss. Matthaeifalva.

Parochialem S. Joannis Baptistae in Oppido Harikocz.

Parochialem S. Ursulae in Oppido Smisan.

Filialem S. Nicolai Episcopi in Oppido Illésfalva.

Filialem S. Antonij Abbatis in Oppido Dravecz.

Parochialem S. Laurentij M. in Op. Kaposztafalva.

Parochialem B. M. V. Natae in Poss. Schavnik.
Filialem S. Martini Episcopi in Poss. Hranovnicza.
Parochialem S. Michaëlis Arch. in Poss. Kubach.
Filialem S. Elisabethae Viduae in Poss. Kravjan.
Filialem S. Martini Episcopi in Poss. Vikartocz.
Parochialem SS. Simonis et Judae in Possess. Vidernik.
Filialem S. Michaëlis Arch. in Poss. Bethlenfalva.
Parochialem S. Pauli Apostoli in Possessione Farkasfalva.
Filialem S. Catharinae V. M. in Poss. Leukofalva.
„ SS. Simonis et Judae in Possessione Abrahamfalva.
Filialem SS. Simonis et Judae in Poss. Pikfalva.
Parochialem SS. Philippi et Jacobi in Possessione Svabocz.
Filialem S. Andreae Apostoli in Possessione Szent-Andras.
Parochialem S. Michaëlis Arch. in Poss. Ganocz.
Filialem S. Martini Episcopi in Poss. Hozelecz.
Parochialem SS. Trinitatis in Possess. Teplicza.
Parochialem SS. Petri et Pauli in Poss. Lucsivna.
Filialem S. Thomae Apostoli in Possessione Mengusfalva.
Parochialem S. Mariae Magdalenae in Possessione Stirba.
Filialem SS. Trium Regum in Possessione Vasecz.
Parochialem S. Joannis Baptistae in Possessione Batisfalva.
Parochialem S. Martini Episcopi in Possessione Gerlakfalva.
Parochialem SS, Petri et Pauli in Poss. Olesna.

Parochialem S. Andreae Apostoli in Oppido Nagy-Szalok.
Filialem B. M. V. Annuntiatae in Possessione Ujlesna.
Parochialem S. Margaritae V. M. in Oppido Millenbach.
Parochialem Omnium Sanctorum in Possessione Hunsdorff.
Filialem S. Catharinae V. M. in Possessione Kakas-Lomnicz.
Parochialem S. Nicolai in Oppido Zakocz.
Filialem S. Martini in Possessione Maldur.
Parochialem SS. Philippi et Jacobi in Possessione Toporcz.
Parochialem (cuius Patrocinium non scitur) in Poss. Hollomnicz.
Filialem B. M. V. in Possessione Kiss-Lomnicz.
Filialem S. Georgij M. in Possessione Gurske.
Parochialem S. Ursulae in Possessione Viborna.
Parochialem B. M. V. Purificatae in Possessione Totfalva.
Filialem S. Catharinae V. M. in Possessione Krig.
Parochialem S. Demetrij M. in Possess. Porács.
Filialem S. Martini Ep. in Possessione Petrocz.

SACRA CANONICA VISITATIO

ET

STATUTA

VENERABILIS CAPITULI CATHEDRALIS ECCLÆ

SCEPUSIENSIS

PER

Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Joannem e Comitibus de Réva, Perpetuum in Szklabina et Blatnitza, Inclyti Comitatus Thurocziensis Perpetuum Comitem, Episcopum Scepusiensem, peracta, condita, et edita.

Die XXI. Mensis Decembris.

Anno Domini MDCCXCVI.

IOANNES,

Miseratione Divina Episcopus Scepusiensis e Comitibus de Réva Perpetuus in Szklabina et Blatnitza, Inclyti Comitatus Thurocziensis Perpetuus Comes etc.

Ad futuram rei memoriam.

Posteaquam piae memoriae Antecessore Nostro Carolo de Salbeck Episcopo Scepusiensi, rebus humanis exempto ac dein tribus annis viduata Sede existente, tandem Sanctae huius Scepusiensis Ecclesiae Solium, die 20-a Mensis Augusti, Anni 1788-i Divino Auspicio et Gratia Sedis Apostolicae Conscendissemus, Episcopalis Solicitudinis Nostrae Principium fuit, ab Ecclesia Cathedrali reliquarum utpote Matre, et a D. Capitulo utpote Clero digniore Curas Nostras ordiri, itaque ad Dei Summi Gloriam, Ecclesiae huius laetiora incrementa, Decusque, et Ordinem Capituli, invocato Spiritus Sancti Lumine, Ecclesiae sub honore Sancti Martini fundatae atque Capitulo nostro Visitationem Canonicam indiximus, uti sequitur:

Venerabilibus Fratribus et Filiis in Christo Charissimis, Cathedralis Ecclesiae Nostrae Scepusiensis Capitulo, Praeposito, Caeterisque Dignitatibus et Canonicis in Domino Salutem, et Paternam Benedictionem.

Posteaquam Omnipotentis Dei Consilio, Cuius Judicia sunt inscrutabilia, nuper ad Almae huius Cathedralis Ecclesiae Scepusiensis Sedem evecti sumus, incessanter maiora Divinae Gloriae incrementa, verum vestrum Decus Oviumque nostrae Curae Creditarum Salutem meditabamur: ut qui undequaque indigni, miseratione Divina Pastorum Principis Jesu Christi in hac gubernatione vices gerimus, Pastorali muneri nostro pro viribus satisfacturi, magno illo die non Condemnati, sed Coronari mereamur: Praecipuo huic fini, dum omnia media tota mentis contentione expendissemus, summum illud, et efficax esse deprehendimus, quod ab universis Conciliis et Sacris Canonibus, Spiritu Sancto dictante Conditis, et omnium Saeculorum Veneratione Consecratis, a Maioribus nostris inculcatum, ac severissime praescriptum est Visitationem nempe Canonicam. Cum itaque tantis vestigiis insistere, non solum tutum et salutare, sed et ab illis deflectere aberrare sit, implorato Spiritus Sancti Lumine, hanc in Provincia Nostra aggredi decrevimus. Sed quia Apostolus

2. ordinate nos omnia facere praecipit, ordini quoque nos Consentaneum facturos arbitrabamur. Si sollicitudinis nostrae initia in exploratione Cleri dignioris collocemus. Vos etenim teste Sancto Ignatio Martyre, Consistorium Sacrum, Consiliari et Assesores Episcopi estis; Vos ergo estis in Clero Proceres, vos Optimates, qui sicut gradu et honore aliis praesidetis,

ita omnium virtutum apparatu oportet, ut praestetis; Quare Cathedralis Ecclesiae Nostrae Cononicam Visitationem in diem 4-am affuturi Anni 1790 et Mensis Januarii indicimus et determinamus.

Idcirco Dilectionibus Vestris in virtute Sanctae obedientiae praecipimus et mandamus, ut ad diem praefixum, omnes huius Ecclesiae dignitates et Canonici qualescunque Beneficiati et Ministri Clerici et Laici visitatione huic assistant, de suis Dignitatibus Canonicatibus Praebendis et Officiis, quae in eadem Ecclesia obtinent, de rerum Titulis, Proventibus, Operibus et sui muneris implemento Rationem Nobis reddituri. Quodsi autem aliqui legitime impediti fuerint, absentiae suae Causas Scripto fidedigne nobis exponant, et nihilominus idoneum suum Plenipotentiarium, de requisitis instructum deputent, qui pro eis respondere queat.

Labor hic ut tanto reddatur facilior, totam Propositi Nostri materiam in suos digessimus paragraphos et eum in finem huic Decreto adnectimus, ut invocato Sancti Spiritus auxilio, quidquid ad plenam circumstantialem, suis documentis munitam informationem necessarium est, etiam interea conquirere, nobisque de singulis genuine conscentiose pleneque respondere possint. Quoniam porro suscepti a nobis huius Sancti Propositi finis unicus est Dei omnipotentis Gloriam et Sanctae huius Ecclesiae Spiritualem aeque ac temporalem felicitatem, quantum in Domino possumus, adurgere, huius autem Ecclesiae Sponsae Nostrae Status et adiuncta Dilectionibus Vestris sunt perspicatia enixissime hortamur et monemur, ut attente exploratis Sacris Canonibus et piissimis Maiorum Nostrorum Institutis, peculiaribus item huius Ecclesiae

Legibus Statutis propter zelum Domus et propriam uniuscuiusque Salutem diligenter omnino expendant. Nobisque singilatim scripto soli usui nostro servituro libere indicent, quidquid ad Decorem Domus Dei ad instaurandam Divini servitii Maiestatem et Pietatem, ad vitae morumque disciplinam Vocationi suae consentaneam, ad pacem, unitatem, et Charitatem conciliandam, ad Jurgia et Inimicitias, si quae forent sedandas, ad vindicanda et in meliori ordine ac administratione

3. collocanda Capituli, ac Dignitatum aliorumque Officiorum Jura, denique ad abusus excessus et quosvis defectus corrigendos laudabilesque ordines inducendos, pertinere in Domino iudicaverint. Demum quoniam Ssmus Dnus Noster Ecclesiam Dei nunc gubernans Papa Pius VI. omnibus utriusque Sexus Fidelibus vere poenitentibus et confessis ac Sacra Cumunione refectis, qui tempore, quo prima vice Ecclesiam nostram Canonice visitaverimus, Eandem Ecclesiam Nostram visitaverint et ibi pro Christianorum Principum Concordia, Haeresum extirpatione ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces fuderint, plenam omnium peccatorum Indulgentiam misericorditer concessit. Volumus Dilectiones Vestras huius Spiritualis Thesauri participes fieri atque, ut reliqui fideles participes fiant. Eandem Indulgentiam a Verbi Dei Praeconibus pro initio Visitationis Nostrae publicari et Populum Fidelem instrui atque invitari faciemus. Dabanms in Castro nostro Schavnik die prima Novembris Anno Dni millesimo septingentesimo nonagesimo Joannes Episcopus Scepusiensis, Comes de Réva m. p. Ad gratiosum suae Illustritatis

Eppalis Mandatum Michaël Fron, Secretarius Ecclesiasticus m. p.

Puncta de quibus Nobis Capitulum Nostrum Scepusiense respondere tenebitur.

§. I.

De Ecclesia.

1-o. Quando, per quem, sub quo Titulo fundata est Ecclesia Nostra Scepusiensis? An et quibus peculiaribus Privilegiis, Praerogativis et a quo decorata? An Consecrata, quando, per quem?

2-o. An ex primaeva aut posteriore, cuius, et quali Fundatione, Legato, Statuto quopiam, vel Spontanea Beneficatorum collatione exstet aliquis Fundus pure ad Fabricam Ecclesiae huius

4. deputatus? Quis, quantus, an in realitatibus aut summis Capitalibus? Per quem et quomodo administretur? Cuius Auctoritate et assignatione erogatur? Cui rationes annuae reddandur? Si habet realitates conscribantur, si Summas Capitales, scripto exhibeantur, apud quem existent, ubi et apud quem, a quo tempore et quantum census hereat. Annon ex summis Capitalibus quidpiam per negligentiam incuriam et cuius facto, quantum et ubi deperditum?

3-o An, quis, unde et quantus Fundus, pro Sacra Ecclesiae Supellectivi comparanda? sarcienda? Quis item Fundus pro Candelis, Lampadibus, Thure, Vino?

Paretur accuratum Inventarium totius Sacrae Supellectilis ad Ecclesiam Cathedralem spectantis.

4-o. Quidquid praeterea in Gazophilatio Ecclesiae asservatur, perinde penes accuratum Inventarium et frustrorum descriptionem exhibeatur?

5-to. Quis tam Gazophilacei, quam et Sacrae Supellectilis munde et decenter conservandae curam gerit?

6-to. An et quales Reliquiae, ubi, et quomodo asserventur? An adsint eorum Authenticae, producantur?

7-o. Habet-ne Organum? an et quot, et quanti ponderis Campanas? An benedictas?

8-[illegible] ad quales titulos habet erecta Altaria? An omnia decenti et sufficienti apparatu instructa? An consecrata, aut Portatilibus rite provisa?

9-o. In quo Altari asservatur Sanctissimum? An cum Lumine perpetuo? Quoties et a quo species renovantur?

10-mo. An non alicui Capellae vel Altari adnexa sit fundatio? per quem et quando fundata? qui eius redditus? An in Realitatibus, aut summis Capitalibus? Apud quem elocati? quae Obligatio? An et per quem satisfit menti Fundatoris?

11-mo. An non sint, aut olim fuerint huic Ecclesiae adnexa quaepiam Beneficia, Altaria, Capellae, cum peculiari et quanta, ac quali fundatione? Quis nunc horum status et administratio?

5. 12-o. Habetne fontem Baptismalem? Quoties, per quem et quando renovatum?

13-o. Dignitates Canonicatusque huius Capituli, eorumque familiares cui subsint, olimve subiecti fuerint quoad actus Jurisdictionis Parochialis?

14-o. An Ecclesia habeat aliquas Indulgentias? Producantur?

15-o. An non aliqua intra, vel extra ambitum Capituli nostri Ecclesia, aut Capella fuerit, vel sit hactenus sub curatela Capituli Cathedralis? Quae illa? Ubi sita, quis eius Fundator? Quae supellex? Quae Dos? Quis Fundus? Qui reditus? per quem tam ipsa Ecclesia, vel Capella, quam eius reditus et quomodo administratur?

16-o. An non habuerit, aut habeat hactenus sub cura sua Capitulum Xenodochia, Hospitalia, aut alia qualiacunque pia Loca? ubi illa sita? Quis Fundator? qui, quales, quanti reditus, quis eorum Curator?

17-o. An et quales Fundationes et Legata administret Capitulum, haec omnia in originalibus Documentis exhibeat.

§. II.

De Offiicio Divino.

1-o. An in Ecclesia Cathedrali quotidie cantetur Missa Conventualis? per quem? qua hora? pro quo applicetur? Cum quali ministrorum assistentia? qualis sub ea adhibetur Cantus aut Musica? Si rubrica poscat Missas plures absolvanturne omnes, per quem, quando?

2-o. An inter Dignitates et Canonicos sit Ordo secundum quem Missam Conventualem saltem Domi-

nicis et Festis soleant decantare? qualis, quando et per quem introductus? Quis cursum Missarum hebdomadalem soleat elaborare? An iste Ordo publice in Sacristia affigatur?

3-o. Praeter Missam Conventualem an etiam ex privatis

Fundationibus, aut Legatis incumbant Capitulo, seu terminatis Membris eius aliquae Missae, annue, menstrue, hebdomadatim celebrandae? Quot et quales? producantur circa singulas etiam votivas Instrumenta, ex quibus pateat mens Fundatoris; eae vero singulae per quos? ubi? quibus diebus et horis, et an cantando vel legendo celebrentur?

4-o. Estne in Sacristia pendens Tabella omnium Missarum Capitulo, vel certis eius membris incumbentium, an etiam exstet Liber, in quem celebrantes quotidie inscribant, quas Obligationes celebrando expleverint.

5-o. An Canonici absolvant Missas, quae ex recepta Dioecesium Consuetudine, pro Fratribus Defunctis sunt celebrandae? An Capitulum celebret aniversarium Consecrationis Episcopi?

6-o. An Capitulum peragat etiam reliquas Devotiones, Supplicationes, Ceremonias, quae ex communibus Rubricis puta in Festo Sancti Marci, Purificationis, Dominica Palmarum sunt absolvendae?

7-o. An, ubi, quando intersit Capitulum praedicationi Verbi Domini? An item Munus praedicandi non sit annexum Canonicis ex statuto, vel Fundatione? per quem et a quo stipendio, quibus temporibus diebus et horis praedicatur in Cathedrali Ecclesia Verbum Dei?

8-o. An in Cathedrali absolvantur quotidie omnes Officii Diurni horae Canonicae, una cum Officio Defunctorum? Psalmis Gradualibus et Poenitentialibus, quando hac a rubricis praescribuntur et haec omnia cantandone, vel legendo? in quali Cantu? Item an reverenter sine festinatione et cum pausis ad astericos? quo tempore? quibus horis? Cuius Officii est his rebus intendere? Daturne ad horas Canonicas et ad Missam Conventualem signum Campanae?

9-o. An adsint in Choro Libri Graduales? An in Sacristia servetur silentium et mundities? an in Choro non colloquantur et confabulentur?

10-o. An omnes Dignitates et Canonici intersint omnibus horis Canonicis, an saltem aliqui? Qui et quibus?

7. 11-o. Qui, quales et quot praeter Dignitates et Canonicos adhibentur constanter ad decantandas horas? Quae illorum et per quem fuerit Fundatio? doceatur, an hi quoque omnes talari veste et Superpelliceo sint amicti?

12-o. An pro Missa Conventuali et horis Canonicis omnibus, vel aliquibus statutae sint quotidianae Distributiones?

13-o. An non Sacerdotes vagi, peregrini et ignoti sine Testimonialibus, absque Licentia Ordinarii sic Missam celebrent?

§. III.

De Dignitatibus et Canonicis.

1-o. Fuit Catalogus Dignitatum et Canonicatum in hac Ecclesia vegentium et Personarum eas tenentium, iuxta Ordinem, quem tenent in Stallo, cum descrip[illegible]ne Personarum, quis, cuius aetatis? unde ortus? quarum [illegible]uarum? Ubi absolvit studia et quae? quot annis et ubi fuit in Cura animarum? quot annis in hac Ecclesia Cathedrali serviat, quae munia in ea gerat?

2-o. An non sit aliqua Dignitas, Canonicatus, aut Praebenda suppressa? Quando? A quo tempore? Cuius auctoritate, quis et quantos fructus eiusdem annue percipiat?

3-o. Recenseantur omnium dignitatum, Altariarum et Beneficiorum Praerogativae Officia, Obligationes, tam antiquae, quam etiam nunc usitate; antiquae quando et cur desierint observari.

4-o. Quis Canonicatus, Dignitates, Altarias et Beneficia conferat? Producant Instrumenta suae Provisionis?

5-o. An provisi emittant Professionem Fidei eorum Episcopo primum, vel eius Vicario? deinde coram Capitulo? et an etiam aliquod Juramentum et quae eius Forma?

6-o. Per quem et qua Forma solent in realem possessionem introduci.

7-o. An sit erecta praebenda Theologialis, Poenitentialis? An non accesserint huic Capitulo nostro Dignitates quaepiam a tempore eo, quo Ecclesia nostra in Cathedralem erecta est? per quem fundatae? qualibus et quantis emolumentis praevisae?

8. 8-o. An et quae sint in Capitulo officia, quae libera Capituli electione conferri solent? quod ciusvis munus, quam diuturnum? electio talismodi quando fieri soleat?

9-o. An, quis et quae actu teneat plura Beneficia compatibilia vel incompatibilia?

10-a. Qualis Residentia requiratur in Canonicis huius Capituli? Si qui ad aliquod tempus discedant, a quo soleant petere licentiam? Num et quae poenae statutae in absentes?

§. IV.

De reliquis Clericis et Laicis, Ecclesiae huic ministrantibus.

1-o. Suntne praeterea Sacerdotes aut Clerici Ecclesiae huic servientes? qui? quot? Sub quali nomine et Titulo? Quod eorum officium? Vita et mores? Quae in officio implendo singuli cura? Quae habitatio? Solutio? et unde tam illa paretur et conservetur, quam et haec praestetur? Si quae sunt eatenus Fundationes, Legata, producantur?

2-o. Suntne etiam Laici servi in Ecclesia? qui? quot? Cuius officii? quae vita eorum? et mortes? unde, et ubi habitatio? unde solutio? producantur eatenus Instrumenta?

3-o. An fuerint antea plures Ministri Ecclesiae, quot, quales, quando et cuius auctoritate sunt imminuti?

4-o. An Cathedralis ista Ecclesia habeat Domum Praeperandorum, seu Neo-Presbyterorum? Quae Fundatio? a quo facta? et an in Realitatibus, vel Capitalibus existat? Pro quot Personis?

§. V.

De Juribus et Proventibus Temporalibus Capituli.

1-o. Habentne Dignitates et Canonicatus suas Domos? Quot? per quem? quo ordine conferantur a quo sarta tecta et

9. an debite conserventur? Quis eorum conservationi invigilat?

2-o. Singulae dignitates aut Canonicatus, habentne peculiaria quaepiam Bona, seu qualescunque reditus? Quae, ubi? quando? et per quem fundata? seu adtributa? ubi adest, procuratur Instrumentum Fundationis, aut Donationis, Dispositionis. Qua ratione singuli sua iura administrent? Solent-ne locare extraneis? An et ultra triennium? Nihilne abalienatum aut deterioratum? Per quem? Qualiter? Summa proventum in pecuniam redacta, quantum quotannis circiter efficiat? Et haec omnia puncta ordine pertractentur, quoad omnes et singulas Dignitates, Canonicatus et Officia, qualescunque peculiares fructus, reditus in Capitulo habentia.

3-o. Texatur Elenchus omnium bonorum cum nominibus Possessionum integralium vel partialium, item praediorum, quae Jura Dominalia specifice in illis exerceantur? Quot Colonos numeret? Quae earundem possessionum quando? per quem? sub quo onere sit collata?

4-o. Nihilne ex veteribus Capituli Possessionibus Praediis abalienatum? Si quid edicatur quando? per quem? quomodo?

5-o. Ad Bona Capituli administranda qui, quales, ubi et quot habentur officiales? Quae stipendia? An et quam frequenter et cui reddant rationes? An et a. quo censurentur.

6-o. Quis modus in dividendis proventibus Canonicalibus? Quid, quantum detur singulis in natura? Quid, quoties, quantum circiter in pecunia? Quis elaborat Ratam singulis competentem, quis dividit, quo discrimine? an aequaliter omnibus?

7-o. Quando et per quem facta fuit Divisio Decimarum, aliorumque utilium Stallo Capituli adnexorum?

8-o. Elaboretur fidelis Elenchus Summarum Capitalium pro Missis, Anniversariis, Votivis et Altaristicis, cum expressione, que Summa? Ubi? Erga quem Censum elocata? An Census accurate solvatur? Apud quem? quantum restet? An non forte Capitalia quoque et apud quem periclitentur.

9-o. Ex Fructibus harum Summarum, ut quis participet, quaenam Conditiones requiruntur et qualis praesentia?

10-a. Quis, quanta mercede invigilet Juribus Capituli revindicandis, vel defendendis? quis activos et passivos Capituli processus promovet?

10. 11-o. Documenta Literaria Bona et Jura Capituli concernentia, ubi, an in sicco tuto loco, an in bonum Ordinem digesta et regestrata, ac extracta, provisa habeantur? sub cuius cura sunt? Habeturne liber in Conservatorio cui inscribuntur, si quae et per quem in occursuros usus ex tabulario excipiantur?

12-o. Suntne sub cura Capituli aliquae Fundationes, vel legata in aliquos et quos pios usus destinata?

Recenseantur ex ordine, quae, qualia, quanta, quantum inferentia, per quem facta, et an sub onere reddendarum et cui rationum administrantur? An pro eo et quis, quae, quantum-ne emolumenti capiat?

13-o. Dignitates et Canonicatus habent-ne onus aliquod Pensionis praestandae? quale? cui?

14-o. Habet-ne Capitulum Bibliothecam communem? An rite et tute conserventur? Exhibeatur Inventarium? An Libri Fratrum de Capitulo decedentium ei semper adiiciantur? Quis Bibliothecae curam habet? habetur-ne Liber, ubi inscribuntur nomina eorum, qui ex ea sibi quospiam extradari petunt?

§. VI.

De convocatione Capituli.

1-o. Quoties quibus diebus, per quem et quo soleat Capitulum convocari ad consulendum in commune?

2-o. In eiusmodi Conventu quis modus servatur in proponendis negotiis? Quis ordo in Votis deprimendis? Num cuivis libera sit edicendi facultas, num in pace et caritate controversiae definiuntur?

3-o. An praeter negotia temporalia tractentur ea etiam, quae ad cultum Dei in Ecclesia peragendum, ad vitam et mores Commembrorum spectant?

4-o. An extet Liber, seu Protocolum, in quem cuiuslibet Consessus Capitularis acta, Definitiones et nomina considentium referantur? An in sequenti Protocolum prioris Sessionis relegatur? Et ratio executionis praecedentium aliis, quibus iniuncta fuit, exigatur?

11. 5-o. An quotannis, quoties et quando perlegantur et inculcentur Capitulo Statuta.

§. VI.

De vita et moribus Canonicorum.

1-o. An non sit in Capitulo de vitio quodam scandaloso palam diffamatus, Lusui vetito, excessivo potui, superfluo Luxui, suspectae Conversationi deditus?

2-o. An non vigeant inter Fratres discordiae, rancores, rixae amarae, inimicitiae?

3-o. Si quid realium, aut personalium causarum inter Fratres emergat, habeturne Domi ex statuto, vel consuetudine modus eos sine provocatione ad externos iudices componendi?

4-o. An omnes deferant habitum et tonsuram Clericalem.

5-o. An non aliqui excessus irrepserint in vestitu Canonicorum.

6-o. An non in alicuius Domo, aut Familia mulier famae suspectae?

7-o. An aliqui ex Christi Patrimonio et pane pauperum nimis profusi sint in suos cognatos, affines et alios vanos usus?

8-o. An et quae cura ex statuto, vel consuetudine Fratrum, Aegrotorum, Moribundorum?

9-o. Exhibeantur acta et decreta prioris, si quae fuit visitationis, exhibeantur novissima et vetera Capituli statuta aprobata?

§. VII.

De actibus et Obligationibus Legalis fidedignitatis.

1-o. Per quos comitatus hoc Capitulum ordinarie actus Fideidignitatis exercet, quis et quo ordine ad eos exmittat?

2-o. Ubi et sub cuius Custodia servatur Capituli authenticum sigillum?

3-o. Expeditionum Sigillatio in cuius praesentia fieri

12. Sigillumque recludi soleat?

4-o. Fassiones et Relationes, quae in Capitulo fiunt, an soleant per extensum Eorum excipientibus perlegi? An item a Lectore ante subscriptionem perlegantur?

5-o. Acta publica an in loco securo, sicco et sub cuius Custodia conserventur?

6-o. Extat-ne huius Archivi accuratus Elenchus et Repertorium, quo ordine, Familiarum-ne, aut Bonorum?

7-o. Acta omnium annorum etiam proximorum, suntne in puro Protocollata et regestro inserta?

8-o. Quis, an iuris Patrii peritus et fidei integrae Capituli Notarius? quot huius Juramentum? Quae Obligatio? Quod Salarium fixum et accidentale? Quae habitatio?

9-o. Qualis Taxa soleat exigi ab Expeditionibus? producatur Schema Taxarum?

10-o. Proventus Expeditionum Capitularium inter quos, quave ratione dividantur.

Dabamus in Castro Nostro Schavnik die 1-a Novembris 1789.

Joannes Episcopus Scepusiensis Comes de Reva m. p.

Illucescente iam die 4-a Jenuarii Anni 1790. Visitationem pro hoc ipso die indictam agressi sumus. Ad Ecclesiam ex Palatio Nostro solemniter deducti Sacris ad Aram operati sumus, Spiritus Sancti gratiam suppliciter implorantes. Post hoc Absolutione defunctorum rite peracta, ad Palatium comitante Clero toto reducti cumque Capitulo Nostro considentes, Sermonem sequentem ad Fratres habuimus.

13. Venerabiles Fratres et Filii Dilectissimi.

Cathedralis huius Ecclesiae et V. Capituli Nostri Statum cum accessu nostro ad Nostram hanc Sedem Canonice visitare statuimus, ut primum tantillum a laboribus vacuum et oportunum tempus nacti fuerimus. Opus hoc arduum aliis regendae huius Dioecesis negotiis, ut ipsi scitis, adstricti, non modo absolvere sed ne inchoare quidem hucusque poteramus. Sed quoniam permulta erant, quae Nos hortarentur et urgerent, ut ne diutius cunctaremur, verendumque haberemus, ne primum et praecipuum Episcopi, uti Patrisfamilias munus aegrius forte in futurum, aut nunquam implere possimus, moram omnem abrumpere constituimus; Itaque cum iam sollicito studio Vestro ita omnia comparata et in promptu esse confidamus, ut tuto calle progredi et Deo opitulante perficere possimus; quare hodierno die ordimur Canonicam Visitationem in Eius divinissimo Nomine, qui nos visitavit oriens ex alto. Litavimus Corde et Mente Deo Nostro ad Aram, qui pro sua Immensa in Nos

Bonitate, eam nobis immeritis gubernandam tribuit Ecclesiam. Cuius olim servi fuimus, ita ut cum veritate cum Psalmista de nobis dicere possimus: Suscitavit de terra inopem et de stercore erexit pauperem, ut collocet Nos cum Principibus, cum Principibus Populi sui. Diximus nuper in Decreto Nostro, ordinem et Officii Nostri rationem eligere, ut Episcopalis sollicitudinis Nostrae initia in exploratione Cleri Nostri dignioris collocemus. Ecclesia haec prima est amplae huius Dioecesis Nostrae: Vos vero huius Ecclesiae Senatus, Vos Proceres, Vos Primates: consentaneum itaque nobis videtur, ut si quidquam, seu in ea, seu in vobis macula aut rugae, seu vetustate, seu neglectu adhaesit, tollatur. Perspiciendum ergo nobis est, ut quae secundum Sacros Canones conciliorum sancita, Maiorumque instituta, ad summi Dei Gloriam, Vestram, aliorumque salutem, exactamque disciplinam in hac Ecclesia rite servantur, subinde quoque illibata conserventur, quae vero collapsa, et ad ruinam proclivia comperimur, emendentur.

Caeterum Deus Pacis, Deus Misericordiarum, qui filium suum Unigenitum e Virgine nasci, circumcidi et a Magis perquiri voluit, Deus, inquam, Pacis et Misericordiarum,

14. qui eduxit e mortuis Pastorem magnum ovium Dominum Nostrum Jesum Christum faciat vos renasci in omne Bonum, circumcidi ab omni malo, ut perquiratis eius voluntatem et tandem educamini etiam e mortuis victuri in sempiternum cum Eo, cui est Gloria in saecula saeculorum. Amen.

Finito sermone Nostro Rssmus Dominus Praepositus Capituli, Antonius de Jazvitz nomine Capituli

nobis reposuit, quo perorante responsa sua scripto exhibuerunt, hocque modo sessione soluta discessum est.

Responsa porro sequuntur hac serie:

Anno 1789-o die 1-a Novembris Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus, Dominus Joannes Miseratione Divina Episcopus Scepusiensis e Comitibus de Réva Perpetuus in Szklabina et Blatnicza, Inclyti Comitatus Thurocziensis Perpetuus Comes, gubernante universam Ecclesiam Dei Papa Pio VI. Cathedrali Ecclesiae suae Scepusiensi Canonicam Visitationem in diem 4-am Januarii 1790-i, et pro hoc die omnibus fidelibus vere poenitentibus, confessis et Sacra communione refectis, Ecclesiam hanc visitantibus, plenariam omniùm peccatorum Indulgentiam de indultu Pontificis concedendum, speciali Decreto Capitulo Cathedralis Ecclesiae Scepusiensis indixit et determinavit; existentibus pro tunc Canonicis.

Praeposito Maiore Antonio Jazvitz qua Praeposito Infulato.

Lectore vacante.

Cantore vacante.

Custode Josepho Vitalis de Eadem.

Archidiacono Cathedrali Georgio Klobusitzky a Latere Can. Epali.

Archidiacono Arvensi Joanne Nepom. Kirschner.

Archidiacono Lyptoviensi Francisco Madotsányi.

Seniore Magistro Canonico Josepho Fabian Abbate B. M. V. de Monyorod una parocho Capitulari.

Ignatio Kratzer Abbate de Monyostor non procul a a Vámos-Györk, Magistro Canonico.

Joanne Bapt. Molnár Abbate Belae Fontis Magistro Canonico.

Carolo Hornlák Abbate B. M. V. de Curru iuxta fluvium Kőrös.

Adnexis sub octo §-phis quaesitis, quibus Capitulum hocce respondere tenetur et quidem:

§. I.

De Ecclesia.

1-mo. Quando, per quem sub quo Titulo fundata est Ecclesia Nostra Scepusiensis, an et quibus peculiaribus Privilegiis, Praerogativis et a quo decorata, an consecrata, quando, perquem?

Ad 1-am. Quamvis non constet de primaeva fundatione Ecclesiae huius quando, per quemve fundata sit, certa tamen Antecessorum nostrorum Vestigia praemendo a Veritate non deflectimus, dum in conformitate venerandae Magnae Visitationis Archi Episcopali Anno Domini 1629 peractae Petro Pázmánianae una asserrere cogimur; tempore Vastationis Tartaricae, prout ex Litteris Belae Regis tempore Mathiae Praepositi Anno Domini 1249 super possessione Almás datis constaret, universas Ecclesiae Litteras perisse. Ex antiquis tamen traditionibus creditur, primum fundatorem exstitisse S. Stephanum Regem Hungariae eundemque post certos suos hostes devictos, Fundamenta Ecclesiae huius, sub honore et Patricinio S. Martini Episcopi et Confessoris, quem peculiari devotione colebat, iecisse, colligereturque ex antiquis Litteris Ecclesiae S. Martini de monte Scepusiensi

olim vocatam esse. Hanc prius minoris molis, subsequis vero Annis adauctam esse, hanc iam Collegiatam, iam Cathedralem fuisse prout Anno 1308-o sub Pontifice Clemente Ludovicus Rex et Elisabetha Regina Hungariae eo preces fuderint; sed et Anno 1459 Bulla Pii II-i Indulgentias, qua Cathedrali huic Ecclesiae concesserit, imo et litterae fundationales sint cum titulo: Jacobus

16. Dei Gratia Episcopus Scepusiensis.

Certum praeterea: Mutatis temporibus et circumstantiis, quod Ecclesia haec Scepusiensis ad S. Martinum etiam extra casum, quo Episcopali Cathedra non fuit exornata, semper quasi Episcopalem iurisdictionem in Praepositis habuerit, qui utraque iurisdictione tam Fori-Judicalis, seu consentiosa, quam voluntaria exornabantur. Fundarunt enim Beneficia, Canonicatus, concesserunt aedificationem Capellarum et Ecclesiarum, iudicarunt causus per se, vel per suos Vicarios, cum apellatione ad Sedem Metropolitanam Strigoniensem, Synodos quoque in suo districtu servando.

Privilegia et praerogativas huius Ecclesiae eorum auxit et illud, quod Canonici huius Ecclesiae et Praepositos elegerint, prout Factum Anno 1301-o cum Praeposito Paulo et Anno 1323-o cum Joanne successore ad Archi-Episcopatum Strigoniensem translato.

Pro peculiari autem huius saeculi Privilegio et praerogativa, utpote; 1775 ad preces Piae Memoriae Augustissimae Dominae Mariae Theresiae Imperatoris et Reginae Hungariae, Ecclesiam universam feliciter gubernante Pio VI. Ecclesia haec Scepusiensis Anno 1776 per Denominationem Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Caroli de Szalbeck, ut veri et legitimi

Episcopi Scepusiensis in Cathedralem iterum evecta est, cui post 9-em annos, quibus Deo dante huic Ecclesiae laudabiliter praefuit, imperante Augustissimo Domino Josepho II-o Imperatore, sub eodem praeattacto Pontifice Anno 1784 Illustrissimus Dominus Michael L. B. de Brigido, qua actualis Liberae Regiaeque civitatis Leutschoviensis Parochus, in eodem Episcopatu non tamen in Regiminė

17. huius Ecciesiae si quidem in alteram Archi-Eppalem Labaczensem tertio mense post successit; sique Deo disponente hoc ex parocho Leutschoviensi in Episcopum Scepusiensem, et paulo post in S. R. I. Principem et Archi-Episcopum evecto, secundus respective in gubernandam hanc Cathedralem Ecclesiam Scepusiensem huius aevi Episcopus, per Eundem Augustissimum Imperatorem, ac Regem, eundemque summum R. Pontificem, in plenum Cleri, ac Gregis solamen suffectus et in festo S. Stephani Regis Hungariae 20. August. 1788 solemniter celebrato ingressu, installatus est Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Joannes e Comitibus de Réva, perpetuus in Szklabina et Blatnicza, J. Comitatus Thurocziensis Perpetuus Comes, inter millena longaevi Regiminis vota. Decorata fertur initio operis sui ex pio Legato Georgii de Palócz, Archi-Episcopi Strigoniensis, olim etiam Praepositi Scepusiensis Anno 1464. sub Praeposito Joanne Stock, quod pium legatum mille florenos auri puri effecit ad ampliandam hanc fabricam, quae ita exigua erat, ut tempore Indulgentiarum in certis festivitatibus concessarum, ipsi Officiantes ad Sacra Munia necessarii haud incedere poterant; Joannes Stock fundo quidem pro perfectione fabricae,

qualis nunc cernitur sufficiente relicto, successor eius Caspar Bak aeque Praepositus continuabat, ast fundo hoc per potestatem saecularem oblato. Hic subsidium caritativum a toto Clero expetiit, qua comparata summa Anno

18. Domini 1478. feliciter consummata, ac eodem anno per Ladislaum de Siroka Episcopum Nicopolitanum Ecclesiae Agriensis suffraganeum, in die Sanctorum Crispi et Crispiniani Martyrum solenni ritu consecrata fuit.

2-o. An ex primaeva aut posteriore, cuius et quali fundatione, Legato Statuto quopiam, vel spontanea beneficatorum collatione exstet aliquis fundus purae ad Fabricam Ecclesiae huius deputatus? Quis? quantus? An in Realitatibus, aut summis Capitalibus? per quem et quomodo administretur, cuius auctoritate et assignatione erogetur? Cui rationes annuae redantur? Si habet realitates conscribantur, si summas Capitales scripto exhibeantur, apud quem exstent? Ubi et apud quem, a quo tempore et quantus census exhaereat? An non ex summis Capitalibus quidpiam per negligentiam, incuriam et cuius facto, quantum et ubi deperditum?

Ad 2-um. De primaevo fundo ad Fabricam Ecclesiae huius deputato nihil certi referri potest, de posteriore vero sensim ex legatis demortuorumque substantiis, Praepositorum nempe et Canonicorum subinde et piorum Sacerdotum ac Parochorum, uti ante natorum Traditiones ferunt, plurimum autem ex ipso Interusurio per annos ante hac congregato et hoc iterum in augumentum Capitalis converso, nullum dubium est, quod de annis in annos prout necessitates

Ecclesiae tulerunt, iam decreverit iam adcreverit, idque e successivis singulorum annorum Custodum Canonicorum datis rationibus, per Capitulum censuratis clare elucesceret, quis et quantus Fundus existat, ex quo tum fabrica tum ad hanc appertinentia, quaecunque hactenus recurrerunt, cum consensu Capituli et Praepositorum, dein vero post particularem erectam dioecesim cum dispensatione dioecesani Episcopi, pari custodis, seu thesaurarii administratione, de tali Ecclesiae pecuniaria summa curata et accurate rationibus inserta sunt, si vineae excipiantur Liskae singula in 100 Rfnis ellocata, ex quibus interusuria singulis quoque annis collecta, communi Ecclesiae Massae inferuntur. Realitates nullas fabrica haec

19. Sacra habet. Quamvis de vinea S. Mihály in Visitatione Pázmányiana inter Responsa ad articulum 26 repertum exstet, quod vineae huius Altarialis fructus pro Fabrica Ecclesiae per Illustrissimum Cardinalem Strigoniensem Franciscum Forgács ordinatos, ulterius in Fabricam convertendos Capitulo iniunxerit Visitator; Supponimus nihilominus praedecessores nostros bona fide processisse, qui fors, ut antenati nostri loquebantur, aliquam summam Capitalem ideo Ecclesiae assignaverunt; cum aliunde non constet, unde Capitalia Ecclesiae alias accreverint; sed nec supponendum est Praepositos admissuros fuisse, ut Vinea haec ab Ecclesia absque onere aliquo deposito, vel absque onere Ecclesiae per Capitulum assumpto ad Capitulum transivisset, cumque certum sit, in omnibus Regestris Nonalibus, quae haberemus, vineam hanc positive inter vineas Capituli poni, fructusque eius inter fructus reliquarum Capituli vinearum esse

cennotatos. In reliquo et nunc nos ad fassionem excelso Consilio Lttli Regio Hungarico alioquin, authentice exhibitam provocando, qualiter summae Capitales Ecclesiae pro diversitate quoque interusuriorum deductae, et ut hic sub Litera **A.** ultimorum annorum custodiales rationes censurate testantur, ubi cuncta scripto patent, apud quos summae exstent, ubi et apud quem, a quo tempore et quantum census exhaereat aut periclitetur, Capitalibus erga minorem censum iam fundo publico

20. illatis Ecclesiam hanc tanta proventus falcidia arctari, ut ni maturior medela adinveniatur, sensim suis quoque Capitalibus propter expensas tantum inevitabiles, facile inter annos 20. penitus privaretur. Nam revisis et calculatis quinque proxime evolutorum annorum rationibus, seu a 12-a Martii anni 1784 usque eandem diem 1789 observatum est, Ecclesiam hanc praeter annum Interusurium a Summa Capitali Rfnorum 9638. Crucig. 37. nullum prorsus alium annum introitum habere, sique Ecclesia illas expensas facere debuerit, quae his praeexpositis factae sunt, neque praeter iam exiguum censum in annuas inevitabiles expensas alios proventus habuerit, qui census annuus non nisi Rfnos 510. Crucig. 38 $^1/_2$. constituit, Ecclesia omni anno partem Capitalis Summae Rfnos 345. Crucig. 56 $^1/_2$ constituentem, consummere necessitaretur. Expensae enim hacdum factae non imputato supererrogato, aut percepto et elocato Capitali singulo anno constituunt Rfnos 836. Curcig. 35. adeo ut iuxta annuas rationes in Cassa nihil prorsus remansisse, imo Rdissimum Custodem e suo supererogato fecisse, compertum sit in Rfnis 774. Crucig. 10$^1/_4$, qui quidem eo facilius

reddi possent, si Capitali Rfl. 4040 xr. 50, quod una cum censu complurium annorum, non obstante, quod mediante Fiscali saepe saepius adurgeantur debitores, non adhaereret, uti ex ratiotiniis praefatis pateret; utque expensae factae per extractum uno

21. intuitu cernantur, exponuntur hic iuxta Rationes.

Anni 1784. — — —	Rfls.	979 xr.	26.
Anni 1785. — — — —	„	1174 „	15.
Anni 1786. — — —	„	695 „	56.
Anni 1787. — — — —	„	771 „	—
Anni 1688. — — —	„	662 „	17.
Per elapsos 5 annos	Rfls.	4282 xr.	54.

Quae expensae ut supra notatum est, si in singulos annos aequaliter dividantur, efficerent pro Anno Rflnos 856 xr. 35.

Praeterea vel maxime ratio habenda est annuarum inevitabilium Cathedralis huius Ecclesiae expensarum, utpote

	Rfl.	xr.
Salarii Capellanalis pars — — —	25	—
Musicorum 4. — — — — —	198	—
Iisdem invicem venit pro Votivo in Novembri — — — — — — —	5	—
Discantistis duobus — — — —	22	30
Pro chordis ad Fides — — —	2	—
Sacristae pro horologii attractione —	9	30
Eidem pro Lotione Lineae suppellectilis — — — — — — —	20	—
Pueris per annum ministrantibus —	25	—
Calcantistae — — — — — —	1	33

Calefactori Sacristiae — — —	Rfl.	3	xr.	—
Mendicis in Xenodochio Almás Ecclesiae servientibus — — —	„	37	„	36
Pro Oleo ad Lampadem, Spintris et aliis minutiis circiter — — —	„	50	„	—
Pro cera in tanta caristia adminus	„	150	„	—
Vitriario pro reparandis fenestris non ad excessum — — — —	„	9	„	—
Pro vino ad Missas circiter —	„	30	„	—
Restante adhuc Centesimalitate non exposita ratiotinantis summa haec exurgit in — — — — — —	„	588	„	9

22. Quae singula pro innato sapiente iudicio Illmi ac Rdssmi Domini Praelati canonicae sponsam suam visitantis, demisse in ferendam medelam ob oculos ponuntur.

Et licet ob tot annorum Restantias, apud eos, de quibus Ratiotinium cantat, Summa Rflnos 4040 xr. 50 omnino periclitetur, ita ut iam cum maxima difficultate integrum cum suo censu rehaberi censentur. Nullius tamen de gremio directo facto, negligentiae, incuriaeve etsi Deo permittente reipsa perierit, adscribendum fore iudicamus.

3-o. An? quis? unde? et quantus Fundus pro Sacra Suppellectili comparanda, sarcienda? Quis item Fundus pro Candelis, Lampadibus, Thure, Vino? Paretur accuratum Inventarium totius Sacrae Supellectilis ad Ecclesiam Cathedralem spectantis?

Ad 3-um. An, qualis, quantus et unde Fundus pro Suppellectili Sacra Ecclesiae huius, item pro Candelis, Thure exstet de his in praecedaneo puncto responsum est, quod ea omnia, tam quae ad Fabricam hanc, sive ab extra, sive interne conservandam, sive ad Ornamenta, sive demum ad quaecunque huic Ecclesiae necessaria, idem censualis Fundus subinde necessitate ferente Capitalium pars ea praestare debeat. Vinum quod concernit, de huius praestatione, ac tribuendi modo frequentiores iam intervenere mutationes: antehac unum vas ex vinea, quam Patres Paulini Kezmarkienses Liszkae tenebant, et ab hac illud in locum arendatitiae nonae dabant, quod quidem alternatim, uno anno subditi Praepositurales, altero anno subditi Capituli evexerunt; item praeterea singulo anno Capitulum vasculum unum vini ex communi Divisione Custodi, qui ex hoc et ex priore vase vinum pro Missae Sacrificiis administrari fecit, dum autem ordo Praepositum contigit, qui in Praebendam Praeposituralem Lethanensem.

23. Decimam habuit, cum medio Lethon, ac ideo Capellanum unum solvere solebat, quem tamen Praedecessor Episcopus intertenere renuit, pro illis diebus ex cellario eiusdem subministrabatur. Post hac Custos Capituli administratum de sua Cella vinaria vinum competente pretio rationibus annuis inseruit. Inventarium autem totius Sacrae Suppellectilis ad Ecclesiam hanc spectantis adest sub Littera: B.

B.

4-o- Quidquid praeterea in Gazophilaceo Ecclesiae asservatur, perinde penes accuratum Inventarium et frustorum descriptionem exhibeatur.

Ad 4-um. Obsequiose sub Inventario Litterae B. exhibetur. Cum ad Gazophilaceum, et talium frustorum descriptionem Pretiosa et Clenodia pertineant, de his quod antenati specialiter nararunt, referre placet: Quamdam Turrim vulgo rubram vocatam ex Collatione Regis Sigismundi habuiesse Ecclesiam Scepusiensem in Castro Scepusiensi, in quo tempore disturbiorum Clenodia, Protocolla et Apparatus Ecclesiae asservari deberent, superqua Donatione pura, etiam exstaret Statutio. Ex Litteris autem antiquis Belae Regis Anno 1249, Caroli autem Regis postea apparuit Domino Visitatori iam in Pázmanyiana Visitatione, eius Turris, et Palatii aedeficationem longe antea in Castro Scepusiensi Ecclesiae Scepusiensi fuisse concessam; eius autem Turris possessione per Comites Thurzones ita Ecclesiam Scepusiensem esse privatam, ut cum tempore

24. factionis Bocskayanae pro Clenodiis Ecclesiae multis precibus locum concessisset D. Comes Christophorus Thurzo in Castro, ex collusione tamen deinceps cum Rebellibus facta, ad valorem quindecim circiter millium florenorum Clenodia Ecclssiae extradederit, ac insuper Protocolla quoque omnia Ecclesiae per suos pervolvi et investigari fecerit, unde fraus illata sit multis Juribus Ecclesiae, prout in Hrabusicze apparet. Simile fatum subiit haec Ecclesia Anno 1444-o per Gentem Bulgarorum, Cumanorum, et aliorum Schismaticorum, dum multa Ecclesiae Instrumenta, Privilegia cancellata sunt, ac cum equis, ut fertur, conculcata. Item anno 1443 (sic) sub Bohemicis excursionibus Instrumenta violata et Clenodia ablata sunt. Extat desuper Instrumentum confectum, quod

autem perprius rara pretiosaque Clenodia et Sacri apparatus praeextiterint, vel inde patet, quod connotatum reperiatur, illa nonnnisi in adventu Regum vel Archi-Eppiscoporum adhiberi. — Quid vero in moderno Gazophilaceo Ecclesiae huius habeatur, superior tantum Provocationis Consignatio docet.

5-o. Quis tam Gazophilacei, quam et Sacrae Supellectilis munde, et decenter conservandae curam gerit?

5-um. Capituli huius Custos, sen Thesaurarius Ecclesiae et Canonicus tum Gazophilacei, tum Sacrae Suppellectilis, ac omnium passim ad Ecclesiam pertinentium de consensu Capituli Curam gerit, duplici Clavi, alteram altero Canonico tenente.

6-o. An et quales Reliquae? Ubi et quomodo asserventur? An adsint earum authenticae? producantur?

Ad 6-tum. Etsi non desint in hac Ecclesia reliquae Sacrae, quorum nomina ideo ignota habentur, siquidem earum Thecas auro et

25. argento ornatas Praepositus Horváth postea Apostata et primvae Fundationis in Kolátsko abalienator, auri cupidus violasse, ac in profanos usus convertisse fertur. Reliquias ipsas panno involvendo, ita confuse reliquit, ut quae in Chartis ad quas Reliquias pertineant, sciri nequeat. Et quamvis duo Capita habeantur, ac in Chartis signaturae extent, S. Georgii Martyris, et S. Margarethae V. nomina, cognosci vero haud possit, quod Caput, cuius Sancti sit, item ex undecim M. M. Virginum, ac SS. Innocentium Reliquis cum aliis habeantur, quae pro quibus habeantur, ignoratur. Et licet in Arcula super Summo Altari reverenter locatae, et cum Religione asserven-

tur; quia tamen nullae earumdem authenticae nunc existentes produci possent, decere, ut aliis Sacris Reliquis pro decentia huius Cathedralis Ecclesiae ac Authenticis gratiose provideretur.

7-o. Habet-ne Organum? An, et quot, et quanti ponderis Campanas? an benedictas?

Ad 7-um. Habetur sonorum decorum, et omnino Cathedrali Ecclesiae dignum Organum, unum, maius, nondum deauratum, quod diebus Dnicis, et maioribus festis fori pulsatur, sollicitudine singulari, ac Cura moderni Illustrissimi Domini Praelati adhuc antequam ex Custodiatu et Canonia Ecclesiae huius ad Dioecesim et Ecclesiam Cathedralem Nitriensem pro Praeposito Maiori et Vicariatu Generali transiisset, curatum est; alterum minus quo in Choro passim quotidiamus usus est tum in Conventualibus ac Vesperis,

26. item Votivis. Tertium Positivum portatile adhuc minus, quo Capitulum utitur, dum in diebus Rogationum ad exteriores Capellas Processio favente tempore deducitur, tum etiam tempore hiemali in Sarristia pro Votivis.

Habet Ecclesia haec ad ingressum maiorem in Turri sinistra Campanas N-ro 5. 1-a ponderis maioris circiter 14 et amplius Centenariorum, cum inscriptione Johannes Slop † se B † Anno Dni 1426. cuius honori dicata, non est signata. 2-a minor circiter 8 vel 10 Centenariorum, hanc Andreas Andrejkovics Canonicus Scepusiensis curavit Anno 1666 in honorem S. Martini. Tertia circiter $5^1/_2$ Centenarii nullo signo; 4-a circiter 3. Centenariorum nullo signo. 5-a Circiter

medii Secundi Centenarii nullo signo signata; quas omnes supponimus partim consecratas, partim benedictas.

8-o. Quot, et ad quales Titulos habet erecta Altaria? An omnia decenti et sufficenti apparatu instructa? An consecrata, aut Portalibus rite provisa?

Ad 8-um. Habet in praesens undecim haec Ecclesia Altaria, ex quibus duo utpote Altare maius, et Altare B. M. V. tantummodo consecrata sunt a Rdssimo Domino Stephano Cziky Eppo Samandriensi Anno 1611. die 12. Novembris. Tituli horum Altarium sunt sequentes: Altare primum et summum in honorem Dei Omnipotentis, memoriamque B. M. V. Sanctorumque Martini, et Nicolai Episcoporum et Confessorum, 12 item Apostolorum, nec non M. M. et Confessorum ac Virginum erectum. 2-um in Titulum Assumptionis B. M. V. 3-um ad Titulum S. Angeli Custodis. 4-um Sacrae Crucis. 5-um SSrum Fabiani et Sebastiani, nec non S. Rochi. 6-um SSctorum Petri et Pauli Apostolorum. 7-um S. Annae, Matris B. M. V. 8-um S. Michaelis Archangeli. 9-um SSmae Trinitatis. 10-um Trium Regum, quod per mutationem seu translationem

27. Cathedrae in alium locum translatum est. 11-um Sanctae Mariae Magdalenae, quod semper ad hanc Ecclesiam tanquam Altariale, licet in fine Corporis Christi Capellae situm sit, spectabat. Denique 12-um S. Andreae in Sacristia, antea in distincta Capella ante fores antiquae Praepositurae, et intra hanc Ecclesiam, exigua situatum, ubi singulus Canonicus finita Chori hebdomada, qua chorum rexit, unum

Sacrum ad mentem Fundatoris celebrare tenetur, diruta Capella per Praedecessorem Dioecesanum Eppum in hanc Sacristiam pro continuanda tali obligatione, et memoria translatum est; quae altaria omnia decenti et sufficienti apparatu pro exigua nunc facultate Ecclesiae instructa, et portatilibus suis rite provisa existunt.

9-o. In quo Altari asservatur Sanctissimum? An cum Lumine perpetuo? quoties et a quo Species renovantur?

Ad 9-num. Nunc ob frequentiores Devotiones, in quibus etiam tempore belli expositio SSmi iam in Monstratorio, iam adoratio eiusdem aperto Tabernaculo sub Cooperto Ciborio, subsequis dein Benedictionibus requiritur, iuxta dispositionem Illustrissimi Dni Episcopi et Praelati nostri, hinc nunc et ad altare maius, seu summum huius Cathedralis Ecclesiae, alias communiter pro infirmis ad altare maius Capellae Corporis Christi Sanctissimum et quidem cum Lumine perpetuo asservatur. Species pro SSmo Eucharistiae Sacramento renovantur per Capellanos omni fere 3-a hebdomada,

28. ni tempora magis humida interveniant.

10-o. An non alicui Capellae, vel Altari adnexa sit Fundatio? Per quem, et quando fundata? Quis eius reditus? An in realitatibus? Aut summis Capitalibus? Apud quem elocati? Quae obligatio? An et per quem satisfit menti Fundatoris?

Ad 10-um. Adhaerenti huic Ecclesiae Cathedrali Capellae Corporis Christi ab antiquo nuncupatae, quae unum corpus nunc cum Ecclesia hac efficere videtur,

magna utique adnexa fuit Fundatio, quae Anno Dni 1510. per Hedvigem relictam condam Stephani Zápolya Regni Hungariae Palatini Ducissam Dotem accepit, videlicet oppidum Somogy cum telonio in Cottu Aba-Ujvariensi, Kis Falud, et Szeghi in Comitatu Zempliniensi, item Kolbach in Comitatu Scepusiensi, possessionibus. Item cum domo lapidea Codria vocata, penes Cemeterium tunc contiguum Templo Capitulari. Huius Capellae Rector Jurisdictioni Dni Praepositi subiectus erat, debebatque sex Capellanos et quatuor Scholares intertenere, qui quotidie Horas B. M. V. in Capella Sacrasque Missas tali ordine decantare obligabantur. Die Dominica de SSma Trinitate, Feria 2-a pro Defunctis. Feria 3-a de S. Emerico. Feria 3-a pro Peccatis. Feria 5-a de Corpore Christi. Feria 6-a de Passione Domini et Sabbato de B. M. V. Item praeter cantata Sacra quotidie a quatuor Capellanis quatuor Sacra legi quotidie debebant, ita ut unus dumtaxat Capellanus a Missae celebratione, qui in casu necessitatis aliquem fors deficientem Capellanum supportare posset, vacaverit Sacrumque liberum habuerit. In Anniversariis autem Emerici et Stephani Zápolya mortuorum quoque vigilias decantari debebant. Jus Patronatus porro a Fundatrice Praeposito reliquebatur. In casu defectus Seminis, Capella haec cum Bonis successive ad manus Saecularium devenit, quam Cardinalis Pázmány eliberatam, Praepositurae Scepusiensi incorporavit, erga onus bis mille florenorum ad singulum Patribus Jesu Societatis pro docendis Scholis pendendorum, quam tamen Capellam paulo post Praepositus Mathias Tarnótzy Anno 1653 sine consensu Capituli et sub privato suo

dumtaxat Sigillo et Contractu Joanni Klobusitzky, tunc Rectori Collegii Scepusiensis cessit, et consensum Regium a Ferdinando III-o superinduxit. Tenebant itaque Capellam hanc patres dicti ab anno 1649 usque suorum sublationem annum 1773-um Cratibus conseptam, quae sublata Societate, pariter ablatae sunt, abalienata tum quoque possessio Kis-Falud — et Szeghy, quas Residentia Societatis Szakmariensis usque sui deletionem possedit. Habet autem praeter Altare Maius, ubi SSmum sub Lumine perpetuo asservatur, alterum Matris Dolorosae ad latus Altare. Tertium versus finem adversum existit Altare Sanctae Mariae Magdalenae, de quo iam supra in puncto 8-o mentio facta est inter Altaria Cathedralis Ecclesiae propterea, quia Altaria huic Arae alligata esse, pro qua iuxta

30. antiquitus notatam fundationem, vi Testamenti Christophori de Zmerchan (sic), Lectoris et Canonici Scepus. Feria V-ta post Dominicam oculi Anno 1520-o praeter Portiones Possessionarias in Grants Villa Vitkon, Görgő, Gebelfalva, Sz.-Lőrincz, Ragyolcz, Petrocz et Praedium Sz.-György resignabantur Capitulo, — 600 Flni auri. Denique ipsi Altari S. Mariae Magdalenae, Imago S. Valentini Episcopi Martyris ideo superposita habetur in continuationem devotionis, qui Sanctus a populi etiam extranei concursu Festo suo die in 14-am Februarii incidente, ad distinctam suo Nomine vocitatam Capellam, adlatus Evangelii Cathedralis Ecclesiae ab extra situatam, quae quidem re ipsa B. M. V. Capella huic templo coeva exstitit, ac nonnisi his Annis a Praedecessore Episcopo Dioecesano solo aequata est, incredibili numero ad curan-

dos aegrotos praecipue. Sancta ad Sanctum fiducia frequantabatur, ac hucdum quotannis pro festo hoc die Chori Sacro cantato et magno, licet non iam tanto numero colitur, effigie hac tunc ad maiorem Aram exposita huius Cathedralis Ecclesiae, ne huius Sancti memoria et cultus pure in laudem Dei tendens, sublato et amisso priore loco poenitus deleatur; cui quidem nulla Fundatio adnexa scitur. Altera quoque intra latus Turris illius, ubi campanae locatae habentur, et intra Praeposituram exigua lapidea Ca-

31. pella, olim per Canonicum Scepusiensem et Cantorem Nicolaum de Karasztmező Anno 1466. in honorem Sancti Andreae structa, et vinea S. Andreae Promontorio Liszkensi dotata est, hac vendita eotum Ung. flnis 800 Capitale elocatum est, cum obligatione Sacrorum Hebdomadalium ante dirutionem in dicta Capella, nunc vero in Sacristia persolvendorum coram Icone S. Andreae. Quod autem haec altaria prius Cantori huius Capituli permodum Rectoratus applicata fuerit, ex adnexa hic Instantia Authentica denati ultimi Praepositi, qua Cantoris eundem Rectoratum Anno 1757-o prensantis, atque ex adnexo decreto collationali Mathiae Regis, qua instrumento Provisionis pro Stephano Franya, qua Cantore Anno 1607 expedito patet sub Lit. **C.**

Exstat adhucdum in cespite Altera Capella Sacrae Rosaliae per Joannem Betlenfalvay Canonicum Scepusiensem prima Januarii 1681-o erecta et dotata Ungar. flnis 100 item Ungar. flnis 200 is pro Sacris ibidem Altaristicis numero 12. sex quidem in honorem Sanctae Rosaliae in colore, sex de Requiem pro Fundatore et eius parentibus celebrandis. In statu commodo prout

et altera aliquantum ab hac Sancti Joannis Nepomuceni Capella, a Praeposito Scepusiensi Josepho Carolo Episcopo Zbisko datata

32. pro altaria 24 Sacrorum, ut singulo mense duo Sacra pro anima Fundatoris ibi celebrentur. Habetur ab initio Fundationis suae quidem, nempe, a 1-a Maii 1771 ad mentem Fundatoris, ab 11-a Maii 1774 vero pro eius anima Rflnorum 500.

Aliae adhuc extant Capellae, ut S. Xaverii in cespite, sed desolata et exigua. Demum in altero colle super Balneo Capitulari extat Capella conspicua Sctae Crucis, quamvis absque dote, ex collectione, aut potius spontanea oblatione a piis Matris Morientium Confraternitatis anteactae Asselis adunata, hucusque bene corservata existit. In omnibus autem nunc descriptis Capellis menti Fundatoris, excepta Corporis Christi, satis fieri quantum ad Nostram notitiam minime dubitari.

11-o. An non sint, aut olim fuerint huic Ecclesiae adnexa quaepiam Beneficia, Altariae, Capellae, cum peculiari, et quanta ac quali Fundatione? quis nunc horum status et administratio?

Ad 11-um. De aliis, quam in praecedente numero 10 productis, ac huic Ecclesiae adnexis Capellis nihil amplius producendum occurrit, et si plures Altariae per Canonicos et Praepositos Scepusienses sub Littera **D.** adnectantur fundatae, utrobique sua in quantitate et qualitate Fundationis expositae. Quis nunc horum status, et administratio, per ipsum Elenchum sub §-pho 50. N-ro 8. exhibentum solum ut duplici descriptioni aliquantum consulatur, rite patebit.

12-o. Habet-ne fontem Baptismalem? Quoties? per quem? et quando renovatum?

Ad 12-um. Habet Ecclesia haec Cathedralis, Parochialis et Mater suum fontem Baptismalem, qui bis per annum iuxta ritum Sanctae Romanae Ecclesiae omnibus adhibitis ceremoniis per Parochum Capitularem, uti fieri convenit in Sab-

33. batho Sancto, et Sabbatho Pentecostes renovatur.

13-o. Dignitates Canonicatusque huius Capituli eorumque Familiares, cui subsint, olimque subiecti fuerint quoad actus Jurisdictionis Parochialis?

Olim et nunc quoad actus Parochiales et Jurisdictionem, suis tamen semper pro lubitu Dioecesani limitibus respective ad se reservandis, Omnes, qui in Capitulo sunt tanto magis dignitatum et Canonicorum Familiares, subfuerunt et subsunt Parocho.

14-o. An Ecclesia habeat aliquas Indulgentias? producantur?

Ad 14-um. Exstant Pii II. Indulgentiae septem annorum et totidem quadragenarum pro Festis Coenae Domini, Santi Martini, Dedicationis Ecclesiae et Sancti Andreae in Capella eiusdem Sancti, ut commemoratum iam est, in Coemeterio exstructa, pro iis, qui Poenitentes et Confessi fuerint, manus adiutrices ad conservationem et reparationem Ecclesiae porrexerint. Dari item alias Capellae Corporis Christi, necnon B. M. Virginis, Sancti Martini Episcopi et Confessoris. Scti Andreae, OO. Sanctorum, et Dedicationis Ecclesiae de anno 1560-o centum dierum Indulgentias.

15-o. An non aliqua intra, vel extra ambitum Capituli Nostri Ecclesia, vel Capella fuerit, vel sit hactenus sub curatela Capituli Cathedralis? Quae illa? ubi sita? Quis eius fundator? Quae Suppellex? Quae Dos? Quis fundus? Qui reditus? Per quem ipsa Ecclesia, vel Capella, quam eius reditus et quomodo administretur?

Ad 15-um. Nulla praeter iam descriptas scitur fuisse aut esse hactenus sub curatela Capituli Cathedralis Ecclesiae Capella.

34. *16-o. An non habuerit, aut habeat hactenus sub cura sua Capitulum Xenodochia, Hospitalia, aut alia qualiacunque pia Loca? Ubi illa sita? Quis Fundator? Qui, quales, quanti redditus? Quis eorum Curator?*

16-um. Super his demisse defertur Ratiotinium, ex quo quaesito huic satisfiat sub Littera **E.**

17-o. Generaliter an et quales Fundationes, et legata administret Capitulum? Haec omnia in originalibus documentis exhibeat.

Ad 17-um. Quales Fundationes et legata quaecunque administret Capitulum, in sequentibus punctis adhuc plenius occurrunt, ex suis documentis originalibus omni in reverentia exhibendis paratum est.

§. II.

De Officio Divino.

1-o. An in Ecclesia Cathedrali quotidie cantetur Missa Conventualis? per quem? qua hora? pro quo applicetur? Cum quali ministrorum assistentia? Qualis sub ea adhibetur Cantus? Aut Musica? Si rubrica poscat Missas plures, absolvuntur ne omnes? per quem? quando?

Ad 1-um. Omnino quotidie cantatur Missa conventualis praesentibus Canonicis per Capellanum, in quo est ordo hora 9-a, rarissimis casibus exceptis, ut illam praevenire, vel aliquantum ob Missas votivas retardari contingat, pro fundatoribus semper applicanda, ministro puero in talari superpeliceo serviente, cantu adhibito Gregoriano Corali trium ad id aeque ita vestitorum Musicorum, numero et organi, voce pro more inter mixta, rite, ac iuxta Directorium notata festa, sique plures Missas rubrica exigat, dummodo Sacerdotum numerus non impeditorum sufficiat et hae persolvuntur ita, ut secundus Capellanus alteram Missam lectam iuxta mentem et obligationem fundatorum Ecclesiae persol-

35. vat. Secus accidere potest, ut praetermittatur. Tempus vero reliquitur secundo Sacerdoti liberum, si illud vi Parochialis munii observare nequeat impeditus.

2-o. An inter Dignitates et Canonicos sit Ordo, secundum quem Missam Conventualem, saltem Dominicis et Festis soleant decantare? qualis? quando? et per quem introductus? Quis cursum Missarum hebdomadalem soleat elaborare? An ipse ordo publice in Sacristia affigatur?

Ad 2-um. Inter Dignitates et Canonicos accuratus semper ordo servatur, ut prout Dignitates et Canonici iuxta Stalla sua se sequuntur, ita singulis Dominicis et Festis unus alteri accurate succedendo Missas Conventuales cantando, sub Musica figurali

persolvant, a memoria introductus; nec necessum est ordinem, aut cursum hunc elaborare, aut in Sacristia affigere cum periculum non sit, ut unus duplicis septimanae ordinem, nisi valde rogatus, aut fors plane solutus, praesertim brumali tempore in hoc frigido templi meatu sustineat, aut si qui emaneret, alii illum emanere pro suo incommodo permitterent.

3-o. Praeter Missam Conventualem, an ex Privatis Fundationibus, aut legatis incumbant Capitulo, seu determinatis membris eius aliquae Missae annuae, menstruae, aut hebdomadatim celebrandae? Quot et quales? Producantur circa singulas etiam votivas instrumenta, ex quibus pateat mens Fundatoris, eae vero singulae per quos? Ubi? Quibus diebus et horis? Et an cantando vel legendo celebrentur.

Ad 3-um. Praeter Missam Conventualem singulo mense iuxta Fundatorum mentem et legata Capitulo cum Praesentia, ut Pázmányiana Visitatio illorum voluntatem et mentem Fundatorum exploratam cupiebat, iam tunc incunbebant Canonicis complures Missae, votivales tamen, quae nunc omni quoque mense cantatae 26 ab iisdem sub Musica et minori organo Choraliter persolvuntur, tardius post hanc Visitationem fundatae sunt, accurate in Regestro suo exhi-

36. bentur sub Littera **F.** quaeque ab hora 8-a inchoantur, atque ante Missam consvetam Conventualem, diebus feriatis non impeditis persolvuntur. Pro ordine pendet in Sacristia tabella, in qua singulae assignantur. Pendet item altera Tabella maior in eadem Canonicorum Sacristia, in qua Altariarum Sacra divisa, alias inter 10 nunc inter 9 Canonicos

viventes et quidem 1184. talia Sacra, a 12. Martii alterius anni singulo anno pro lubitu dierum temporis et altarium, paucis exceptis legendo persolvanda exhibentur. His accedunt quatuor anniversaria: 1-m die 11-a Maii pro denato antehac sub collegiata hac Ecclesia praeposito Scepusiensi, Canonico Strigoniensi et Episcopo consecrato Josepho Zbisko sub Infula, sub quo a 10 Canonicis nunc 9 totidem de Requiem si rubrica admittit, secus in colore sacra lecta dicuntur. 2-dum 15-a Maii pro Sophia Wesselényi, nata Zichy fundatum per Capitulum, persolvendum in Ungar. flnis 1500 is sub Infula. 3-um 9-a Junii in festo Sanctorum Primi et Feliciani pro Primo Feliciano Miklevits Canonico Scepusiensi, per eundem in Ungar. flnis 240 cantatum ordinarium, fundatum. 4-um die 4-a Octobris in festo Sancti Francisci Seraphici pro Francisco Wesselényi Episcopum concernens, sub Infula. Fundatum in Ungar. flnis 1500-is Capitali sub Aranyos in agros investito, in totidem Capitali altero pro Sophia eius consorte Fundatoris apud civitatem Kesmarkiensem eorum elevato.

37. *4-o. Estne in Sacristia pendens tabella omnium Missarum Capitulo, vel certis eius Membris incumbentium? An etiam exstet Liber in quem celebrantes quotidie inscribant, quas Obligationes celebrando expleverint?*

Ad 4-um. Missarum tum Votivarum, tum Altarialium, ut supra paulo ante commemoratum est, pendens in Sacristia distinctae tabellae cum specificatione, quas quis Canonicus Altarias absolvere debeat; utut Capitulum sciret, si mors alicuius interveniret, num suis in his obligationibus particularibus satisfe-

cerit, svasum est, ut singulus in suo Directorio talia absoluta Sacra accurate notet. Ceterum Liber non extat, in quem celebrantes quotidie referantur.

5-o. An Canonici absolvant Missas, quae ex recepta Dioecesium consuetudine pro fratribus defunctis sunt celebrandae? An Capitulum celebret Anniversarium consecrationis Episcopi?

Ad 5-um. A memoria usus hic pius inviguit, ut primum diebus non impeditis, qui alioquin serius Directoriis inseri poterant, pro Fratribus in Dioecesim spectantibus, prout Ipsi pro nobis suo tempore fieri exoptamus in Domino sublatis, Canonici quoque Missas celebremus. Solemniter praeterea dies Anniversarius consecrationis Episcopi, prout in Directorio exponi solet, celebratur per primam Dignitatem Capituli.

6-o. An Capitulum peragat etiam reliquas devotiones, suplicationes, ceremonias, quae ex communibus rubricis, pure in festo Sancti Marci, Purificationis, Dominica Palmarum, diebus Rogationum sunt absolvendae?

Ad 6-tum. Rite iuxta Romanae Ecclesiae ritum communem Capitulum, prout rubricae postulant, devotiones, prosessiones, supplicationes et ceremonias, utpote in festo Sancti Marci, Purificaiionis, Dominica Palmarum, diebus Rogationum et festo Corporis Christi peragit absolvendas.

7-o. An? ubi? Quando intersit Capitulum praedicationi verbi Divini? An item munus praedicandi non sit annexum Canonicis ex statuto, vel fundatione? per quem? et a quo Stipendio? Quibus temporibus? diebus et horis praedicatur in Cathedrali Ecclesia verbum Dei?

Ad 7-um. Omnino intersunt ad libitum tamen magis, tam in Dominicis, quam festis

38. diebus praedicationi verbi Divini, post Missam, quam vocamus Maturam. Hanc solum maioribus festis, utpote Nativitatis, Paschatis et Pentecostes, prout ipsam praedicationem Canonici ipsi a memoria persolvunt, alias Capellani: de fundatione Canonicis in ordine praedicationis distinctim annexa non ita, quam ex statuto Visitationis Pázmányianae, ubi nonnisi svasu salubri imponitur, ut et Parochum in hoc munere adiuvent, constat. Intersunt praeterea Canonici praedicationi verbi Divini et quidem totum Capitulum diebus Rogationum.

8-o. An in Cathedrali absolvantur quotidie omnes Officii Divini horae Canonicae? Una cum Officio Defunctorum, Psalmis Gradualibus et Poenitentialibus, quando hae a rubricis praescribuntur? et haec omnia cantando, vel legendo? In quali Cantu? Item an reverenter, sine festinatione et cum pausis ad asteriscos? Quo tempore? Quibus horis? Cuius Officicii est? His rebus intendere? Daturne ad horas Canonicas et ad Missam conventualem signum campanae?

Ad 8-um. Quotidie in hac Cathedrali omnes Officii Divini horae Canonicae una cum Officio, dum rubrica postulat, Defunctorum, Psalmis Gradualibus et Poenitentialibus, Litaniis O. O. Sanotorum, ac precibus subnexis, item ab iis, qui diebus Sancti Marci, ac processionibus fors non adessent Rogationum, privatim recitare obligatis, prout haec in rubricis praescribuntur, absolvantur, in duplicibus, ac in semiduplicibus cantando, in simplicibus vero et feriis legendo, ad

Asteriscos non observando modo non lento, quin magis expedito, cum pausis exiguis, ita tamen, ut una pars Chori aliam intelligere possit. Tempus Matutini cum Laudibus est statim finito Completorio. Pro prima pulsatur de aestate hora 6-a, in hieme hora 7-a, huic subiungitur Tertia; Sexta absolvitur ante, Nona vero post conventuale, nisi Dominicis et Festis, ubi illico post concionem (Sexta iam antea Tertiae adiuncta fuit) Nona cantatur. His in choro intendere Cantoris, et vel maxime Hebdomadarii

39. Canonici est, signum campanae ad vesperas hora 3-ia pomeridiana serviens, serius et pro Matutino, Pulsus item ad conventualem Missam servit, simul et ad horas hanc praecedentes.

9-o. An adsint in choro libri Graduales? an in Sacristia servetur silentium? et mundities? An in choro non colloqauntur et confabulentur?

Ad 9-um. In choro libri Graduales adsunt, quos Barkóczy, qua Primas huic Ecclesiae transmisit. Silentium et mundities in Sacristia modo quo meliori possunt, servantur. In Choro Canonicorum observatur modestia, de Choro vero laico figurali subinde usque Aram maiorem auditur conclamatio, ut et responsionum incapaces super tono Pontificantis quandoque reddantur, sed et inter hos modernos Musicos nunc oritur maior compositio.

10-o. An omnes Dignitates et Canonici intersint omnibus Horis Canonicis? An saltem aliqui? Qui? et quibus?

Ad 10-um. Raro omnes Dignitates et Canonici omnibus horis Canonicis intersunt, ex eo: quod pro

prima, tertia et subinde in Dominicis et Festis sexta vices gerentes Capellani cum Musicis ideo solutis hunc defectum ex aequo, ubi vel aetate, vel morbo gravatis, praesertim brumali tempore Canonicis bis per diem ad Templum, utpote ad Missam Conventualem aut Vesperas progredi, non tantum difficile, sed fere periculosum, subinde accidit, supplere videantur. Hebdomadarius tamen Canonicus assiduus in Vesperis, ac Matutino quotidie frequentandis sit; partim ex eo

40. quod tum in publico, tum in Oeconomicis aliqui occupati, raro omnes convenire nullo excepto, possibile sit, tanto minus pro omnibus horis. Qui tamen venire possunt, fere omnes, Hebdomadario alioquin praesente, Sacris conventualibus accurate intersunt Canonici.

11-o. Qui, quales et quot praeter Dignitates et Canonicos adhibentur constanter ad decantandas horas? Quae illorum, per quem facta Fundatio? doceatur. An hi quoque omnes talari veste et superpeliceis sint amicti?

Ad 11-um. Praeter Dignitates et Canonicos, qui Chorum legunt quotidie, intersunt alternative Capellani, quorum unus interim curam animarum gerit hebdomadatim, quatuor Musici huius Cathedralis Ecclesiae adhibentur, hi omnes non ita directe, sed in quantum a Praeposito et Canonicis legata Ecclesiae accesserunt, ut a memoria Praepositus unum Capellanum et alterum Capitulum intertenere fuerint obligati, hos et alternatim ad chorum quoque frequentandum applicuerint, usque nunc compertum sit. Saecularium autem Musicorum Conventio, quorum uni aeque Praepositus in aere, aede, lignis et

frugibus prospexit a proportione cum Capitulo, aeque nulla directa Fundatio, quam Ratihabitio talis solutionis, quae nunc sat tenuiter pro quotidianis et vere multis fatigiis onus nostrum continuis et assiduis sine intermissione gerentibus subsistunt, exhiberi potest; qui tamen ut convenit in Officiis Ecclesiae, seu muniis chori Ecclesiastici, semper veste Talari et superinductis superpeliceis amicti habentur.

12-o. An pro Missa conventuali et horis Canonicis omnibus, vel aliquibus statutae sint quotidianae distributiones?

Ad 12-um. Usque nunc non erat in hac Ecclesia usus quotidianarum distributionum, sed absque his tum Missae conventuales, tum horae Canonicae, per se, vel si heb-

41. domadarium abesse contingat, per substitutum alterum Canonicum laudabiliter fequentantur.

14-o. An non Sacerdotes vagi, peregrini et ignoti, sine Testimonialibus, absque licentia Ordinarii hic Missam celebrent?

Ad 13-um. Antea hic moris erat, ut si qui tales Sacerdotes vagi, peregrini aut ignoti venerint, eorumdem praetensae Formatae per Praepositum, vel qui vices eius gessit, revisae fuerint, hique vel prohibiti, vel ad Missae Sacrificium dicendum admisi sint, nunc ubi minor numrus Sacerdotum et rarior casus existit et modus facilior ne fiat, cum Dioecesano existente talis dispensetur, vel negetur licentia, quod absque hoc hic nec factum est et ut speramus, nec fiet.

§. III.

De Dignitatibus et Canonicis.

1-o. Fiat Catalogus Dignitatum et Canonicorum in hac Ecclesia vigentium et personarum eas tenentium, iuxta ordinem, quem tenent in stallo, cum descriptione personarum, quid, cuius aetatis? Undè ortus? Quarum linguarum? Ubi absolvit Studia? et quae, quot annis et ubi fuit in cura animarum? quotannis in hac Ecclesia Cathedrali serviat? quae munia in ea gerat?

Ad 1-um. Primam Dignitatem quam Praepositus maior tenet in hac Ecclesia Cathedrali Scepusiensi Antonius Jaszvitz nunc Infulatus, vi decisi ab Augustissima Maiestate medio Cancellariae Hungarico-Aulicae Illustrissimo ac Reverendissimo Dno comiti Episcopo Scepusiensi submissi intimati 1788-o mense Octobri huius tenoris „quod quivis Praepositus Cathedralis ipso facto ius habeat Benedictionem impetrandi a suo Episcopo.“

Tenet Stallum primum, aetatis 55. ortus Vienna, linquarum Germanicae, Italicae (per se Latinae), Studia humaniora absolvit Vien-

42. nae et Posonii, Philosophica Tyrnaviae, Theologica Romae. 1-o fuit, examine pro cura animarum coram Metropolitano Capitulo Strigoniensi superato, Anno 1758-o Tyrnaviae ad Consistoria Vicarialia, ac Sacrae Sedis, qua Juratus applicitus, paulo post Posonium, qua Capellanus curatus ad curam animarum Liberae Regiaque civitatis Posoniensis ad-

hibitus, ubi mansit in continuo omnium Sacramentorum administrandorum, prout et dispensandi verbi Divini exercitio, licet et Primatis, qua Archi-Episcopi Strigoniensis Capellanum, nec non post huius obitum Augustissimae Dominae magnae memoriae Viennae pariter Capellanum Caes.-Aulicum, ac ultimo ultra annum ceremoniarium ad suae Serenitatis Archi-Ducis Christinae Aulam Posonii interimalia Officia egerit. Servit qua Canonicus in hac Ecclesia primo collegiata, qua partim Decanus, qua Custos, qua Cantor, dein in Cathedralem erecta, qua Cantor et qua Praepositus maior ab Anno 1768-o adeoque in Annum 22-um. Munia praeter suae Dignitati et Canoniae consona, vacantiarum, supplendarum Munia saepe fert.

Secundam Dignitatem in hac Ecclesia tenet Lector, sed haec cum stallo vacat a 17-a Novembris 1786-i post obitum Pauli Ordódy. Cum autem Archivi Regnicolaris expeditiones non patiantur huius Officium vacans surrogari debuit, ut infra.

Tertiam Dignitatem tenet Cantor, sed haec cum stallo vacat a mense Decembri 1784-i per translationem Antonii Jaszvitz ad Praeposituram maiorem.

Quartam Dignitatem tenet Custos Josephus Vitalis de eadem, cuius responsa hic adiacent.

43. Qiuntam Dignitatem, quae Archi-Diaconatus Cathedralis huius Ecclesia tenet Georgius Klobusitzky de eadem, cuius responsum hic adnectitur.

Sextam Dignitatem, utpote Archi-Diaconatus Arvensis tenet in hac Ecclesia Joannes Nepomuc. Kirschner, cuius responsum hic adcluditur.

Septimam Dignitatem, utpote Archi-Diaconatus Lyptoviensis, tenet Franciscus Madotsány (sic) de eadem, cuius responsum pariter hic nectitur.

Hos sequitur Canonicus senior et Abbas Josephus Fabian, cuius responsum huc refertur, Canonicus Ignatius Kratzer Abbas Canonicus, Joannes Bapt. Molnár Abbas Canonicus. Carolus Horváth Abbas, quorum responsa Ordine huc inseruntur.

2-do. An non sit aliqua Dignitas, Canonicatus, aut praebenda suppressa? Quando? a quo tempore? cuius auctoritate? Quis? et quantos fructus eiusdem annue percipiat?

Ad 2-dum. De directa suppressa Dignitate nihil dici, de translata vero et permutata plura quidem, verum in modernis circumstantiis temporum haud reparabilia referri possent, utpote: Dignitas Archi-Diaconatus Tornensis, quae antehac in hac Ecclesia fuisse refertur, in Visitatione Pázmányiana hoc adiecto, quod eandem Illustrissimus Dominus Nicolaus Archi-Episcopus Strigoniensis ad Metropolitanam Ecclesiam transtulerit; cuius fructus, ut supponendum est, facile tercentos (sic) superaverint. Caeterum decimi Canonici.

44. Proventum a morte Pauli Ordódy 17-a Novembris 1786-o interventa, defalcatis personalibus oneribus percipit Fiscus Regius, annue iuxta Productum sub Littera **G.**

De canonicatu vero aut Praebenda, quamvis olim iam plures numero, iam pauciores saepe Canonici et Praebendae casu deterioratae, prout ultimo oblata, seu

abiudicata nobilium Decima extiterint, nihil tam certi referri potest, quando Canonicatus suppressus fuisset, praeterea, quae in relatione Pázmányiana, ast vetustiora referrebant, utpote tempore tumultuoso rebellionis omnibus dilapsis.

3-o. Recenseantur omnium Dignitatum Altariorum et Beneficiorum Praerogativae, Officia, Obligationes, tam antiquae, quam etiam nunc usitatae? Antiquae quando et cur desierint observari?

Ad 3-um. Primae dignitatis nempe praerogativas Praepositurae Scepusiensis antiquae, si ordine referre opporteret, nimium longum foret. Ex his maxima videtur illa, quod Jurisdictione semper quasi Episcopali extra illum etiam statum, quando Episcopali Cathedra Praepositura non erat exornata, gavisi fuerint Praepositi Scepusiensis Terrae, Sinodos convocaverint, Vicarios suos habuerint, ut iam supra commemoratum est, quam Jurisdictionem non solum per totum Scepusiensium, filiales quoque Csorbam spectantes, utpote Teplitska et Vazsecz non excipiendo, licet ad comitatum Lyptoviensem pertinerent, sed et in districtu Tarczensi, ac Lubloviensi amplissimam exercuerint. Quare anno 1544-o tali Synodo Plebani quoque de Podolin, Lubló, Ruzsbach, illius districtus praesentes erant. Parochi quoque ad singulum annum Praeposito Sce-

45. pusiensi pendebant titulo Cathedratici certam quottam Pecuniariam in festo Sancti Andreae, in rodemptionem decimarum iisdem ut credibile est, per Praepositos cessarum. De hac Pensione pariter in Vitatione Pázmányiana notatum habetur, quod sub

Philipho Archi-Eppo Strigoniensi amicabili compositione anno 1278-o conclusum, a Mansionibus septuaginta censum Cathedraticum Praeposito deinceps pensi debere. Cum a centum mansionibus praetendebat solvendum. Item quod Praepositi Scepusienses Visitationes Parochiarum peregerint, item quod Parochiis vacantibus Administratores posuerint, medio tempore cum fructibus talium Parochiarum obvenientibus ipsi Praepositi disposuerint; sciri tamen haud posse, quando res initium coeperit, quod Praepositi Scepusienses Vicarios Archi-Epporum Strigoniensium egerint, si quidem nec omnes, nec semper illud officium gesserint, maxime cum complures Praepositi Scepusienses simul Episcopi Dioecesani fuerint et publica officia Regni, ut Locumtenentiae Regiae gesserint. Suspicio tamen manet, quod occasione illa, qua Praepositus Sigray ordinariam Jurisdictionem affectabat arroganter. Anno 1711 et 1714 erant enim per Distri-

46. ctum hunc et alii de Capitulo generales Vicarii, per Cardinalem Saxonem, deinceps quoque constituti. Sed desierunt haec omnia per constitutum Deo dante, proprium huic Terrae et Ecclesiae Scepusiensi Dioecesanum ab Augustissima Domina pie regnante Mariae Theresia, ut superius indictum est.

Jam obligationes antiquae, Praepositi Scepusiensis praeter Spirituales iam relatas, quibus adnectendum fuisset, Festis maioribus sua Sacra in Pontificalibus una cum Anniversario pro Sophia relicta Vidua Vesselényi persolvere. Oleum Sacrum dum consecrati Episcopi fuerant, in die coenae Domini conficere; erant et temporales, ut Capellanum unum in Ungar.

flnis 120. Musicum unum praeter Organistam in rata medietate cum Capitulo, una cum habitatione providere, pro parte Ecclesiae Aedituum aeque in rata medietate cum Capitulo, item Musicis a Rorate florenum unum, a Passione florenum unum inpertiendo. Item quando hebdomada Praepositi erat, de vino in Ecclesia providendo. Sed et haec desierunt per supra insinuatam mutationem, quamvis non ita in toto, cum aliqua manutenere et assumere liberum sit Illustrissimo dono Praelato; moderno vero Praeposito maiori unica praerogativa, quod ius haberet ad procurandam sibi benedictionem Abbatialem relicta, vi indulti sub Nro 1-o §-phi huius provocatio.

Secunda Dignitas Lectoralis nempe praerogativa gaudet, quod

47. eidem praeter distinctam Praebendam Capitulum vineam Liszkae, quam ex fundatione Casparis de Cassovia anno 1486 accepit, cultivet. Abalienata fuit haec vinea, sed per canonicum Andaházy iterum praebendae Lectorali incorporata. Litteras in negotio Capituli missiles expedit, ac curam habet authenticarum expeditionum, quae in negotiis Regnicolarum occurrunt. Percipit mandata iudicum ordinariorum; adscribit illis exhibita, ordinat seriem executionum et ad missiones ordinat Dnos Canonicos. Intertenet Notarium Capituli, pro diligenti et Fideli expeditione Litterarum authenticarum; easdem Litteras diligenter relegere et sine errore ad obsignandum Capitulo praesentare, taxas Litterarum in tres partes eundem dividere oportet, quarum una Capitulo, altera sibi, tertia Notario cedit. Habet pro his adhuc pratum 4 circ. Curruum et agrum 5 Cubulorum capacem. A

Bussotzensi Parocho semper in festo Sancti Georgii Ungar. flnos 12., a Decima et a Libera Regiaque civitate Keszmarkienzi Ung. flnos 100. Nunc vero, a quo Anno 1787 fassio communis excelso Conslio Lttli Regio submissa est, ex praebenda Lectorali Domanotzenzi Ungar. flnos 300. Ex agris et pratis ad Officium Lectoratus pertinentibus Ungar. floreni 33 expositi sunt.

48. Tertia Dignitas est in hac Ecclesia Cantor, seu Officium Cantoratus, cuius praerogativa est chori directio, Succentorisque Musici in hunc finem idonei intertentio; cursum Officii Divini, ordinemque decantandorum in tabulam referre, Choratores et Adstantes designare et ne quis defectus in choro admittatur sollicite providere, Gradualium, Antiphonarium, Psalteriorum chori curam gerere, advertere praeterea in absentes, quod autem veteres continuam praesentiam requisierint, vel inde relucet a duplicibus ordinationibus Sigismundi Regis 1406. et 1415. contra absentes Canonicos, quibus fructus detrahi, praecipiebantur, nisi ad promotionem Reipublicae Lateri Maiestatis Regiae adhaerere, talibus Canonicis necessum esset et ut Cardinalis Gentilis constituit, nisi quis Apostolicae Sedis, vel Legatorum ipsius de Latere privilegio sit munitus; item ordinem quis in summis festis concionari debeat, in hac iam Cathedrali Ecclesia apponere. Obligatio praeterea vetus uni ex Musicis qui Succentor diceretur, Ungar. flor. 40, ad singulam Angariam Ungar. flnum 1. crucigeros 80 et per anni decursum siliginis cub. 12., tritici cub. 4., hordei cubulos 4. pisorum cubulum unum et adhuc siliginis cubulos 4. praestare. In reconpensam vero tanti one-

ris praerogativam ab institutione cantoratus hanc habuisse videtur, quod ceteris meliori praebenda provisus sit, utpote clare adhuc in Pázmányiana Visitatione exponitur: Kolbach esse Domini Cantoris, habereque filiales Nemessán, et Arnoldfalvám. Quid nihilominus ultimo denatus

49. Praepositus qua Cantor ad cantoratum adhuc beneficii pertinuisse praetenderet, ex iam superius praecitatis punctis et hic loci iterum revidendis adiacentibus eius Litteris cum adnexo uno patet. Accessit demum dein ager unus 4 circiter cubulorum capax, situs ante portam Capitularem, quae est versus Váralyam, quique vocatur iam a memoria Cantoralis. Hunc agrum, una cum decima Arnoldfalvensi modernus Praepositus, qua eotum Cantor cessit Capitulo, in onus redimendum Praepositi Musici, retenta solum obligatione singula angariali solvendi unum cubulum siliginis et unum Imperialem, absque praeiudicio tamen successorum et regressu, dum et quando parti utrique libuerit, quam cessionem Capitulum consistorialiter acceptavit et improtocollari fecit, sicque cantoratus officio nunc Kolbach adhaeret respective et Nemessan, cuius Decima in fassione anno 1787 Excelso Consilio Locumttli exhibita apposita habetur in Ungar. finis 350.

Quarta Dignitas in hac Cathedrali Ecclesia est Custos, seu Officium custodiatus, praerogativa singulari gaudens, quod authenticum sigillum Capituli, quo Litterae ac Litteralia instrumenta Regnicolarum obsignari consveverunt, sollicite in Sacristia custodiat. Litteras si

50. quae per mandata iudicum Regni Ordinationum requirenda sint, requirere, easque Lectori pro expeditione assignare soleat, a quarum Litterarum requisitione florenum unum pro se percipit. Schemate pro nunc per Regium mandatum aliter determinato haec accidentia cassata. Quare eius obligationis est Archivum custodire et retinere, caute cum Notario Capitulari ad Archivum pergere, praeterea quae Gasophilaceo insunt et cuius una clavis penes ipsum et altera penes alterum Canonicum conservatur, Clenodia et totius Ecclesiae custodiam, ac munditiem curare. Aras ornare, ac ut debitis temporibus pulsetur, campanatori inomisse iniungere; de summis autem concreditis, praesertim Ecclesiae, qua Thesaurarius ratiotinium ducere; quod autem de duabus Clavibus paulo ante dictum, id de duabus clausuris et duabus Clavibus paulo magis ad authenticum sigillum referedum, ut una penes Custodem, altera penes alterum Canonicum asservatur. Sigillatis autem maiori in numero praesentiae Canonicorum, utpote finito conventuali vel finitis Vesperis, vel ubi extra hoc tempus necessitas exigit, duo adminus Canonici adsint, fieri praescribitur et observatur. De usu item longo est, ut Custos pro Sacris liquoribus Oleum, ac Balsamum procurari faciat, qui dein a Parochis seu Ecclesiis huc recursum quoad hos liquores iam consecratos instituentibus contributum

51. allatum, tamquam accidens sibi tollat. Pro praerogativa veteri tenuit Custos praebendam Göbölfalva cum filiali Hotkócz, nunc autem a longo usu Mindszent et Buglócz, quae praebendae decima iuxta fassiones Excelso Consilio Lttli Regio exhibita est

anno 1787 in Ungar. flnos 180, accidentia autem Officii in Ung. flnis 50.

Praeter hos Lectoratus, Cantoratus et Custodiatus Dignitates, quas Lodomerius quondam Archi-Eppus Strigoniensis fundavit, antiquitus sequebatur Vicariatus et Rectoratus Capellae Corporis Christi; ille desiit pro Varietate Successorum Praepositorum aut Episcoporum, hic desiit pro Successione PP. Societatis, ut supra relatum est. Nunc vero sequitur:

Quinta Dignitas in hac Ecclesia Archi-Diaconatus nempe Cathedralis, de qua paulo post in hoc eodem §-pho sub numero 7-o redit diserendi ordo. Post hanc, quae aeque prioribus annis non erat, sequitur

Sexta Dignitas Archi-Diaconatus Arvensis, de qua aequus ordo proloquendi sub numero citato 7 sequenti redit, quam.

Septima Dignitas sequitur Archi-Diaconatus Lyptoviensis. Hi tres Archi-Diaconi statim in ingressu suae Jurisdictionis omnes reliquos Canonicos, licet seniores iure praerogativae specialis etiam quoad Stalla praecesserunt, cum reductione huius Ecclesiae Cathedralis, ita ut praeter Archi-Diaconalem praerogativam hanc relatam

52. et quod Dioecesani labores, tamquam manus dextra sustineant, praeferentur pro hac obligatione et Officio Ungar. Rflnos 600 aequaliter inter se partiantur, vi fundationis Cathedralis tamen, ut in relatione Excelso Locumttli Consilio Regio anno 1784 exhibitum est. Gaudet praebenda Jamnicensi, in Ung. flnis 150. Arvensis iuxta talem eiusdem anni fassionem praebenda Ordzován et Pongráczfalva in Ungar. flnis

190. Lyptóviensis sub eadem eiusdem anni fassione praebenda Görgö et Ulozsa in Ungar. flnis 180. Praeter autem, quod Archi-Diaconus hos duos Archi-Dioecesanos Arvensem et Lyptoviensem ordine Stallorum praecedat, Ecclesiastica praerogativa gaudent, ut quibuscunque publicis Assistentiis Praelatum Episcopum Dioecesanum sequatur, tamquam Archi-Presbyter et huius officii munia tenens.

Hos nunc qua senior sequitur Parochus (Canonicus 8-us) Capitularis, qui prout munere praestat, ita in fassione Excelso Consilio Locumttli Regio Anno 1787 proposita proventuali altior tenebatur et quidem de Praebenda Koltsvensi in Ungar. flnis 190, de proventu Parochiali in Ungar. flnis 316. Quod vi muneris, qua per se, ut occasione aegrotantium Canonicorum, qua per Capellanos, ex quibus uni ex parte solutione, ut ipse in fassione propria exponit, providet, tum Sacramenta administret. Confessiones audiat continuo Dominicis et festis concionetur, adeoque doctrina verbo et exemplo omnibus ad Cathedralem hanc Ecclesiam, qua Matrem spectantibus, sed et aliis tum Várallya, tum ex vicinis oppidis, ac civitatibus subin confluit, spirituali adiutorio sed et temporali Hospitalitatis obsequi frequenter praesto sit, ac obligationi satisfaciat, notorium est: et cum Visitatione Páz-

53. mányiana Parocho imponatur Capitulari, qui utpote curae in Coemeterio sitae Capella B. M. Virginis, quam quidem S. Valentini appellabant, habuit, ut curet ne huius Sancti Confraternitas pereat, sed augeatur. Muneris et officii ulterioris erit et si ablata Capella, etsi reconditis Confraternitatibus, ho-

norem translatae Iconi eiusdem Sancti ad extendendam Dei Gloriam, quia utique et laudatur in Sanctis suis, praesertim in anniversario festi huius Sancti conservari et ubi potest et augere. Praerogativa olim gaudebat hic Parochus Capitularis, quod post Custodem Capitulum eidem distinctam domum penes Codriam, in qua Rector Capellae Corporis Christi habitaverat, assignaverat, recte tempore eo: quo 12 extiterunt Canonici, ut Domus Parochialis quasi 13-a et Rectoralis 14-a Capituli in hac Cinctura numerabantur. Illius quoque curae incumbit, ut sicut apud alios animarum curatores, ita hic tanto magis Capellanis in vigilet, ut Librum Baptisatorum, Matrimonio iunctorum, ac Mortuorum accurate, fideliter et nitide refertum habeant. Species vero Sanctissimi omni secunda hebdomada renovent.

Hunc sequitur Canonicus 9-us in hac Ecclesia, cui per fassionem anno 1787-o Excelso Locumttli Consilio Regio Hung. praebenda Janotzensi inscripta fuit in Ungar. finis 140.

Tandem Canonicus 10-us, de quo sub eadem fassione ex eodem anno eidem Consilio

54. Regio nomine Capituli praesentata est praebenda Biharotzensis, velut ultimum Stallum, quod non ita supplemento indiget, ac Officia primorum Stallorum, respective vacans in Ungar. finis 110.

Restaret inter haec referenda praebenda Körtvélyesiensis, quam praerogativae Relationi decanali referendam, seu inserendam relinquimus pro subsequi §-phi N-ro 6.

Hucusque de Dignitatum praerogativis. Altariarum praerogativa maxima olim in hac Ecclesia erat

illa de Rectore Capellae Corporis Christi, quae iam relata erat, cur et quando desierit. Altera exiguae Praerogativae Altaria Sancti Joannis Nepomuceni in Capella ad cespitem Capitularem fundata per Dominum Praepositum Scepusiensem et Episcopum Josephum Carolum Zbisko, cum Obligatione duorum Sacrorum omni mense, adeoque 24 Sacrorum, ut relatum est suo ordine redibit, quis teneat etiam nunc usitata.

4-o. Quis Canonicatus, Dignitates Altarias et Beneficia conferat, producant Instrumenta suae provisionis?

Ad 4-tam. Praepositura erat tamquam maior Dignitas, Collationis Regiae, alii volunt, olim per illos directe conferebatur, qui erant Domini Arcis Scepus., prout et Ducissa Tessinensis, Relicta Thurzónis vidua Horváth Praepositum nominavit, sed Thurzone a fide deficiente, nominationem horum etiam fidem fecisse. Successivo tempore Archi-Episcopi Strigonienses ius accepere in conferendos huic Ecclesiae Canonicatus, sede vacante Archi-Eppali Rex Apostolicus contulit, ubi sede vacante in suis ad hocce Capitulo datis Scramae magnae memoriae Dominae, Clementissima Maria Theresia de 8-a mensis Febr. Anno 1749. expressit: „quod non quidem abrogandi iuris Patronatus, sed pientissimi dumtaxat desiderii, quo vacante etiam

55. sede Archi-Eppali Ecclesiae prospicere cupiens, Dignitates et Canonicatus huius Ecclesiae conferat“ ita pariter nunc subseque penes Regem collatio manet.

In reliquo Dignitates et Canonicatus suae Provisionis instrumenta singuli Illustrissimo ac Rdissimo

Domino Comiti Episcopo Scepusiensi obsequiose deferendo exhibebunt.

5-o. An provisi emittant professionem fidei coràm Episcopo primum, vel eius Vicario, deinde coram Capitulo? et an etiam aliquod Juramentum et quae eius Forma?

Ad 5-um. Pro Praepositis et Canonicis huius Ecclesiae, postquam Provisiones suas indubias proferunt et quorum Canonicorum Lector Capituli nomine, quod tales omni reverentia acceptentur, provisiones signare solet, tum publice in Ecclesia emittitur professio fidei coram toto Capitulo et exstat instrumentum et eius Forma in Visitatione Pázmányiána distincta, pro Praeposito videlicet in casum quo prius coram Archi-Episcopo Juramentum emisisset, praemisso Juramento professionis fidei sua formalitate dictae Visitationi inserto subnectabatur „Ego N. Praepositus Ecclesiae Scepusiensis, Juro Deo Omnipotenti B. M. V. B. Martino Patrono huius Ecclesiae et omnibus Sanctis et ad ipsa Sancta Dei Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod omnia privilegia, libertates statuta et consuetudines Ecclesiae et Capituli huius imposterum cum omnibus clausulis et punctis inviolabiliter observare velim, item quod universa bona, utpote: Possessiones, Praedia, Domos, Vineas,

56. Res, ac quaecunque iura Ecclesiae tam in Spiritualibus, quam temporalibus in bono condecenti conservare et manutenere, fideliterque et diligenti cura tueri ac defendere; alienata si quae forent, ea recuperare et ad ius ac proprietatem Ecclesiae reducere, destructa vero restaurare et reformare, pro posse

meo studebo: item, quod cultum divinum in hac Ecclesia non minuam, neque illud absque ligitima causa negligam. Sed pro eius augmento fideliter ac sedulo laborabo; Residentiam personalem ac continuam penes Ecclesiam faciam. Canonicos et Capitulum indebite et extra viam Juris non molestabo, quin eisdem pro exigentia status ipsorum debitum honorem impendam. Item, quod Illmo ac Reverendissimo in Christo Patri, Domino Archi-Episcopo Strigoniensi pro tempore instituto ac legitime Canonicaeque instanti eiusque Vicario obedientiam, fidelitatem ac Reverentiam in licitis et honestis faciam, exhibebo et servabo. Omnia haec promisa ac promissorum singula me observare, nec iis palam vel occulte contraire ac contra ea aliquid attentare, quovis modo velle, pro posse meo sancte inviolabiliter promitto et Juro. Sic me Deus adiuvet B. V. Maria, S. Martinus et omnes Sancti ac haec Sancta Dei Evangelia.

Similiter pro Canonicis neorecipiendis huius Ecclesiae, hactenus forma sequens emisso prius Juramento et praedicto, Professionis Fidei coram Capitulo pullice in Ecclesia clare et distincte profertur. „Ego N. Juro per deum vivum et gloriosam Dei Genitricem V. Mariam ac Sancta Dei Evangelia manibus meis

57. tacta, quod Reverendissimo Domino N. Praelato meo et eius Vicario Successoribus ipsorum legitime hanc Ecclesiam intrantibus vobisque Fatribus meis senioribus in omnibus honestis et licitis fidelis et obedies ero, Jura Ecclesiae consuetudines et statuta scripta et non scripta observabo. Bona et Clenodia Ecclesiae non dissipabo sed etiam dissipata, vel quovis modo abalienata distractaque, pro posse meo

recuperare, Domum etiam mihi assignatam pro facultate mearum virium aedificare studebo. Arcana Domini Praelati et Capituli ipsius nemini revelabo. In executionibus peragendis et Relationibus faciendis ac exaudiendis Fassionibus et aliis omnibus rebus mihi concreditis fidelis, in Divinis quoque Officiis tractandis sedulus et diligens ero. Ita me Deus adiuvet et B. Martinus Patronus huius Ecclesiae et omnes Sancti Amen."

6-o. Per quem et qua forma solent in Realem possessionem introduci?

Ad 6-um. Dignitates et Canonici huius Ecclesiae a memoria per Cantorem Dignitatem eiusdem Capituli Canonice taliter institui consuevit, ut Neo-Electus Rocheto indutus, Mozetam in manu gerens, versus Canonicorum Chorum procedat, ubi praesentibus Canonicis Notarius Capituli alta voce vicinus Provisionem Regiam proclamat, qua sic lecta Cantor Neoelectum ad designatum occupandum stallum, iam Mozeta vesti-

58. tum tali forma designat: Ego N. Cantor et Canonicus Ecclesiae Scepusiensis invocata Spiritus S. gratia in et ad Canonicatum et Praebendam in hac Ecclesia Scepusiensi, per mortem et decessum, spontaneam resignationem honorabilis quondam N. eorumdem Canonicatus et Praebendae ultimi veri legitimi immediatique Possessoris de Jure et de facto vacantia Canonice investio, dando tibi Stallum in Choro et locum ac vocem Capitulo, cum omni plenitudine Juris Canonici, idque in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Procedunt dein una cum adiuncto ad huc alio, vel tertio Canonico adlatus Neo-Electi,

qui flectens coram Sanctissimo praementionatam, iuratam fidei professionem et forma praemissa priori puncto inserta Juramentum emittit, Te Deum intonat finito V. Benedicamus Patrem etc. cum oratione ad Sanctissimam Trinitatem pro gratiarum actione decantat, sicque institutionem discretionato Notario Musicis et aedituo, mendicis quoque sparsa aliqua elemosina, quae alias in ipso Choro fiebat, sed iam propter abusus sublata est, extra Ecclesiam distribuitur, terminat. Pari modo proceditur per Procuratorem nisi quod tardius personale instrumentum excipiendum praestolari debeat in simili Installatione.

7-o. An sit erecta Praebenda Theologalis? Poenitentialis? An non accesserint huic Capitulo nostro Dignitates quaepiam a tempore eo, quo Ecclesia nostra in Capitulo evecta est? Per quem fundata? qualibus et quantis emolumentis provisae?

Ad 7-um. De erecta Praebenda Theologali aut Poenitentiali in hac Ecclesia nihil hucusque constat, accesserunt autem a tempore eo, quo evecta est in Cathedralem huic Capitulo tres iam supra commemorate Dignitates, Archi-Diaconales,

59. utpote: Scepusiensis Cathedralis, Arvensis et Lyptoviensis, quae Dignitates, ab Augustissima Maiestate praelaudate memoriae Maria Theresia huc assignando Decimam Archi-Eppalem Strigoniensem, ex comitatu Arvensi quidem in Ungar. finis 204. Ex comitatu Lyptoviensi vero in Ungar. finis 500. pendi solitam, taliter translatae et huic Ecclesiae Scepusiensi, qua Cathedrali perpetuo addictae sunt, talibus emolumentis provisae accesserunt. Quia vero ab anno

1783. via facti publicum comitatus Lyptoviensis 100 flor. ex ratione quasi particulari ante hac primati et Archi-Eppo Strigoniensi in ponenda Strigonii aedificia, quae tamen posita non essent, ac in eum solum casum ipsi pensos fuisse, nunc praestandos simpliciter denegavit et huic reservationi insistit, ideo in restituendum his Dignitatibus tale emolumentum, tum sede vacante per Officium Vicariale, tum hac restituta per modernum Gubernantem Dioecesanum Praelatum gratiosa intercessio et Excelso Consilio Locumtţli Hungarico Regio facta est, representatio, quae si aliter evenerit saltem 600 florenorum ratam intra se aequaliter pro emolumento talium translatarum Dignitatum dividendum partiendo.

8-o. An et quae sint in Capitulo Officia, quae libera Capituli electione conferri solent? Qnod cuiusvis munus? quam diuturnum? Electio talismodi quando fieri soleat?

Ad 8-um. Officia, quae libera Capituli electione conferri solent, sunt Decanatus et Corbonatus; ille curat pro posse oeconomica; hic vero Clavim ab authentico conservat sigillo. Taxam pro expeditionibus percipit, distinctim, quis, qua ratione, quantum, ac quando

60. praestitit, inscribit, ac semper in sigillatione, quae communiter post conventuale, vel vesperas, ubi plures adsunt, fieri adsvevit, praesens, ut iterum secure recludatur, esse tenetur. Decanus prout aptus est, duobus vel tribus annis conservatur. Corbonarius donec ultimus est, semper manet; uterque in festo Sancti Gregorii eligitur, vel confirmatur, quin ideo confirmatio huius electionis ab aliquo petatur. Tempore autem

vindemiae Decano Canonico alter aeque Canonicus pro Nonatore adiungitur, nisi arctatae circumstantiae aliud suadeant.

9-o. An, quis et quae actu teneat plura Beneficia? compatibilia vel incompatibilia?

Ad 9-um. Incompatibilia nullus. Compatibilia autem primo Praepositus maior huius Capituli, qui curatum Beneficium Várallyensem, utpote Parochiam, Romano Pontifice consensum suum in Institutione Episcopatus pro condigna Praepositi subsistentia praebente tenet. Secundo Parochus Capitularis, qui praeter Canonicatum praedictam Parochiam Capitularem possidet.

10-o. Qualis Residentia requiratur in Canonicis huius Capituli? Si qui ad aliquod tempus discedant, a quo soleant petere licentiam? Num et poenae statutae in absentes?

Ad 10-um. Observatur in Canonicis huius Capituli continua Personalis Residentia, si quos abscedere contingat, id fit cum scitu Capituli et Praepositi, si vero ad longius tempus etiam cum licentia et scitu Episcopali, ubi tamen pro Officiis et muniis suis alium concanonicum interim substitutum et requisitum habere tenentur. Poena statuta in absentes non dabatur hactenus alia, ac non participatur de his, ubi prout in Votivis personalis praesentia requirebatur, neque de his, quae corruptioni subsunt, aliquibus per decanum aut V. Decanum, fructum ante hac Castanearum et se similium distributionibus

61. accidentalibus. Ceterum de simili poena Canonica Visitatio Pázmányiana regularem Tridentino

conformem refert ordinationem, ut si quis per annum ultra Trimestre spatium emansionem ab observatione Residentiae extenderet, si casu, si per negligentiam, quomodo prius medii proventus, quomodo, si non resipiscere velit, integri, ultimo autem Beneficio simpliciter privandus foret talis negligens Canonicus. Talis non datur casus in hac Ecclesia, aut Capitulo.

§. IV.

De reliquis Clericis, Laicis Ecclesiae huic ministrantibus.

1-o. Suntne praeterea Sacerdotes, aut Clerici, Ecclesiae huic servientes? Qui? Quot? Sub quali nomine et titulo? quod eorum Officium, vita? et mores? quae in Officio implendo singuli cura? quae habitatio? Sollutio? et unde tam illa paretur et conservetur, quam haec praestetur? Si quae sunt eatenus Fundationes, legata producantur?

Ad 1-um. Sunt praeterea Sacerdotes duo Capellani curati, Stephanus Gomay et Ignatius Hain, quorum Officium praeter provisionem infirmorum per et extra Capitulum huc ex filialibus quoque spectantium, est Missas Conventuales quotidie, prout et Horas Canonicas decantare, ac in eadem hac Ecclesia Ordinariis Dominicis et festis exceptis solum summis festivitatibus, quibus, ut supra relatum est, Canonici ipsi Conciones dicunt, alternatim concionari et dum Dominicis et festis Canonici Missas Conventuales decantant, tanto magis, dum Episcopus pontificat, Litt. **G.**, vita et mores eorum quantum obser-

62. vare licet, probi ac singularum in Officio implendo cura sedula, praelaudando tamen primi. Habitatio eorumdem non ita a longiori tempore ad hanc Domum presbyteralem superiorum indultu translata est, antea in domo Capitulari infra hortum Episcopalem existente per Capitulum parata et conservata. Quisque illorum salarii titulo sollutionem percipit Ungar. florenos 120. Quorum sollutio inde provenit. Usque annum 1743. unus tantum Capellanus, tam per Praepositum, quam per Capitulum intertenebatur Ung. flnis 60 ab utrinque solutus. Anno autem eodem ex substantia Sigismundi Hasko collegiatae tunc huius Ecclesiae Scepusiensis Canonici cooperante tum Excellentiss. Consiliario Mattis Sacrat. Francisco Barkótzy huius Capituli Praeposito, ab Archi-Episcopo Strigoniensi et Primate Emerico Eszterházy impetrati sunt Ungar. flni 4000. ex quibus Capitulum Ungar. flnos 2000 accepit erga onus perpetuum unum Capellanum ex his intertenendi, a residuis Ungar. florenis 2000 interusurium Ungar. flni 120 datur ex Cassa Decanali tamquam Salarium uni ex istis, altero a Praeposito, ut supra commemoratum est, Ungar. flor. 60 soluto, ex eadem Haskoiana respectiva Fundatione, aut quia ab intestato decessit, ex eius substantia Archi-Episcopali determinatione et legitima Capitulari obligationis acceptatione ut sub Litt. **H.** docetur, eidem Capellano quotannis Parochus Capitularis ex suo alios Ung. flor. 60 addere obligatus et taliter hic etiam Capellanus Ung. florenos 120 percipit.

2-o. Suntne itiam Laici servi in Ecclesia? Qui? Quot? Cuius Officii? Quae vita eorum? et mores? unde

et ubi habitatio? unde solutio? producantur eatenus Instrumenta?

Ad 2-um. Servantur etiam et quidem necessarii huic Ecclesiae laici, servi N-ro 6. Josephus Schmidt Organi Musicus, Joannes Ptácsek Succentor, Mathias Vitkóczy Cantor et Joannes Bjaczovszky Bassum

63. cantans: hi tres Musici sunt quoque Fidicines et Tubicines, quintus est aedituus seu Sacrista Josephus Fridmanszky, sextus qui folles Organi calcat, pater aeditui. Vita et mores eorum modesti, praeter quam quod unius Musici habitatio et solutio praestetur a Praeposito nunc Episcopo, item media solutio pro Organista et Aedituo seu Campanatore, a proportione cum Capitulo, reliqui tres Musici seu Cantores pure a Capitulo in salario et habitatione, prout in habitatione Organista et Aedituus, et Calcantista pure a Capitulo extra Capitulum ad muros, seu cincturam, unico Vitkóczy Musico excepto in Domo Capitulari, nunc supra Cubicula Aeditui, Aeditus autem et in eadem Domo et antehac habitatione Capitularis Notarii, provisi sunt. Distincta eorundem solutio clarius et in Instrumentis Decanalibus et Custodialibus eatenus hic producendis continetur, ut sub H. H.

3-o. An non fuerint antea plures Ministri Ecclesiae? quot? quales? quando et cuius auctoritatae sunt imminuti?

Ad 3-um. Si quaestio quoque sonet de Ministris Sacris, id unum referri posset, quod licet ad annum 1743 unus tantum, ut iam praemissum est Capellanus servabatur, Praecessores tamen nostri referant exstare

Joannis Praepositi de anno 1340. Testamentum, in quo quatuor Capellanos pro absolvendis Horis Canonicis fundat. Curiam suam Budae ad calidas aquas, item Vineam, nec non censum de sua Villa Ivanossi cum omnibus obventionibus promittendo; utrum autem aliquando ad effectum

64. talis Fundatio devenerit, nullum extare vestigium, sed tanto minus de ministris Ecclesiae huius Laicis, quod plures antea fuissent, aut quando et cuius auctoritate fuissent imminuti.

4-o. An Cathedralis ista Ecclesia habeat domum Praeparandorum? Seu Neo-Presbyterorum, quae Fundatio, a quo facta? et an in realitatibus, vel capitalibus existat? Pro quot personis?

Ad 4-um. Cathedralis haec Ecclesia habet omnino domum Praeparandorum, seu Neo-Presbyterorum illam, in quo loco ultimo Residentia Patrum Societatis exstabat, quae in structuram modernam sub Excellentissimo Domino piae memoriae Carolo de Salbeck Episcopo Scepusiensi, peculiari industria et Regulatione quantum spatium admisit, eleganti reducta est: quae Fundatio a quo facta et quibus realitatibus, vel Capitalibus, ac pro quibus personis existat, designat Donationalis sub Litttera **I.** hic adclusa Caroli Hornlák Abbatis et Canonici Scepusiensis, qua domus huius Presbyteralis Directoris Connotatio et Desriptio.

§. V.

De Juribus et Proventibus temporalibus Capituli.

1-o. Habentne Dignitates Canonicatusque suas Domos? Quot? Per quem? Quo ordine conferantur? A quo sarta tecta et an debite conserventur? Quis eorum conservationi invigilat?

Ad 1-um. Dignitates et Canonici suas Domos omnino in hoc Capitulo habent proprias Capitulares, ita ut vi Resolutionis Regiae eo ipso per talem denominationem et supra relatam Canonicam Institutionem Domum sibi conpetentem et per Capitulum vacantem declaratam primo adventu ingredi valeat, quam dein conservare et pro viribus aedificare tenetur, suntque nunc 10 tales in hac cinctura Canonicales Domus, quae per ordinem primo Senii, si mutatio aut obitus Jus vacantiam causet, dein respectu melioris conservationis, reparationis

65. habitae prioris per Capitulum conferuntur, ita ut illis qui spe consequendae melioris Domus suos negligant, in conformitate Visitationis Pázmányianae ad alias transire non permittatur, si tamen praetensionibus suis, quacunque ex ratione et praetextatis meritis ulterius insistere non desinant, fit, ut factum est saepius, ut si Capitulum dein flectatur praecibus et Domibus prioribus in mutandam Residentiam egredi prius non sinantur, nisi mulcta relicta successori, facta prius Revisione et aestimatione Capitulari pro statu neglectorum deprehensorum, sartorum tectorum, sub-

inde in 200 flnis, subinde in 100 Imperialibus, aut in summa minori pro aequitate et Justitia tamen designanda referenda et a Capitulo determinanda, ni malit in statione manere, pro qua praeelectione non facile timendum est, praesertim ubi experientia praesens nunc aliud docet, quod intra exiguos annos aliam faciem Capitulum in aliquibus Domibus tam ad extra, quam interius induerit, ac in dubie uberius ornaretur, ni infaustae temporum vicissitudines ipsos ad multa meliora erectos animos copiosis et fere insuperalibus inpedimentis arcerent. Alias duo Canonici per annum deputantur, qui domos visitent, etsi desolationes deprehendant, Capitulo deferant et si pecuniae in reparationem decidantur, a neglectore, an accurate impensae sint, Decani esse super eo quam primum advertere.

66. *Singulae Dignitates habentne peculiaria quaepiam bona, seu qualescunqne reditus? Quae? Ubi? Quando? et per quem fundata, seu atributa? Ubi adest, producatur Instrumentum Fundationis aut Donationis, dispositionis, qua ratione singuli sua Jura administrent? Solentne locare extraneis an et ultra trienium? Nihil-ne alenienatum aut deterioratum? Per quem? Qualiter? Summa proventuum in pecuniam redacta — quantum quotannis circiter efficiat et haec omnia puncta ordine pertractentur, quoad omnes et singulas Dignitates, Canonicatus et Officia, qualescunque peculiores, fructus, redditus in Capitulo habentia.*

Ad 2-um. Peculiaria nec Praepositularis Dignitas, distincta bona aliqua habet, neque aliae in hoc Capitulo Dignitates, aut Canonicatus, si paucas Vineas, utpote Lectoralem et alias quinque altariales, quas

seniores distinctim cultivant, item decimas, quas quivis Canonicus ex praebenda sua distinctas et quidem in specie a singulis expositas refert excipiamus, unde distinctos reditus eruunt, quin tamen determinari possit, quae ubi per quem directe fundata, seu attributa sint, aut eorum fundationis instrumenta, Donationis item, aut Dispositionis, quam usus legitimae successionis, vi provisionis collationalium Regiarum, ac tali ratione singulus sua Jura capit ac administrat, si tamen exstraneis decimas tales ex Praebendis locent, id pro singulo anno, vel ideo distincto initur Contractu, cum nemo certus esse possit, an non sequenti anno altera decima eum concernat, aut Praebenda. Quod vero abalienationes, aut deteriorationes bonorum in communi concernunt, has ut in primo §-pho de Ecclesia iam relatum est et uberius in Visitatione Pázmányiana quoad omnes praedictos quatuor Comitatus, in quibus Capitulum hoc bona possidet, fuse ac diserte deducitur, non paucas factas fuisse Jurium ac Bonorum partim iniuria temporum, partim vero Praepositorum, qui Capitulum opprimebant, libitu et potentia alienationes, ad quas abalienationes deducendas, ulterius per quem? qualiter? si quidem amplior campus in eodem §-pho N-ro 4., quaesiti ordo redeat, illuc alia referenda asservamus.

67. Nunc ut summa Proventuum in pecuniam redacta, quantum quotannis circiter efficiat, quoad omnes et singulas Dignitates, Canonicatus et Officia, ac qualescunque fructus et reditus in Capitulo ita deducitur in conformitate ultimarum Fassionum de anno 1787. Excelso Consilio Locumttli Regio praesentatarum; et quidem Praepositis ex Communi Bonorum et

Sacrorum administratione percipit Ung. florenos	922 xr. $28^1/_2$
Ex Resolutione Regia in titulum aequivalentis Parochiae Várallyensis donec stabilis fundus alter assignari possit prout intimati Regii verba sonant.	
Ex fundo Religionis	1000 xr. —
Pro Sacris Altariae in Capella Sancti Joannis Nepomuceni Nro 24. flor.	24 xr. —
Ex vinea Altaristica . . . . „	6 „ —
Summa Ungar. florenorum	1952 xr. $28^1/_2$

Reliquae Dignitates et Canonici in adnexis hic sub Litt. **K.** adclusis pari fidei dignitate, iuxta fassiones Anno 1787. Excelso Consilio Locumttli Regio praestitas, reditus suos obsequiose exponunt.

3-o. Texatur elenchus omnium bonorum cum nominibus possessionum integralium, vel partialium, item praediorum. Quae iura Dominalia specifice in illis exerceantur? Quot Colonos numerat? Quae earumdem possessionum? Quando? Per quem? Sub quo onere sit collata?

Ad 3-um. Exhibetur obsequiose elenchus in ipsa fassione, attacta contentus, ubi status omnium bonorum huius Capituli cum nominibus Possessionum, tum partialium, item Praediorum unde Jura Dominalia specifice innotescunt, ac pariter numerus colonorum singularum Possessionum, sub Littera **L.** ast quando? per quem? sub quo onere singula Possessio collata sit, hoc

68. difficile est statuere, eo quod onera penes haec bona Praeposito et Capitulo imposita generali-

bus duntaxat terminis exponerentur. De Almás „Terram Almás ob remedium animae Matris nostrae Clarae damus memoriae et Conferimus“ ita Béla de anno 1249. in quibus illud etiam deduceretur, Mathiam Praepositum retulisse „Litteras Andreae Regis super Almás extradatas, in generali subversione Tartarica periisse, etiamsi in praenominata Terra Ecclesiae ante provisum non fuisset, dictam Terram Almás ob remedium animae Matris nostrae Clarae memoriae damus et conferimus. „In similem sensum onera quoque super Lethon per eundem Belam Regem, Praepositum et Capitulum manere exprimeretur.“ Illam Ecclesiae S. Martini de Scepus. et Praeposito eiusdem Ecclesiae conferri pro remedio animae Charissimi fratris nostri Regis Colomanni.

De Kolatsko Andreas Rex anno 1293-o Jacobo Praeposito, qui in Donatione hac Episcopus etiam nominatur et Capitulo collato, aliud onus non exprimit, quam quod sequitur, maxime ob reverentiam et devotionem, quam in Beatum Martinum gerimus et habemus, pro salute nostra et remedio animae nostrae, praedictam sylvam nostram cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis, ipsi Episcopo et Capitulo dedimus, donavimus“ quid oneris Praepositus et Capitulum a Liszka per Belam Regem collata habeat, donationales desuper de anno 1248-o datae exprimerunt, nempe quod nos ceterorum intuitu, temporalia spiritualibus transitoria perpetuis felici commercio commutare volentes, pro ob-

69. tinendo quoque nobis ac animae felicis recordationis Colomanni quondam Regis Charissimi fratris nostri salutis aeternae remedio, quandam terram Liszka Ulaza (sic) nuncupatam, ad nos immediate pertinentem, et vineam cum uno situ Curiae in Potok contulimus, dedimus, tradimus et donavimus Ecclesiae B. Martini de Scepus. Unde onus pro fundatoribus orare, ad eorum mentes conventuales Missas quotidie offerre, libenter omni in observatione sustinemus.

4-o. Nihilne ex veteribus Capituli Possessionibus, Praediis abalienatum? Si quid, edicatur, quando, per quem, quomodo?

Ad 4-um. Amplus super hoc puncto excurendi campus non folia, sed Libros refertos redderet, ad singula huc pro plenis utriusque partis notis referenda. Pro primaria tamen abalienata Possessione et veteri magnae considerationis Capituli substantia teneremus oppidum Göntz in J. Comitatu Aba-Ujvariensi situatum, cuius revindicationi insisteremus et nunc, ni nervus et felicior progrediendi modus, nos nunc in suspenso relinqueret, tanto magis nos insistere iubet Pázmányiana Visitatio hac expressione: „Ut pro optimo „Ecclesiae Jure, quod non esset extinctum, actio „quamprimum instituatur eiusque prosecutio commu„nibus expensis Praepositi et Capituli fiat, atque hunc „in finem communi salario conducti procuratores ha„beantur, assistatque semper pro rata, tam quoad ex„pensas, quam quoad alia ex Capituli ordinatione ali„quis Canonicus, Domino Praeposito negotium sincere „et candide promoventi.“ Notandum oppidum Göntz ad Dominum Praepositum et Capitulum Testamentaria dispositione Stephani quondam Zápollya comitis

70. palatini Regni Hungariae, cuius Testamentariam dispositionem Uladislaus Rex Hungariae cum do-

natione confirmavit devenisse; cum pura item statione adque usque ad tumultus Joannis Zápollya coronam Regni affectantis, in pacifica possessione Capitulum fuisse, tumque per occupationem ab Ecclesia Scepusiensi avulsam esse; coepit enim via occupationis in Comitatu Aba-Ujvariensi ad optinendum idem oppidum, tamquam ad ipsam arcem Scepusiensem pertinens Joannes Thurzó, primum quidem contra imperatorem, ac Regem Ferdinandum, dein contra Stephanum Dobó agere. Huic actioni Bornemisza Praepositus Scepusiensis in dicto comitatu oposuit, ingessitque se familiae Thurzónianae, quae ingessio et admissa et oppidum readiudicatum fuit Ecclesiae. Hoc iudicio non contentus Thurzó, per appellationem deduxit ad Tabulam suae Maiestatis, readiudicatione autem comitatus a tabula quoque approbata, restatutio pariter penes comissionales ex tabula in comitatu est peracta. Erat itaque iterum in possessione praememorati oppidi Ecclesia Scepusiensis, donec familia Thurzó novam praetensionem adinvenit nempe, quod causa adhuc penderet in appellatione quoad ingessionem, quam familia Thurzóiana eotum potissimum appellasset, nec in ea parte comitatu transmissa fuisset deberetque in ea parte de novo transmitti, ac iudicari, cum transmissis non sua sed Judicum culpa fuisset omissa. Re igitur in tabula penes novam transmissionem de novo multum agitata, cum cadere se a causa observaret familia in tabula, deduxit eandem per viam

71. Apellationis in praesentiam Domini Locumtenentis. Ibi primum reformato priori iudicio deliberatio extitit: non debuisse admitti in occupationis actione ingessionem in comitatu, eamque ruere debere,

qua ruente, restituendam esse familiam Thurzóianam. Hac igitur sola via, nempe solius ingessionis cassatione, per quam actio fuerat inchoata, remota fuit Ecclesia Scepusiensis a possessione oppidi Göntz, licet alias optimo Jure ad eam Ecclesiam oppidum illud pertineat. Mansit tamen Ecclesia Scepusiensis in possessione oppidi usque annum 1588. quo adhuc anno, uti ex originali praeexistente Documento patet, impetravit a Rudolpho II-o Mandatum contra impetitores, qui possessorium eiusdem turbare tentarunt. Anno 1589. Praepositus Scepusiensis impetrata ab Ernesto principe facultate, causa maioris defensionis, turbulentis iis temporibus necessaria, titulo sequestri commisit oppidum praedictum Arcium illarum Capitaneo nomine Kilmon, qui tamen potentia Alexii Thurzó victus eidem oppidum resignare coactus est. Medio hoc tempore quidquid Ecclesia sustentanda iura sua potuit, fecit, nequivit tamen in possessorium oppidi sui reingredi, quod deinceps Thurzónes usurpabant. Subinde, deficiente nempe masculo Thurzónium succesóre anno 1638 Ferdinandus III. prae-

72. dictum oppidum cum plurimis aliis comitatus Scepusiensis Bonis Stephano Csáky contulit in summa 167799 Ungar. florenorum, in qua summa bona quidem omnia inscripta fuere, adiuncta clausula „Salvo Jure alieno, praesertim Ecclesiarum Dei signanter in oppido Göntz habitato, cui neutiquam per praesentes derogari volumus.“ Ex eo tempore familia Csáky usque praeseus manet in possessorio; Ecclesia medio hoc tempore per varias Instantias Jus suum frustra quaerente, donec tandem anno 1764 sub Praeposito Scepusiensi Josepho Carolo Zbisko solennem

processum ex Jure coram Tabula Regia incaminasset; processus praedictus decurrit favorabiliter et pene iam ad meritum ventum est, dum se ingessit Fiscus Regius, qua evictor familiae Csákyanae; post Ingessionem mox anno 1765-o impetrato mandato processum ad viam Instantiae avocavit. Jam sub via Instantiae dormiente causa, anno 1768 Director causarum Regalium oppinionem suam Excelsae Camerae Regiae Hungarico Aulicae die 22. Maii deprompsit. In hac admisso consensu Regio statutione pura et usu 44 annorum in possessorio positae Ecclesiae, duo ex Jure controvertit: primo quod Ecclesia actrix Jura sua dumtaxat in transsumptis propriis, respective transsumptum transumpti exhibeat, quae ex tit. 15-o secundo probam non constituunt. 2-o. Quod Jus primorum Zápollyianum, in cuius testamento principium aquisitionis fundatur, non probet, ad quod tamen teneretur Actor in petitorio constitutus. 3-o. Quod licet Ecclesia antiquum suum Jus et possessorium sine

73. processu deducat, ea tamen, quae pro Jure suo et in probam Juris adducit, insufficientia censeat ad id, ut Donatio Csákyana non subsistat. Quid super hac aetate adhuc Praepositi Zbisko ultra actum sit, non contat, subinde autem anno 1778-o sub denato Episcopo Scepusiensi Carolo Szalbeck communibus expensis et consiliis Capituli et Episcopi expeditus est Viennam cum plenipotentia agendi gremialis Canonicus Joannes Fridvalszky, instructus documentis necessariis ea cum inviatione, ut apud Augustam Dominam Mariam Theresiam pro causae prosecutione et ad iura Ecclesiae vindicanda apud eandem supplicet, et agat. Egit ille naviter offum suum et repetitis ad

Augustam Instantiis Jurium Ecclesiae productionibus, Replicis ad difficultates per Opinionem Directoralem productas, exhibitis, Excelsam Cancellariam Aulicam de Bonitate Juris et aequitate Praetensionis informare laboravit; qua occasione eidem Excelsae Camerae srcipto exhibuit ad memoratas supra opinionis Directoralis difficultates Replicam et quidem in specie quoad 1-a quod dum opus erit, loco transsumptorum Documentorum Originalia ipsa, vel ipsa transsumpta ex Libris Regiis Ecclesia producere sit parata. Quoad 2-a quod Jus Zápollyanum, in quantum auctori incumbet, quale fuerit edocebitur. Quoad 3-um quod edocto bono Jure Ecclesiae Donatio Csákyis per fiscum interventa salva esse non possit; cum ipsa illa Donatio in clausula sua salvum ius Ecclesiae signanter in oppido Göntz esse voluerit.

74. Quod enim Jure bono Ecclesiae fuit, Fisci esse non potuit, proinde nec a Fisco iure bono in Csákyanos devolvi.

His superatis medio tempore apud Cameram Aulicam causa quidem delitescebat, tandem assumpta et revisa, Augustissimo modo regnanti Principi relata extitit; qui etiam anno 1784. die 20. Aprilis medio rescripti Camerae Hungaricae Posoniensis intimavit Resolutionem suam, in qua „neque Fiscum Regium ad praestandam praeattacti oppidi Göntz evictionem obligari, neque Capitulo ordinariam viam Juris occludi posse.“ Declaravit, ut sub Litt. B. ex interventu huius Bgni Decreti, per quod Fiscus ab evictione Baronis Samuelis quondam Dezseöffy, qua possessoris Jurati, nec non Excellentissimorum ac Illustrissimorum Dominorum Joannis et Georgii Csáky, Dominae item vi-

duae Comitissae Antonio Csákyanae, qua Evictorum et Supervictorum, quoad Göntz amotus est. Consilia ad prosecutionem processus huius Tabularis agitata, sunt inter Episcopum et Capitulum. Mox mense Majo interpellatus Dominus Georgius Bernáth Agens Viennensis, ut informet, ex quibus principiis processerit haec Maiestatis Resolutio; ut Fisco ab ingressione remoto, Ecclesiam ad viam Juris prosequendam admiserit. Dominus Agens deductis Principiis ex quibus Resolutionem emanasse persvasus fuit, svasit, ut penes Intimatum Camerale prosecutio defensae adornaretur.

Eodem itaque anno mense Augusto exmissus Canonicus Gremialis Georgius Klobusitzky ad Tabulam Regiam Pestinensem, reliqua inter comissum habuit, ut ex ductu Bonorum Amicorum negotium processus huius prosecutionis concertaret, qui etiam sequentia retulit: Delectum a se fuisse ex tribus primariis procuratoribus Tabula-

75. ribus Dominum Antonium Fejér, qui ex communicata sibi deductione Jurium Ecclesiae oppinione Directorali anno 1778-o ex rescripto Excelso Camerae hoc anno intervento, Jus Ecclesiae salvum esse agnovit: quia interim processum ipsum ex Tabulario Curiae habere non potuit, eo quod acta omnia in cistas convasata Pestino Budam transferenda fuerunt, determinare non scivit viam, qua prosecutio huius Causae instituenda venisset: An nempe nova actione, an in forma instituti in processu assumpti; cum enim, inquiebat, inter obiectiones Fisci, adeoque partis incattae notetur; praetendi ab Actore ad Jus primorum Zápollyianum doceat, videtur actio in processum primitivo instituti esse, ad aquisitionem Juris in quo

casu ad edoctionem Juris primaevi Zápollyiani per partem incattam, utpote actu in possessorio existentem, actor omnino stringi posset. Ex quo autem Ecclesia iam Jus suum imo Possessorium 44 annorum recognoscente etiam Fisco edoctum haberet, non iam ad aquisitionem, sed repositionem Juris agere potest et debet: et tum illa quaestio Fisci de edocendo Jure primaevo Zápolyiano locum non habet; censuit ea propter praestolandum esse, quoad tabulario iam Budae collocato, processus ipse videri, vel quod consultius esset, expediri possit, ut inde de instituto novae actionis concludatur. Addidit praeterea, quodsi etiam Ecclesia in Fundamentali hoc processu ad aquisitionem Juris instituto triumpharet, in processu repositi-

76. onali pars incatta semper se defenderet exceptione hac, quoad edoctionem Juris Zápollyiani.

In hoc situ rei commissum est Domino Agenti, ut Tabulario Budae locato, procuret processum inspicere et inde sua sensa scripto dominatui submittere.

Ex eo iam tempore, partim quod Archivum Tabulare successive et tarde in ordinem suum reductum sit, partim quod intervenerit mors Episcopi Scepusiensis Caroli Szalbeck, partim, quod praefatus Dominus Fejér ad Tabulam districtualem Eperiessiensem translatus sit, in merito negotii nihil actum fuit.

Pendet proinde ab Illustrissimi moderni Episcopi et Capituli ulteriori determinatione; ac ex lata serie hactenus deductorum, si ad prosecutionem causae procedere conclusum fuerit, illud ante omnia necessarium videtur, ut procuretur expeditio processus Tabularis, ex cuius ductu et tenoribus ad alia consilia concernenda, inviatio capi potest: quibus feliciter superatis, ad possessio-

nem praefati oppidi Göntz Ecclesia Scepusiensis, ad quam optimo iure pertineret, licet tamdiu remota Deo concedente, iterum reducatur.

De Kolatsko possessione id particulariter adnotatur, quod ex aequo hanc Praepositus cum Capitulo possederit.

De possessione Dravetz vero substratum sic habet: Ferdinandum III-us Imperator domum Hospitalem ordinis S. Antonii Crucigerorum in possessione Dravetz Cottui Scepusiensi ingremiata fundatam, una cum eadem possessione Joanni Pálfalvay Praeposito et Capitulo Scepusiensi anno 1655-o contulit, cuius intuitu mandatum eodem anno 1655-o

77. ad Cameram Scepusiensem dederat, ut in praedictam possessionem Dravetz et domum Hospitalem eosdem, Praepositum et Capitulum introduceret. Benigno huic mandato Camera optemperare volens consistorio suo Camerali erecto, per procuratorem Fisci Regii, ut A. contra familiam Tluk, alias Dravetzky, temperaneos possessores Dravetz, ut JJ. processu controversiam hanc discutiendam comisit, bona Fisco Regio readiudicavit, summamque Inscriptionalem temporaneis possessionibus levandum decrevit anno 1656-o.

Praedium Margitfalva privative Capitulum concernens, Ludovicus Berthoty, qua officialis arcis et aeque ab Orlótz, in Comitatu Scepusiensi, antiqua abalienatione ad Arcem Scepusiensem abstraxit. De quo Praedio in Regnicolari Protocollo ad annum 1510. habetur, qued Hedvigis Ducissa Tessinensis relicta, nec non Joannes et Georgius Filii quondam Stephani Zápolya, medietatem Praedii Sz.-Margita Telke in comitatu Scepusiensi existentem, indebite

conventualem et Regium factum, in quo deduceretur, de Scepus. remiserunt, cum relaxatione florenorum 6. solutionis auri nuncupatae ratione Praedii Aranyos quotannis pendendae. Quod Praedium ita Capitulo restitutum, supra nominatus Ludovicus Berthóty rursus a Capitulo abstraxerat.

In Visitatione Pázmányiana deducitur Praepositum Scepu-

78. siensem Pethe de Hetes vineam Cantoralem abalienasse, ac ad manus certi Nicolai Sztunkay devenisse, quae apud successores ilius quaerenda foret. Item quod Georgius Bornemisza Praepositus duos Colonos et quatuor Inquilinares, Molam et Serram in Alsó-Szalók, expresse per potentiam Capitulo abalienavit, in quorum usum Meltzeriani successores essent; item quod Joannes Horváth Praepositus Scepusiensis in Olsavicza tres Colonos servitori suo cuidam Sranaczer, qui Capituli erant, taliter abalienavit, ut dein processu mota per Capitulum ad sequestrum positi, supremo comiti successive per Christophorum Thurzó Andreae Berzevitzi donati sunt. Idem Praepositus a Capitulo tres Colonos in possessione Brutócz ademit et suis ad possidendum reliquit, quos Capitulum a Christophoro Zmerchen optimo Jure superinducta nempe donatione statutioneque acceperat. Porro: quod medietas Lethon, Liszka, Kolatsko et reliquorum Capitulum concernunt, patet ex Instrumento Lodomerii Archi-Eppi et Muthmer Praeposito de anno 1281., ex quo eluceret, iam tunc fuisse Capitulum in possessione medietatis Lethon et Hejmuth. De medietate Liszkae, Garadna, Kolatsko, docet Introductorium sub Sigismundo Rege, ad eiusdem Mandatum anno 1390. per

occupatam Dominis de Capitulo Ecclesiae B. Martini quod postquam conventuales et Regius Praeposito illius temporis Nicolao, in domo habitationis suae circa praedictam Ecclesiam

79. reperto, talem Divisionem recitassent et seriatim exposuissent; ipse in omnibus articulis suis et continentiis acceptasset, ratificasset et perpetuo stare, prout facta est, consentiendo roborasset et perpetuasset, exstant desuper documenta, ex quibus manifeste patet, in medietatem praemissorum Capitulum privative esse introductum.

5-o. Ad bona Capituli administranda qui? quales? ubi? et quot habentur Officiales? Quo Stipendio? An et quam frequenter, an cui reddantur rationes? An et a quo censurentur?

Ad 5-um. Ad bona Capituli administranda in J. Comitatu Zempliniensi Liszkae habetur Joannes Botsánszky provisor; praeter deputatum in Tritico metretas 3., Silig., metr. 9., Hordei 4., Avenae 10. Vini vas 1. Habet Stipendium Ungar. flor. 100. In J. Comitatu Aba-Ujvariensi, Kis-Idae Stephanus Borda provisor, qui aeque praeter deputationem in Tritico metr. 6. Silig., metr. 14. Hordei 5., Avenae 15 et unum vas cerevisiae, habet Stipendium Ungar. floreni 91. In J. Comitatu Ssepusiensi Jacobus Sztankay Spamus in Capitulo residens, ad latus in oeconomicis Decano circa Capitulum serviens, aeque penes deputatum Siliginis Cubul. 12. Hordei 12. Orgias lignorum sine sectione et vectura 10. manipulos 400. Pratum in Orlovetz duorum curruum capax et agrum. Stipendium habet Ungar. floreni 41 xr. 40. Provisores praedicti singulo anno rationes Capitulo dant, quae a Capitulariter deputatis Canonicis censurantur, qui magis rerum notitiam habent.

6-o. Quis modus in dividendis proventibus Canonicalibus? Quid, quantum detur singulis in natura? Quid? Quoties et quantum circiter in pecunia? Quis elaborat ratam singulis competentem? Quis dividit? quo discrimine? an aequliter omnibus?

Ad 6-um. De frugibus in Campis per Cruces, et aut vocatos Mandeliones, disponente Canonico Decano, sub cura

80. Spani et subalternorum aequaliter, pro posse, ligatas et dispositas, servi Capitularium Canonicorum sortes desuper trahunt de muneris nunc 9. iuxta senium Dominorum inchoando a Praeposito et sic de reliquis, ita ut singulus in natura hoc anno perceperit, Tritici Mandel. 6 et 12 ligaturas, Siliginis Cruces 108 et 3 ligaturas, Hordei Mandel. 77 et 7 ligaturas, Avenae Mandel. 10 et 3 ligaturas. De vino singulus vasa $12^1/_2$. Quod distributiones, seu divisiones pecuniarias concernit, haec licet prioribus maioris Benedictionis annis, iteratis per annum vicibus a Decanis fieri potuerint, nunc tot necessitatibus et expressatis sub variis titulis ex cassa Decanali exortis expensis regnantibus et Contributionibus, Deo grates referre deberemus, si loco talis sub anni decursu expectandae pro more divisonis, ex proprio potuis illi Cassae non inserere cogamur, dummodo cum fine Gregoriani anni, unam saltem Divisionem aut 100 florenorum singuli nanciscamur. Et haec quidem per adiutorium aliorum Comitatum, seu verius loquendo solius Kis-Idensis Provisoris, si quid in pecunias con-

verti licuit. Cum ibidem nec pro semine quid in natura remaneat, sed omni anno adhuc emi debeat. Ratam autem talem singulis competentem dividit Decanus sine discrimine aequaliter omnibus.

De votivalibus, altaribus, aut Curatela fundationis puellaris, Divisionibus, Curatores horum Cassarum pro ratione perceptorum Interusuriorum iuxta suas Tabellas Divisiones competentes elaborant, et praestant.

7-o Quando et per quem facta fuit Divisio decimarum? aliorumque utilium Stallo Capitulari adnexorum?

Ad 7-um. Divisio Decimarum, seu Praebendarum, videtur esse tunc statim facta, dum Praebendae et Canonicatus fundabantur. Et quidem quoad Lectoratum, Cantoratum et Custodiatum

81. Lodomerio Archi-Eppo qui illos fundavit, quique circa annum 1280. vixit. Quoad reliquos Canonicatus vero tunc dum fundabantur, ut factam sub Luca Praeposito, qui anno 1282. 6 Canonicos fundavit. Tres vero Dignitates in erectione nunc Cathedralis Ecclesiae, dum ratione Dignitatis alios licet veteriores Canonicos e stallis representerint, iuxta senium cum praecedentia Stallorum consecutae sunt ita, ut et decuit, volente Dioecesano Eppo.

8-o. Elaboretur fidelis Elenchus summarum Capitalium pro Missis Anniversariis, Votivis et Altaristicis cum expressione, quae summa? Ubi? erga quem censum elocata? An census accurate solvatur? apud quem, quantum restet? an non forte quoque Capitalia et apud quem periclitentur?

Ad 8-um. Talis fidelis Elenchus summarum Capitalium elaboratus, pro Missis Votivis, Anniversariis et Altaristicis cum accurata determinatione, quae summa, ubi et erga quem censum elocata sint, ac qualiter census solvatur, apud eos exstat, qui harum summarum curas gerunt, quique eundem obsequiose cum restantiis et ubi Capitalia periclitentur, exhibebunt, dum et quando libuerit.

9-o. Ex fructibus harum summarum ut quis participet, quaenam conditiones requirantur et qualis praesentia?

Ad 9-um. Ad hoc, ut quis participet ex summis votivorum et altariarum, Sacris votivis interesse debet, ac tenetur; vere infirmi tamen et qui in negotiis Capituli absunt, nunc iam pro praesentibus habentur. Item participans altarias, pariter eas absolvere tenetur et quidem a festo S. Gregorii unius anni, usque idem festum alterius anni, iuxta seriem se de tabula exposita in Sacristia concertentem.

10-o. Quis? quane mercede invigilet Juribus Capituli revindicandis, vel defendendis? quis activos et passivos Capituli processuss promovet?

Ad 10-um. Juribus Capituli Praepositus cum Capitulo adhi-

82. bitis Jurisperitis Advocatis et Procuratoribus, per promotos activos iam passivos occurrentes processus, revidicandis, tum defendendis, pro posse una invigilant, mercedi nonnisi processuali pro Procuratoribus susceptis a communibus Capituli Proventibus fulcienda. Cum nullum Aerarium in sustentanda Jura Capituli praeexistat; ratio existit pro liquidis

debitis, vel adursione Capitulum et neglectorum interusuriorum reaquisitione, ubi talis cassa ad quam processus pertinet, proportionales expensas de aequo sustinet.

11-o. Documenta litteralia, bona et iura Capituli concernentia ubi? an in sicco? tuto loco, an in bonum ordinem digesta et regestrata, an extractu provisa habeantur? Sub cuius cura sint? Habeturne liber in Conservatorio cui inscribantur, si quae et per quem occurrentes usus ex tabulario excipiuntur?

Ad 11-um. Litteralia Documenta bona et Jura Capituli concernentia in Ecclesiae Cathedralis antiqua Sacristia, quae inde Archivi Capitularis nomen obtinuit, bene munita, adeoque in tuto, sed et sicco quantum humida tempora admittunt, loco, exstractu quidem, non tamen notatorum Scriniorum ita digesta, ut facile iam quaeque reperiri possint, sub cura Custodis Capitularis, Canonici et cum numquam unus, sed semper duo Canonici in excipienda — dum necessum est — Documenta ingrediuntur, eorum quoque obligatio hactenus excepta, in quos usus summantur, fuit adnotare, quod frequentius inculcatur.

12-o. Suntne sub cura Capituli aliquae fundationes, vel legata in aliquos et quos pios usus destinata? Recenseantur ordine, quae? qualia? quanta? quantum inferentia? et per quem facta, an sub onere reddendarum et cui rationum administrentur? An pro eo? et quis? Quae, quantum emolumenti capiat?

Ad 12-um. Praeter fundationes iam saepe relatas aut legata testamentaria a Praepositis et Canonicis ad pios usus Ecclesiae partim, partim mendicis et ad Hospitalia Almás, Lethon, partim sibi, suisque cognatis fundationes, Votivis, Altariis pro suis animabus ad pios usus, aliis item Nobilibus Puellis fundatione et pro Curatela talis summae in

83. remunerationem et nobis erga remunerationem aliquam prospiciendo, quae omnia suo ordine per Regestra illorum, quorum cura est tales cassas sub onere quotannis Capitulo Ratiotiniis deductis, nihilque amittendo reproducere; nihil scitur, ut quis distinctum emolumentum capiat. Pro onere et Cura Ratiotinii sola centesima administratori conceditur, aliud est Custodi, qui ideo Praebenda praeterea provisus est, vi collationalium Regiarum.

13-o. Dignitates et Canonicatus, habentne onus aliquod pensionis praestandae, quale? cui?

Ad 13-um. Praeter onera illa iam attacta, utpote: quod ab antiquo Praepositus Capellano oneratam, Musico uni solutionem Capitulo aequalem integram cum habitatione praestanda, mediam vero solutionis ratam cum Capitulo pro organi Musico, item campanatore, quibus Capitulum de habitatione providere tenetur. Praeterea a Rorate Musicis florenum unum. Tantundem Capitulum in concreto ex cassa Decanali solvit; item Praepositus, a Passione florenum unum ab hac, seu cantu Passionis potius iisdem Lector, Cantor et Custos pendunt. Item praeter quod Lector in Notarii intertentionem, et Cantor in Musicum saecularem Sub-Cantorem pendere tenentur. Nullum aliud onus alicuius pensionis pro dignitatibus et Canonicatibus pro hic et nunc referri quire, quam parochi pro Capellano.

14-o. Habetne Capitulum Bibliothecam communem? an rite et tute conservetur? Exhibeatur Inventarium? an libri fratrum de Capitulo decedentium ei semper adiiciuntur, quis Bibliothecae curam habet? Habeturne liber, cui inscribuntur nomina eorum, qui ex ea sibi quaepiam extradari petunt?

Ad 14-um. Omnino habet Capitulum Bibliothecam hoc sensu communem, quod omnes Fratrum decedentium libri Canonicorum eo communiter illati, ac inscripti fuerint, supra Sacristiam antiquam in loco post reparationem Chori non usque quaque

84. suo ordine rite, ac tute disposito sub cura Custodis Canonici; Elenchus Librorum duplex exstare debet; unus iussu suae Celsitudinis Archi-Episcopi Barkótzy per Canonicum Mattyasovszky et alter sede vacante vicariali indultu, industria per P. Makay ex societate J. confectus. Liber quidem non habetur, notantur tamen, ut qui quos concesserint, statuta temporis mora elapsa referant.

§. VI.

De Convocatione Capituli.

1-o. Quoties? quibus diebus? per quem? et quo soleat Capitulum convocari ad consulendum in commune?

Ad 1-um. Capitulum in commune ad consulendum, toties ad se per Praepositum convocati adfuerint, quoties rerum necessitas, quin dies determinatae sint, postulat, ut comodius et cum mora magis Judiciis obnoxia quid tractandum occurrat, vel referendum, vel exequendum. Caeterum quotidie fere et

in Sacristia, ubi post Conventuale passim omnes communi Consortio intersunt, consultanda et referenda, partim iuridica, partim a potiori oeconomica, sive publica, ut Fassiones, Protestationes etc. sigillanda item, sive privata Capitularia occurrunt, quae nec convocationem, utpote subinde improvisa admittunt, illico pertractanda idque tam feriatis, quam festis aut Dominicis diebus, adeo, ut rarum sit diem liberam a talibus curis et audiendis Capitulum transigere.

2-o. In eiusmodi conventu quis modus servatur in proponendis negotiis? Quis ordo in votis depromendis? Num cuiusvis libera sit edicendi facultas?

Ad 2-um. Sub praesidio Praepositi apud eundem congregatur Capitulum, relectis aut enarratis, quae ad pertractandum negotium

85. deservientia sunt. Si vota requiruntur, a novissimo usque seniores audiendo, ubi singulo libera est edicendi facultas, ea combinantur et prout aequitas ac ratio exposcit, iuxta saniorem partem, res quoque controversae in pace et caritate deciduntur, ut taliter conclusa nisi subinde novae circumstantiae res iam decisas praeter spem mutent, prout eas mutari reipsa contingit, in effectum quoque deducantur.

3-o. An praeter negotia temporalia tractentur ea etiam, quae ad cultum Dei in Ecclesia peragendum, ad vitam et mores commembrorum spetant?

Ad 3-um. Talium Tractatum, qui ad vitam et mores commembrorum spectassest, non dabatur hactenus occasio, cum Deo Laudes, non nisi digna et regulata huius collegii commembra existant, suaeque

Regulationi sibi sufficientia; si tamen extraordinariae functiones, ut ingressus Episcopales, aut maiorem Dignitatum Archi-Epporum adventus, distinctae Maiores Devotiones ad cultum Dei peragendae solemnitates, aut Exequiae distinctae pro Regibus, rariores utiquae apparatus exigentes occurrant, tunc ea in consistoriali Capitulari praeter negotia temporalia etiam, qualiter pro maiore decore, decentia ac cultu Dei rite, ac expedite exequenda sint, debite concertando pertractantur.

4-o. An exstet liber seu protocollum in quem cuiuslibet consessus Capitularis acta, definitiones et nomina considentium referantur? An in sequenti sessione protocollum prioris sessionis relegatur et ratio executionis praecedentium ab iis, quibus iniuncta fuit exigatur?

Ad 4-um. Exstat Protocollum, quod pro more ultimus, qui super est Canonicus, ducere solet et in quod ad omnem talem Capitularem concessum annus, dies et nomina considentium cum specificatione qualium absentium Canonicorum? acta inseruntur: tunc in sequenti sessione, praesertim si plura inserta sunt, prioris sessionis assumenda releguntur et exequendorum ratio habetur.

86. *5-o. An quotannis? quoties et quando perlegantur et inculcentur Capitulo statuta?*

Ad 5-um. Id hucdum moris non fuit, ut quotannis Capitulo statuta perlegantur, cum a singulis tempore institutionis suae bene perlecta, et sibi a praxi quotidiana haud contrariae consvetudinis et exercitati usus nota teneant.

§. VII.

De vita et moribus Canonicorum.

1-o. An non sit in Capitulo de vitio quodam scandaloso palam diffamatus? lusui vetito et excessivo potui, superfluo luxui, suspectae conversationi deditus?

Ad 1-um. De talibus purum indicatur Capitulum.

2-o. An non vigeant inter Fratres discordiae, rancores, vexae amarae? inimicitiae?

Ad 2-um. Nullae discordiae, rancores, aut inimicitiae inter Canonicos isthic audiuntur.

3-o. Si quid realium, aut personalium causarum inter Fratres emergat, habeturne domi ex statuto vel consuetudine modus, eas sine provocatione ad exsteros iudices componendi?

Ad 3-um. Bonum quod nihil similium energat. In Statutis Pázmányianis praescribitur tamen in casum modus, quomodo controversiae dum exorirentur, componi debeant, ut videlicet primo in Capitulo compositio tentetur: tum si hic nihil effici possit, ad Praepositum, nunc vero et ad Episcopum dioecesanum, sic si nec apud hunc, ad Archi-Eppum Metropolitanum causa talis deducatur?

4-o. An omnes deferant habitum et tonsuram Clericalem?

Ad 4-um. Omnes et habitum et tonsuram clericalem deferunt!

5-o. An non aliqui excessus irrepserint in vestitu Canonicorum?

Ad 5-um. Quamvis nec antehac, sed nec nunc excessus in vestitu Canonicorum observatus est, quin imo periculum et studium moderno tempore, subire videmur in hunc resarciendum.

6-o. An non in alicuius domo aut familia mulier famae suspectae?

Ad 6-um. Nihil constare de simili foece.

7-o. An aliqui ex Christi Patrimonio et pane pauperum nimis profusi sint, in suos cognatos, affines et alios vanos usus?

Ad 7-um. Si quidem ex paucitate magna profusio impossibilis est, quidquid tamen ex horum Canoni-
87. calium proventuum supernatantia, aut cognatis affinibus aut aliis praestatur, bona intentione fit, ut alii edocentur, erudiantur, ex quibus aliquando utiles utrique Reipublicae viri evadant, quin ideo aliorum pauperum, viduarum, ac pupillorum obliviscantur, dummodo hodiedum tanta non obstarent impedimenta.

8-o. An et quae cura ex statuto, vel consuetudine Fratrum aegrotorum moribundorum?

Ad 8-um. Fratrum aegrotorum tum ex statuto Pázmányiano, tum ex consuetudine salubri est ea cura et pietas, ut a confratribus in infirmitate crebro invisantur, divinisque consolationibus animentur, erigantur, iuventur, quodque summum est, Ecclesiae Sacramentis muniantur, moribundos vero processualiter ad commendationem animae, si de die obitus observentur, una accedunt, eamque persolvant; eo demortuo testamentarii duo constituuntur, qui de denati substantia curam gerunt.

9-o. Exhibeantur acta et decreta prioris visitationis, exhibeantur novissima et vetera Capituli statuta approbata.

Ad 9-um. Alia acta priorum Visitationum, et si aliquarum indicia quidem sint, nulla exhiberi possunt, quam solius Pázmányianae, quam nefors Deus ideo solum supervivere fecit, quia omnibus praestabat, quamque conplures Dioecesani sibi pro norma Visitationum instituendarum fama publica praelandatam expetierant; et cuius originale demisse exhibetur.

§. VIII.

De actibus et obligationibus legalis fidedignitatis.

1-o. Per quos comitatus hoc Capitulum ordinarie actus fidedignitatis exercet? quis et quo ordine ad eos exmittat?

Ad 1-um. Nostra aetate in Comitatibus Saarossiensi,
88. Scepusiensi, Gömöriensi, Lyptoviensi actus fidedignitatis L. exerciti sunt, exstat autem Documentum, quod etiam ad Arvaensem pro Statutionibus emittebantur Canonici huius Capituli. Lector eos servato semper ordine cum scitu Capituli expedit.

2-o. Ubi et sub cnius custodia servatur Capituli authenticum sigillum?

Ad 2-um. In Sacristia sub duplici clavi per Corbonarium, qui semper ultimus Canonicus, nisi aliis Capituli officiis occupetur, esse consvevit, authenticum sigillum servatur.

3-o. Expeditionum sigillatio in cuius praesentia fieri, sigillumque reduci soleat?

Ad 3-um. Sigillatio expeditionum fit in praesentia Corbonarii et potissimum aliorum etiam canonicorum ante, vel post Sacrum conventuale, cui omnes Canonici intersunt, vel Vesperas, expeditiones sigillari soleant.

4-o. Fassiones et relationes quae in Capitulo fiunt, an soleant per extensum coram excipientibus perlegi? an item a Lectore ante subscriptionem perlegantur?

Ad 4-um. Fassiones, quas fatentes, ordinarie scripto adferunt, semper coram illis, qui eas excipiunt et praesentibus fatentibus releguntur; quemadmodum etiam Relationes simili modo coram Capitulo fiunt, quae ante subscriptionem semper per Lectorem Capituli et prout nunc Lectoratus vacaret, per Surrogatum eiusdem Officii releguntur, etsi quid corrigendum obvenit, corriguntur.

5-o. Acta publica an in loco securo, sicco et sub cuius custodia conserventur?

Ad 5-um. Acta publica in loco securo, sicco et sub custodia Custodis Capituli Canonici asservantur.

6-o. Extatne huius Archivi accuratus elenchus et Repertorium? quo ordine? familiarumne aut bonorum?

Ad 6-um. Exstat Archivi huius accuratus elenchus, seu repertorium ordine familiarum confectus et bonorum.

7-o. Acta omnium annorum etiam proximorum suntne in puro protocollata et Regestro inserta?

Ad 7-um. Quidquid a memoria nostra circa Regnicolares Expeditiones factum, accurrate Prótocollis ingrossatum est; et haec etiam Repertorio inserta habentur.

8-o. Quis? an Juris Patrii peritus et fidei integrae Capituli Notarius? quod huius Juramentum? quae obligatio? quod salarium fixum? et accidentale? quae habitatio?

Ad 8-um. Emericus Mertz Juris Patrii peritus, ac fidei, in quantum Capitulum eundem expertum est, integrae, nuuc est in 2-um annum Ca-

89. pituli Notarius. In sua susceptione sequens coram surrogato Lectore emisit Juramentum: Ego N. N. Juro per Deum et eiusdem Sanctissimam Genitricem Virginem Mariam et per omnes Sanctos et electos Dei, quod ego in omnibus executionibus et in omni negotio, quod ad officium meum Capitulare fidedignitatemque Capitularem pertinebit, absque cuiusvis personae, divitis scilicet et pauperis acceptione, omnibusque prece, praemio, favore, timore, odio, amore et complacentia postpositis et remotis, tam in Capitulo; quam etiam in partibus extra Capitulum peragendis fidelem executionem et relationem faciam legibusque

patriis de fidedignitate Capitulorum capitularibusque personis, eorumdemque officio hactenus statutis et statuendis me accomodabo, easdemque et antiquas in expediendo adprobatas consvetudines observabo. Sic me Deus adiuvet. Beatissima Virgo Maria omnes Sancti et electi Dei et haec Sancta Dei Evangelia.

Cuius obligatio est in omnibus se ita exhibere, ut suae ac Capituli fidei et honori nihil decedat, in expeditionibus ita accuratum ac sedulum, in exstractibus quoque formandis, ac super his desummendis, ac referendis taxis iuxta Schema statutum rite ac absque defectu, prout reponendis documentis ad priorem Archivi locum et situm, improtocollandis item fassionibus,

90. protestationibus, statutionibus, ac aliis, de Jure coram Capitulo Regnicolares concernentibus factis, iuxta emanata inducendis, distincto eadem repertorio inferendis, se exactum facilem et indefessum reddere, nemini autem quocunque titulo de Archivo, extra officii sui obligationem qualiacunque srcipta sive scriptis, sive verbis communicare, ut sic cuiuscunque praeiudicii suspicio penitus evitetur. Si vero publica talia suae habitationi pro descriptione illata tenet, ea ita caute custodire, ut alios eum accedentes simpliciter lateant, quod et de protocollis et repertoriis aeque sub vigili custodia tenendis intelligitur. In reliquo et Litteras particulares a Capitulo datas, ac scripta illud concernentia per illum copiari una obligationis esse, dum et quando necessitas urget.

Salarium eius fixum sunt Ungar. floreni 100. Decima ex Danisócz ad Ungar. florenos 20 circiter aestimata, praeter victum alias apud Lectorem liberum,

cuius loco Veteres subinde Ungar. florenos 90 dedisse constat, nunc apud huius officii surrogatum accidentale plane inde terminatum fors Ung. flor. 12. constituens, ac praeter habitationem in Capitulo honestam, assignatas a Capitulo lingnorum orgias decem.

9-o. Qualis taxa soleat exigi, ab expeditionibus Capitularibus? Producatur Schema taxatur?

Ad 9-um. Producitur Schema taxarum, quales ab expeditionibus Capitularibus exigi prossint.

10-o. Proventus expeditionum Capitularium inter quos, quae ratione dividantur?

Ad 10-um. Proventus expeditionum Capitularium sunt, unius tertiae pars Lectorem, altera

91. Capitulum, tertia Notarium concernat, dividenda, quae praeterito anno 12 flnos constituit.

Datum in Capitulo Scepusiensi, die 7-a Decembris 1789.

Capitulum Scepusiense. L. S.

92. Vacat.

93. Absoluta Sacra Visitatione S. Ecclesiae Cathedralis nostrae et Capituli, antea quam ad condenda statuta processum fuisset, celebratum est die 10. Decembris anni 1793. in aedibus nostris Episcopalibus Consistorium praesentibus Rssimis Dominis Antonio Jaszvitz Praeposito, Josepho

Vitalis Lectore, Georgio Klobusitzky Cantore, Joanne Nep. Kirschner Custode, Francisco Madotsányi Cathedrali, Stephano Mattyasovszky Arvensi, Antonio Fridmanszky Liptoviensi Archi-Diaconibus, Josepho Fabian, Joanne Bapt. Molnár, Paulo Erős, omnibus Cathedralis Ecclesiae nostrae Canonicis, in quo habita est per nos Allocutio sequens:

Venerabiles in Christo Fratres!

Tertius ab eo tempore labitur annus, quo per Sacros Canones, ac Sacrum oecumemicum Concilium Tridentium nobis iam stricte praescriptam Sacram Visitationem Canonicam Cathedralis huius Ecclesiae nostrae inchoavimus, neque tamen ad optatum per nos finem deducere potuimus, cum ideo, quod bini Regni generales conventus, tunc vero, quod in priore illo demandata nobis Comisarii Regii rectificandorum versus Galitziam, Lodomeriamque Regni Limitum Proventia ineluctabilem posuerint obicem: quoniam vero opus praedictae limitaneae comissionis ulterius per nos pertractandum humiliter deprecati, ab eoque per Serenissimum Principem, Archi-Ducem Alex. Leopoldum Regni Hungariae Palatinum, non sine dolore, quem benigno suo ad nos dato Rescripto testatus est, dispensati simus, atque adeo oportunum nunc nobis tempus adsit, ut sacro et necessario huic operi extremam imponeremus manum; quare omnem locabimus operam, omne studium, ut debitum nostrum adimpleamus munus,

Verum quoniam SS. Concil. Tridentinum Sess. 24-a de Refor. Cap. 12-o. circa finem iubent: ut „Caetera, quae ad debitum in divinis officiis Regimen „spectant deque congrua canendi et modulandi ratione „decerta lege in choro conveniendi et permanendi, „simulque de omnibus Ecclesiae Ministris quae necessaria sunt et si qua huiusmodi Synodus provincialis „pro cuiusque provinciae utilitate et moribus certam „cuique formulam praescribit. Interea vero Episcopus „non minus quam cum duobus Canonicis, quorum „unus ab Episcopo, alter a Capitulo eligatur, in iis, „quae expedire vi-

„**94.** debitur, poterit providere.“ Ideo Vobis Venerabiles Fratres! in unum convocatis liberum relinquimus, ut unum de Gremio vestro, qui non solum scientia Juris Ecclesiastici, sed et animi moderanime praeditus est, sepositoque omni partium studio, sincero amore in bonum et decus huius Ecclesiae feratur, eligatis, nosque de electo certiorate, de altero vero per nos eligendo animi Nostri sensa Vos non latebunt: Nobis sane gratus futurus est singulus Vestrum, in quem candida vota Vestra ceciderint.

Hac finita deputatus est ex parte Capituli Rssimus Dominus Joannes Nep. Kirschner Cathedralis Ecclesiae nostrae Custos, ex parte autem nostra Rssimus Dnus Franciscus Madotsányi C. E. nostrae Archidiaconus et Canonici, quibuscum dein communicata et collata sunt statuta per nos concinata, atque die 1-o Junii anni 1794 authentice etiam edita, atque Capitulo Nostro submissa: ast quoniam idem Capitulum Statuta haec cumprimis autem servitium chori respicientia non obstantibus paternis monitis adhor-

nostris non solum acceptare renuerit, verum etiam die 15-a praedicti mensis Januarii eiusdem anni 1794-i ad sedem Pontificiam interposita appellata (quam nos impedire noluimus) pertulerit, atque adeo lis quae Typis excusa Romanis sub N-ro 878-o Protocolli nostri anni labentis habetur, coram Sacra congregatione Eminentissimorum Patrum S. Concili Tridentini interpretum agitata fuerit, supersedendum nobis fuit ab ulteriori Proposito, exspectandaque eiusdem Sacrae Congregationis mens et Decisio, que subinde mediante Decreto die 30. Julii anni currentis edito, ac sub Nro 879-o Protocollo nostro actorum nostrorum inserto, nobis innotuit, statuta nostra moderatis solum indulgentioribus per Sacram Congregationem praedictam rati haberi.

Quare posteaquam Deo propositio non solum Canonicam Sacram Visitationem ad finem perduxissemus et omnia, quae ad cognoscendum Cathedralis Ecclesiae nostrae et Capituli statum pertinere existimavimus, mature expendissemus, verum etiam ex mente Sacrae Congregationis E. E. Patrum moderatis indulgentioribus reliqua statuta per nos concinnata probata forent, ad maiorem Omnipotentis Dei Gloriam, Beatissimae Virginis Mariae et Sancti Martini Episcopi et Confessoris Ecclesiae nostra et Almae Dioecesis Patroni, omniumque Sanctorum honorum ad istius Ecclesiae decus et maius incrementum, ad universi Cleri, populique fidelis aedificationem authoritate qua fruimur ordinaria decernimus, ac in Virtute sanctae ac salutaris obedientiae tenenda, observanda, ac in effectum deducenda praecipimus sequentia.

95. §. I.

De Ecclesia.

Ad 1-um. Optabamus, quin et sperabamus excussis diligenter veteribus Chartis certiores nos de eo reddi, quando et per quem Ecclesia haec Cathedralis primum exstructa fuerit? cum tamen idem non nostram solum, sed multorum etiam Clarissimorum pari ac nostrae scriptorum industriam eluserit, quando? quove auctore Ecclesia haec coeperit? ignorare cogimur, ast quoniam a. 1478 die 25-o Oct. festo Sanctor. Crispini et Crispiani ab Episcopo Nicopoliensi, Ladislao de Siroka suffraganeo Agriensi eam consecratam esse constet, diemque anniversariam consecrationis Dominica proxima post festum Sctae Margarethae V. M., quod in Hungaria 13. Julii celebratur, quotannis recolat; ideo priscum hunc morem approbamus, et perpetuis temporibus diem consecrationis memorata Dominica quanta fieri poterit celebritate recolendam ordinamus.

Ad 2-um. Erogationes maiores neque quotidianae in fabricam, aut ornatum Ecclesiae, absque positiva voluntate et indultu Episcopi ex cassa Ecclesiae nullae fiant; ut itaque pecuniae Ecclesiae (quemadmodum et aliarum fundationum) accuratius administrentur, volumus, ut singulis annis in festo S. Gregorii V. Capitulum duos e gremio sui Censores et Revisores rationum eligat; illos Episcopo pro confirmatione praesentet, quibus Custos et aliarum piarum fundationum Curatores rationes suas cum fine annis exhibere tenebuntur, quae postquam per eosdem, accurate revisae

fuerint, cum omnibus et documentis Episcopo per Censores pro suprema revisione, approbatione et rationantis absolutione praesententur.

Ad 3-um. Sacram Supellectilem Ecclesiae cumprimis lineam, observavimus partim in multis deficere, partim non satis munde haberi; idcirco mandamus, ut cum iam rata tertialitas substantiae meritissimi denati ab intestato Praesulis Caroli de Szalbek (sic) a Camera Regia Ecclesiae extradita sit, defectus hic ex desumpta parte aliqua Capitalis Summae, ac subin ex censu remansae redintegretur: munditiei Supellectilis cumprimis lineae non solum D. Custos ex officio, sed et ipsi Domini de Capitulo serio invigilabunt, et curam omnem in aedituos plerumque negligentes et smucidos non devolvent.

Ad 5-um. Custos diligentem curam habeat Gazophilacei Ecclesiae, ne quid pereat, aut corrumpatur, aedituus vero, quantum-

96. vis fidus sit, nunquam locum ubi Thesaurus asservatur ingrediatur solus, sed semper adsit ipsi Custos, vel hoc impedito alius de Capitulo, Clavim autem Gazophilacei oportet semper esse apud Custodem.

Ad 6-um. Quoniam in 12 altaribus Domini de Capitulo Omnipotenti Deo hostiam placabilem quotidiana pietate offerant. Altarium eorumdem decori et munditiei Custos serio et diligentissime invigilabit. Cum autem iuxta receptum morem solemnes missas Episcopus habeat in die Nativitatis D. N. Jesu Christi, in festo Epiphaniae Domini, feria quinta in Coena Domini, in Dominica resurrectionis, in Dominica Pentecostes, Ascensionis, festo Corporis Christi, in festivitatibus Anuncitionis et Assumptionis B. M. Virginis,

in festo Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, in festo titularis Ecclesiae Sancti Martini Episcopi et Confessoris et anniversario die dedicationis Cathedralis Ecclesiae, ac festo Sancti Stephani Regis et Patroni Regni Hungariae, ac festo OO. Sanctorum, observetur, ut eo die, quo Episcopus Missam celebrat, in illo Altari nemo nisi de eius consensione celebret; Episcopum porro aegritudine, vel negotiis occupatum memoratis festis unus de Capitulo infulatus supplebit. Diebus autem circumcisionis Domini, Purificationis B. M. Virginis, die Cinerum, Dominica Palmarum, feria 2-a et 3-a Paschatis, Dominica in Albis, feria 2-a Pentecostes, Dominica Trinitatis, in festo Sancti Joannis Baptistae, die anniversario consecrationis Episcopi (nisi Praesul velit celebrare), die Nativitatis B. M. Virginis, in commemoratione OO. fidelium defunctorum; conceptionis B. V. Mariae, in festo S. Stephani Proto-Martyris, in festo S. Joannis Evangelistae semper sub infula et pedo, in cuius nodo velum dependens iuxta praescriptum ritum alligandum erit, ab uno de Capitulo Missa decantari et pridie harum dierum Vesperae itidem sub infula haberi debent.

Ad 7-um. Sanctissimum cum in Monstratorio, tum in pixide semper in Tabernaculo Altaris maioris Capellae Corporis Christi et quidem cum lumine perpetuo asservari praecipimus, neque ad aram maiorem illud transferendum erit, nisi dum communio generalis, aut expositio publica eiusdem, ac benedictio eo impertienda praecipitur, aut constituta est. Translatio autem haec ante Missarum solennia in silentio et privative fiet, species vero pro Sanctissimo Eucharistiae Sacramento omni octiduo renovari iubemus.

Ad 8-um. Altariae S. Joannis Nepomuceni in Capella eidem Sancto per Praepositum Josephum Carolum Zbisko dicata, erectae,

97. collationem alioquin per fundationales successoribus suis delatam, nobis et successoribus nostris, qua in omnibus iuribus et Praerogativis, et bonis olim Praepositi succedentibus in casum vacantiae praesentibus referramus.

Ad 17-um. Sunt hic in Capitulo complures piae fundationes, quas hoc ordine administrari precipimus. Primo Rssimus Dominus Lector administrabit fundationem Czabafianam pro studiosis Leutschoviae scholas frequentantibus. Secundo Dominus Cantor fundationem deficientium et Seminarii cui, abrogatis et interdictis Missionibus fundationem olim Missionum dictam ex hoc tempore in perpetuum applicamus. Tertio Dominus Custos Ecclesiae cassam administrabit. Quarto Archi-Diaconus Cathedralis administrabit fundationem Xenodochiorum Almás et Lethon, haud ita pridem iussu Sacratissimae Suae Maiestatis restitutas. Quinto Archi-Diaconus Arvensis fundationem pro puellis Cassoviae apud Moniales educandis institutam. Sexto Dominus Canonicus a Latere administrabit cassam Dioecesanam. Si vero Praelato nullum Canonicum ad latus sibi adsciscere placuerit, administrationem cassae Dioecesanae cui voluerit, seu uni de Capitulo, seu altari cui placuerit deferet.

---

§. II.

De Officio Divino.

Ad 1-um. Quoniam observatum esset, Missas conventuales diebus quibus plures per rubricas Ecclesiasticas dicendae praescribuntur, haud celebrari, sed solum unicam conventualem per Capellanum hebdomadarium curam animarum ea hebdomada non habentem decantatam fuisse, hinc ut non solum graviter obliganti legi Ecclesiasticae, plurimisque hoc in merito a S. Ritum Congregatione interventis decisis, verum etiam novissimo de 30. Juli anni curr. Decreto Sacrae Congregationis EE. PP. Concilii Tridentini interpretum ad nos directo fiat satis, praecipimus et obligamus Canonicos Nostrae huius Ecclesiae, ut pro singulo die plures Missas praecipiente, praeter Canonicum officiantem principalem Missam Conventualem decantaturum Canonicus unus, aut pro numero Missarum praescriptarum duo per turnum deputentur, qui eandem, vel easdem decantet, aut decantent ipsi. Et quemadmodum Missa Conventualis Principalis semper pro benefactoribus necessario applicanda erit, ita altera, vel binae aliae per Canonicum vel Canonicos decantandae, pro benefactoribus necessario offerendae non erunt; quoniam id in hocce Capitulo usu rece-

98. ptum non fuisse, adinventum est: interim tamen praesentibus ad tenorem Bullae Benedicti XIV. et complura S. R. C. Decisa deputatos Canonicos gravissime obligamus, ut in illis defunctorum memoria per eos fiat; volumus praeterea et precipimus, ut om-

nibus his Missis, quae interpollatis ad praescriptum Sacrarum rubricarum horis decantari debebunt, omnes Domini Canonici praesentes adsint, indulgendo tamen eisdem, ut de hyeme, excepta Principali Missa, quae semper in Ecclesia celebrari debet, altera, aut binae aliae in adnexa Ecclesiae Sacristia, ob frigoris incommoda dici queant. Jubemus praeterea, ut Musici et Cantores in Missis his solum Gloria, et Credo (dum per rubricas praescribuntur:) decantent, ut hac ratione praescriptis S. Rituum Congregationis decretis satisfiat.

Ad 2-um. Pro diebus, quibus plures Missae dicendae fuerint, pro illis decantandis ordinem praefiget D. Cantor ex officio, iuxta ordinem Dignitatum et Stallorum seu Turnum.

De Missis Votivis.

Praemissis Sacrae Rituum Congregationis Decisionibus videlicet:

1-o. Missae Votivae de SS. Sacramento, B. Mariae Virginis et caeteris Sanctis, item pro Defunctis in cantu fundatae dici non possunt in Duplicibus, aliisque diebus duplicia excludentibus (uti sunt Vigilia Nativitatis Domini, dies cinerum, hebdomada Maior, Octava Paschae, Pentecostes et Corporis Christi, item Dominicae omnes privilegiatae) sed cantari debent Missae de festo curr. cum applicatione Sacrificii iuxta Decretum editum die 19. Maii 1614 in Turitana: sicque satisfieri et benefactorum mentem impleri non

obstante quacumque consvetudine in contrarium declaravit S. R. C. 24. Julii 1683 in Ruremund.

2-do. Dum praeter Missam conventualem cantatur Missa Votiva ex fundatione, in hac Missa non debet fieri commemoratio festi, de quo cantatur Missa conventualis S. R. C. 23. Junii 1736 in Burgen.

His inquam praemissis

Inhibemus ne Missae Votivae in quibuscunque duplicibus etiam Minoribus et duplicia excludentibus, uti sunt Vigilia „Nativitatis Domini, dies cinerum, Dominica Palmarum, cum hebdomada maiore, octava Paschae, Pentecostes et Corporis Christi, item omnibus Dominicis privilegiatis dicantur, sed Missa de festo currenti cum applicatione decantetur, in diebus autem privilegiatis servetur antiqua consuetudo nulla Votiva celebrandi.“

99. 2-do. Cum in Cathedrali Ecclesia nostra Missa conventualis quotidie decantanda sit, ideo inhibemus ne in Missa Votiva commemoratio festi fiat.

3-o. Occurrente festo semiduplici dici poterunt Missae Votivae pro ratione feriae occurrentis, iuxta Tabellam in Sacristia adpensam.

Menstruae Votivae Missae ita partiendae in dies mensis erunt, ut nunquam plures, quam tres ad summum una die absolvantur. Neque indulgemus, ut uno mense absolvantur pro duobus aut tribus subsequis, excepto mense Octobri, quo ob vindemiam Liszkensem duo, ternine Canonici absentes sunt, indulgemus itaque, ut praedicto mense Octobri etiam votivae

mense Novembri celebrandae absolvantur, ita tamen, ut perinde una die non plures, quam tres decantentur. Dein ut certi simus Missas fundatas altariales per Canonicos nostros rite omnes absolvi, svademus, ut seu in Directorio suo, seu alibi accurate praenotent, quas Missas et pro quo absolverint, aut dici curaverint, ne secus interveniente alicuius morte et non adinventa simili praenotatione, ex substantia decedentis stipendium non praenotatarum Missarum desumi curare cogamur.

Ut ordo divinus debito tempore et modo fiat, sequentem tenendum praecipimus et quidem.

Diebus Feriatis.

Constituimus 1-o ut tertio quadrante pro octava detur pulsus campanae maioris. Hora 8-a convenientibus Canonicis cantetur prima, post hanc Missae Votivae, post has hora Tertia, tum fiat Missa conventualis, sub qua reliqui Canonici Votivas non celebrantes, privatas absolvere non poterunt, nisi ordine successivo, ac a Domino Cantore, tamquam Praefecto Chori, praescribendo, iuxta praescriptum, nobisque submissum decretum S. Cong. Concilii. Post conventualem demum dicitur sexta et nona.

2-o. Quo die Missae conventuales plures occurrunt, ad praescriptum rubricarum intepollatis horis decantandae erunt cum praesentia omnium Canonicorum.

3-o. Dum nulla votiva celebrabuntur, pulsus campanae detur media 9-a ac convenientibus Canonicis can-

tabitur prima ac peragantur reliqua eo modo, quo supra dictum est.

4-o. In quadragesima Missa conventualis non solum

100. ad elevationem, quemadmodum usus hucusque obtinuit, verum usque in finem cantetur iuxta saepius provocatum decretum, post hanc vero absolvantur sexta et nona, et vesperae, ad vesperas extra quadragesimam 3-o quadrante ad 3-am dato pulsu comparebunt Canonici, ac hora 3-a Vesperis assistent, dein dicto completorio, more solito finient officium eiusdem diei, ac sequentis diei Matutinum, ac Laudes absolvent.

Diebus festis et Dominicis.

Constituimus ut dato 3-o quadrante ad octavam pulsu, ac convenientibus canonicis hora 8-a cantetur prima, in qua Capellanus hebdomadarius cantabit Martyrologium cum aliis, quae Succentor cantare solet, post primam fiat illico Sacrum Parochiale, sub quo canonici Sacrum celebrare possunt. Post hoc erit concio sub qua in Ecclesia Sacrum dici inhibemus, ne populus in exaudiendo Verbo Dei turbetur, sub medium concionis detur secundus pulsus, quo audito conveniant canonici, ac cum fine concionis tertius dabitur pulsus, dein vero si Episcopus pontificare, aut Sacro Missae Sacrificio assistare voluerit, procedant, nisi ab eodem dispensentur, omnes sub Cruce Capitulari solito ordine et modo ad Residentiam Eppalem pro eo ad Ecclesiam perducendo. Episcopo iam in Faldistorio sedente, inchoante: Deus in adiutorium

etc. cantetur hora 3-a, dein fiat Missa solennis, sub qua nemini liceat Missam celebare, nisi finita communione, tandem reducto ad residentiam Episcopo, cantabitur hora 6-a et 9-a. Si vero Episcopus non pontificat, nec assistit, statim finita concione cantetur Tertia, tum Missa solennis conventualis, post quam hora sexta et nona absolvetur.

Ad puncta reliqua de officio Divino sonantia.

Constitutionem hanc nostram ordimur verbis ipsis constitutionum Vestrarum, quas Vobis Venerabiles Fratres magnus ille et optimae recordationis Cardinalis Archi-Episcopus Strigoniensis et Metropolita Primasque Regni Petrus Pázmány praescripsit: „Licet „omnium, qui Christo nomen dederunt videtur esse, „ut anxium istud S. Pauli Apostoli monitum: obsecro, „ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, sae„pius animo revolvunt, unde illud fiat, quod alibi rur„sus monet, ut sine solicitudine non pigri, spiritu fer„ventes, Domino servientes: iis tamen, qui in sortem „Domini peculiari ratione electi sunt, longe maiori „ratione attendendum est, ut videant vocationem suam, „eaque digne ambulent, cuius vocationis

„**101.** potissima pars esse cognoscitur, in con„spectu Angelorum matutinas preces horasque Cano„nicas digne et devote psallere.“

Hucusque verba magni Praesulis et Metropolitae.

Et sane militans in terris Ecclesia Christi ad imitationem coelestis Jerusalem extollitur, quemadmodum enim coelestis militiae et Beatorum Angelorum

multitudo Deum sine cessatione collaudant, ita sublimes hosce spiritus militans Ecclesia Deum assidue in Psalmis glorificando aemulari non desinit: quoniam vero fideles huius saeculi sollicitudinibus irretiti, Deum constanter laudare non poterunt. Canonicorum collegia ideo cumprimis instituta et pia regum, primorumque regni liberalitate bonis et donis cumulata sunt, ut sanctum et terribile nomen Domini in Hymnis et Canticis laudent, denique Misericordiam et Gratiam tamquam legati publico sumptu stipendiati exorent.“

Nemo certo Vestrum est Venerabiles Fratres, qui ex mente Sacrorum Canonum disciplinae Ecclesiasticae Conciliorumque decretis, denique ex ipsa Canonicorum institutione non plene pervideat, singulum Vestrum ad omnes officii divini horas per se decantandas obligari, quid autem clarius Concilio Tridentino, cui obedientiam praestare oportet? Quod sessione 24 de Reform. Cap. 12. ait: „Omnes Divina per se et „non per substitutos compellantur obire officia — — „— atque in choro ad psallendum instituto, Hymnis „et Canticis Dei Nomen reverenter, distincte, devote„que laudare. Idipsum explicuit Benedictus XIV-us „Sapientissimus et Doctissimus Pontifex in constitu„tione, quae incipit: *cum semper oblatus*“ ubi in fine monens Episcopos inquit: „Quamobrem Vestrum erit, Venerabiles Fratres haec omnia illis operire, ut neque nobis, neque vobis apud Divinum Iudicem fraudi sit, si in huiusmodi re, quae tanti est monenti utpote, quae ad ipsius Dei cultum proxime spectat abusus et corruptelas, quas arguendo et increpando evellere debebamus, dissimulatione ac silentio nostro fovisse et confirmasse inveniantur.“

Nos itaque prae occulis habentes, unice Omnipotentis Dei Gloriam, conscientiae nostrae, Vestraeque quietem, SS. Concilii Tridentini canonumque Sancita, ac aliarum Ecclesiarum signanter Metropolitanae Ecclesiae disciplinam, nec non Provincialium Sinodorum Hungariae decreta, statuta, denique immortalis Pázmány Vobis praescripta secuti, auctoritate nostra ordinaria declaramus, omnes et singulos Cathedralis Ecclesiae nostrae Dignitates et Canonicos, non tantum Missae conventuali pro ratione praescriptorum rubricarum

102. uni, aut pluribus, sed etiam omnibus horis canonicis reverenter interesse et non per substitutos, sed per se quemlibet ad psallendum obligari.

Piam hanc Ecclesiae disciplinam statim a publicatione huius nostri decreti, cum omni vigore iuxta SS. Canonum, cumprimis vero. SS. Concilii Tridentini sensum, in effectum etiam perduceremus, verum difficultates quaspiam huic Ecclesiae climatique proprias deprehendimus videlicet, quod Ecclesia haec una cum toto Capitulo in monte posita sit, ad quam glaciali via ascensus sane difficilis, arduus et periculosus est, viris cumprimis, qui maxima parte vitae suae diuturnis in vinea Domini laboribus attriti, Capitulum qua inclinata iam aetate ingressi sunt, aegre pro omnibus horis canonicis assidue decantandis, quotidie omnes in complexo ascendere valerent. — Idcirco obligationem hanc officii divini horas omnes per sese psallendi temperamus et ad solos hos dies restringimus, ita quidem, ut in Nativitate Domini Nostri J. Ch., in festo Epiphaniae, triduo tenebrarum, Dominica Resurrectionis, Ascensionis, festo Corporis Christi, Pentecostes, in festivitatibus annuntionis et assumptionis B. V. Mariae, in festo Apostolorum Petri et Pauli, in festo titulari Ecclesiae Sancti Martini Episcopi et Confessoris: in anniversario die dedicationis Cathedralis Ecclesiae, festo Sancti Stephani Regis Hungariae, ac OO. Sanctorum, nec non iuxta tenorem praelaudati decreti de dato 30. Julii anni labentis ad nos directi, toto tempore adventus et quadragesimae. His inquam diebus omnes omnino canonici nemine (absque gravi, cauca per nos, successoresque nostros dignoscenda) excepto, in Corpore idque a primis Vesperis Choro intersint et omnes horas Canonicas semper in Ecclesia, seu hyeme, seu aestate reverenter, distincte devoteque psallendo absolvant, nisi gravem animadversionem nostram et successorum nostrorum incurrere velint, reliquis vero diebus Dominicis et festis ac feriatis, cantu hucdum consveto absolvent serio et distinctim, monentes et praecipientes, ut praescripti ritus in psallendo officio divino per singulum exactissime observentur, ita ut cum standum, aut flectendum fuerit, stent, aut flectant, dum caput inclinandum uti eg. ad Gloria Patri, caput inclinetur, dum crux formanda per singulum formetur, ita ut ordinate omnia peragantur. His praemissis volumus, ac in virtute Sanctae obedientiae distinctim mandamus et praecipimus, ut e gremio Capituli omni omnino die per totum annum, qui fuerint, feriatis, festis et Dominicis diebus semper per ordinem et vices dimidia pars sit in choro, ita ut duo in uno, tres in altero chori latere sint, qui indispensabiliter quotidie et in omnibus horis canonicis nec non pro ratione

103. rubricarum psalmis Gradualibus ac Poenitentialibus officioque Defunctorum cantantes intererunt et praeerunt. Mensibus hyemalibus indulgemus ut exceptis Vesperis diebus Domini et festis, quae semper in Ecclesia teneri praecipimus, reliquis diebus omnes reliquae officii divini horae ac preces in Sacristia absolvantur.

Poenae Absentium.

Porro quamvis minime dubitemus singulum DD. Canonicorum obligationi suae plene satisfacturum ac S. Congregationis, nostrisque Jussis plene obtemperaturum, eos tamen, qui segnes nefors et negligentes in hac officii divini executione essent, utique impunes relinquere, utque neglectui huic conivere, nequam possemus, sed potius per Sancita SS. Concilii Tridentini iubemur, ut ii ad adeunda officia per nos compellantur; quare ad tenorem tam Synodorum Provincialium Hungariae, quam et Pázmányianorum statutorum iubemus et praecipimus, ut siquis Canonicorum diebus suprascriptis, quibus omnes canonici officiis divinis et choro in corpore interesse debent, ab officio totius diei absque gravi causa per nos successoresque nostros dignoscenda abesset, poena 4 flnorum Rhenensium toties quoties ad necessitates Ecclesiae convertendorum, puniatur, alias autem pro rata absentiae singulis officii divini partibus taxatis plectatur. Si quis autem aliis diebus toto die nec per se, nec ex legitima causa per substitutum divinis, quibus interesse pro sua die tenetur adesset, unius flreni poena mulctandus venit,

taxatis toties quoties similiter officii divini partibus pro rata absentiae, itidem necessitatibus Ecclesiae applicandis.

Causae Absentiam excusantes.

Quoniam vero rationabiles nonnumquam et legitimae causae ocurrerent, quibus canonici quipiam choro, aut Missae conventuali Votivisque interesse haud poterunt, suadet iustitia, aequitas et charitas, ut tales impune emaneant. Decernimus proinde, ut ex quibusvis Votivis, ac ex omnibus emolumentis participent et semper tam in Missis conventualibus, ac choro pro praesentibus habeantur.

1-o. Qui in negotiis Ecclesiae, aut Capituli ex

104. Episcopi, vel Capituli voluntate absentes fuerint.

2-o. Archi-Diaconi ad Archi-Diaconatus suos ex officio excurrentes.

3-o. Unus, vel bini ad latus Praesulis servientes.

4-o. Qui ad actum fidedignitatis aliquem a Capitulo exmituntur.

5-o. Gravius infirmi, quorum aegritudo pluribus de Capitulo nota sit.

Haec tamen ita intelligenda sunt, ut ex talibus causis absentes teneantur celebrare vel celebrari facere tot Missas ad intentionem supplentium, quot supplentes isti eorum loco celebrarunt.

Leges substitutionum quoad Chorum.

Quoniam de substitutione sermo factus opus quoque est, pro dirigendis substitutionibus leges a Congregatione Concilii latas his adnectere, quas exacte teneri volumus et quidem:

1-o. Ne subtitutus ipse ad chorum venire debeat eo die, quo in locum alterius substituitur.

2-o. Ne id frequenter contingat, idest: per mensem non ultra tres vices.

3-o. Ut subrogentur solum canonici, non vero alii Presbyteri, aut Clerici.

4-o. Neque substitutio valeat diebus, in quibus in complexo totum Capitulum officio divino praesens esse obligatur.

Ad 5-um. Consecrationis nostrae, nostrorumque successorum anniversarium diem solenniter celebrabunt, perinde solenne requiem pro defunctis Episcopis in die commemorationem Omnium fidelium Defunctorum, sequente die vero 3-a pro Canonicis Defunctis Cathedralis huius Ecclesiae tenebunt.

Ad 7-um. Statutum quoad praedicationem verbi Dei per Canonicos fiendam, immortalis Pázmányi non solum approbamus, sed et praesentibus DD. Canonicos monemus, ut quantum aetas et linquae slavicae cognitio admittit, ipsi per se et non per substitutos diebus pro more hucdum receptis ad contionem dicere conentur; reliquos autem DD. Canonicos, ut Sacris sermonibus assistant, tum ad proprium profectum, tum ut facto hoc populus ad Verbum Dei assidue frequentandum alliciatur praesentibus hortamur: Ordinem vero Cantor in tabella in Sacristia affigenda praescribit.

105. Ad 8-um. Cum opus Dei negligenter facere non solum vetitum, sed et secundum Dei eloquium maledictus sit, qui opus Dei negligenter facit, hinc Canonici Ecclesiae nostrae horas Canonicas lente, atque ad asteriscos, seu praescriptas pausas absolvent, ita ut in verba sibi mutuo non involent, atque ut singula pars chori tempus sufficiens habeat ad clare et distincte, lucraturi per id et illud quod pectoris quoque sui tam Canonici, quam et reliqui choro adsistentes alleviamen habeant, quod ut eveniat praesentium Canonicorum id curae incumbet. Meminerint praeterea Canonici Ecclesiae nostrae Concilii Coloniensis sub Paulo III-o celebrati, ubi Patres inquiunt: „Statis ac „debitis horis Laudes diviniae non cursim ac festinan„ter, sed tractim non truncate, sed integre distincte, „devote reverenterque ab omnibus decantantur, per„solvanturque et cum psallendi gratia conveniatur, „ibidem muta, aut clausa labia nemo tenuerit, sed „pariter senes cum iunioribus laudent nomen Domini „in psalmis, hymnis et canticis, Deo alacriter modu„lantes; sic tamen ne boatus confundat recitationem. „— Quam autem aberrent, qui existimant, sese non „alicuius officii causa in Ecclesia exercendi, sed quie„tis et inertiae tantum causa Canonicatus esse ade„ptos, perinde atque satis sit paucis quibusdam Cleri„cis, vel secularibus tenui pretio conductis curam „divini officii committi, quod deinde huiusmodi mer„cenarii non servatis temporum interstitiis, syncopando „transcurrunt, interim ipsis Canonicis tota Vita tor„pentibus.“ Haec praefatum Concilium.

Ad 10-um. Monemus paterne et hortamur DD. Canonicos Ecclesiae nostrae, ut praeter Canonicos eos, qui omnibus officii Divini partibus in suo die praesentes esse debent, reliqui etiam, quam plurimi si non feriatis, adminus festivis diebus choro assistere conentur, tum ut fidelem populum aedificent, tum ut eo iustius iugiter Deo famulantium Canonicorum nomen mereantur.

Ad 12-um. Declaramus praesentibus, quod si neglectum in praescripto superius officiorum divinorum frequentatione observaverimus, illico insistemus decreto Tridentinae Synodi Sess. 21. de Reform. capite 3-o et Sess. 22-a et distributiones quotidianas instituemus. In hunc itaque finem coram Deo et Nobis oneramus constientiam Domini Cantoris, qua praefecti chori, ac Archi-Diaconi Cathedralis, ut quos in frequentandis officiis divinis saepius negligentes observaverint, singulo trimestri eosdem Nobis Successoribusque Nostris deferant et annuntient.

§. III.

De officio Praepositi.

106. Cum Dignitas haec aliam a tempore erectae in Cathedralem huius Ecclesiae faciem induerit, consequenter et alia a prioribus muniis eundem manere debent officia, quare ut certa, ac indubia illa sint, ea praesentibus pro exactissima observantia declaramus et quidem cum ipsum Praepositi nomen clare indicet, illum in Ecclesia haece et Capitulo primam post Episcopum personam tenere; hinc debitus dignitati eiusdem per reliquos dominos Canonicos tam in publicis actibus Capitularibus, quam et in privata Fratrum consvetudine honor et reverentia impertienda est, quamque nos omni ratione sartam tectamque habere volumus et tuebimur. Eius officio incumbit, Conventus Capitulares seu in iuridicis, seu oeconimicis rebus, dum necessum cogere, siquis itaque dominorum Canonicorum toti Capitulo quidpiam proponendum habuerit, requirendus erit dominus Praepositus, ut coacto Canonicorum Collegio proponi possit, si de re quapiam consultandum fuerit, vota per dominum Praepositum ab ultimo magistro Canonico inchoando colligantur, quibus habitis suum tandem edicet, ac quidquid pluralitate votorum decisum fuerit, id libro seu Protocollo Capitulari per novissimum Canonicorum ducendo exactissime inseratur, neque liceat determinationem iam factam cuiusvis particulari Dno Canonico alterare, nisi coacto per Praepositum iterum Capitulo denuoque proposita et rumminato casu pluralitate votorum modificetur, aut plene alteretur prior determinatio, ac in his casibus protocollo inserendae erunt causae moventes modificate aut alterate determinationis, ut ratione hac et successores olim plene intelligant motiva fors eis in futurum, aut utilia, aut scitu necessaria. Praepositi est omnia intimata Regia et Literas ad Capitulum in complexo sonantes reserare, responsaque ad mentem et conclusum Capituli concinare, atque coram Capitulo relecta et approbata pro subscriptione Lectori tradere, sigil-

loque Capituli penes alium Canonicum conservari consveto muniri ac expediri curare, copiamque Protocollo inferi facere. Eiusdem muneris est Jura Capituli cum relinquorum Canonicorum consilio tueri et defendere, acta attamen bona et Jura Capituli tangentia, cum originalia sunt, ad privatum Capituli tabularium reposita, elenchoque inserta Custos Capituli ex munere suo conservans, Praeposito dum opus habuerit, erga receptionis apocham extradabit, ac dum eorundem usus cessaverit, restituta Apocha recipiet ad suum debitum ordinem et locum repositurus. Quemadmodum vero Praepositus primam in Collegio Canonicorum personam gerit, ita primus quoque Charita-

107. te erga confratres suos et Canonicos praelucere tenetur, ut exemplo hocce incitati mutuam etiam inter se foveant fraternam dilectionem, qua refrigescente Virtus non solum omnis, quae in tam Sacro Collegio radicem figere debet, ut salutares fructus adferat, evanescit, sed et scandalum non leve in Saecularibus ex Fratrum disensione exoritur, hortamur eundem quoque, ut exemplo suo in frequentandis officiis divinis, etiam temporibus iis, quibus ex ordine adesse non tenetur, sedulus sit, ut per hoc incitati et reliqui eundem imitari studeant et sequantur, utque Is etiam negligentes in frequentandis officiis divinis nobis deferre queat, eo magis quod Dno Praeposito imcumbat, ad plenum Statutorum horum implementum continuo invigilare. Cum autem D. Praepositus huius Capituli nostri ex Clementia Regia, assensuque Ssmi Domini Papae simul etiam unius e XVI. oppidis Scepusiensibus Várallya dicti Parochus sit, ac curam animarum adnexam habeat, volumus ut hanc non unice suis Cooperatoribus gerendam reliquat, sed et ipse pastorali muneri suo, tam administrando Sacramenta, quam et Verbum Dei praedicando satisfacere satagat. Volumus denique et iubemus ut Bullae Benedicti XIV-i quae incipit: *Cum semper oblatas* fiat exasse satis.

De officio Lectoris, Cantoris et Custodis.

De Dignitatum harum muniis, quae in Visitatione Pázmányiana, atque in responsis ad eam inserta sunt, omnia praesentibus his approbamus et tamquam his inserta forent, teneri volumus.

De Canonicis huius Ecclesiae in genere.

Juxta sanctiones Concilii Tridentini nullus provisione Canonicatus munitus, ad participationem fructuum admittatur, nisi intra duos menses a die adeptae provisionis professionem fidei non solum coram Episcopo, aut eius Vicario, vel deputato, sed etiam in Capitulo fecerit et in Romanae Ecclesiae obedientia se permansurum spoponderit et iuraverit sequentibus Formulis:

1-mo.

Forma Juramenti Professionis fidei.

Ego N. N. firma fide credo et profiteor omnia et singula, quae continentur in simbolo fidei, quo sancta

108. Romana Ecclesia utitur videlicet: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium, et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum et ex Patre natum ante omnia Saecula: Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum verum de Deo vero, Genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines et propter nostram Salutem descendit de coelis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et Homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus et sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas et ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius Regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum Dominum et Vivificantem qui ex Patre, Filioque procedit qui, cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam Sanctam Catholicam et Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi saeculi. Amen. — Apos-

tolicas et Ecclesiasticas traditiones reliquasque eiusdem Ecclesiae observationes et constitutiones, firmissime admitto et amplector. Item Sacram scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit et tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Sacrarum scripturarum, admitto nec eam unquam nisi iuxta unanimem consensum Patrum accipiam et interpraetabor. Profiteor quoque septem esse vere et propie Sacramenta novae legis a Jesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria; scilicet: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Poenitentiam, Extremam Unctionem, Ordinem et Matrimonium, illaque Gratiam conferre et ex his Baptismum, Confirmationem et Ordinem sine sacrilegio iterari non posse. Receptos quoque et approbratos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solenni administratione recipio et admitto. Omnia et singula, quae de peccato originali et de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita et declarata fuerunt, amplector et recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum

109. proprium et propitiatorium Sacrificium pro vivis et defunctis, atque in Sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse vere et realiter et substantialiter Corpus et Sanguinem una cum anima et divinitate Domini nostri Jesu Christi, fierique conversionem totius substantiae Panis in Corpus et totius substantiae Vini in Sanguinem, quam conversionem Catholica Ecclesia Transsubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum verum-

que Sacramentum summi. Constanter teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentus fidelium suffragiis iuvari. Similiter et Sanctos una cum Christo regnantes venerandos atque invocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offere, atque eorum reliquias esse venerandas, firmissime assero imagines Christi, ac Deiparae semper Virginis nec non aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse afirmo, Sanctam Catholicam et Apostolicam Romanam Ecclesiam omniumque Ecclesiarum Matrem et Magistram agnosco, Romanoque Pontifici B. P. Apostolorum Principis Successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo, ac iuro. Caetera item omnia a Sacris Canonibus et Oecumenicis Conciliis, ac praecipue a Sacrossancta Tridentina Synodo tradita, definita, declarata indubitanter recipio, atque profiteor, simulque contraria omnia, atque Haereses quascunque ab Ecclesia damnatas et reiectas, et anathemisatas, ego pariter damno, reiicio et anathematiso. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam inpraesenti sponte profiteor et veraciter teneo, eandem integram et inviolatam usque ad extremum vitae Spiritum constantissime (Deo adiuvante) retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri et praedicari, quantum in me erit curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac iuro sic me Deus adiuvet et Sancta Dei Evangelia.

2-do.

Forma Juramenti Canonicorum Neorecipiendorum.

Ego N. N. iuro per Deum Vivum, Beatissimam Virginem Mariam et omnes Sanctos ad Sancta Dei Evangelia manibis meis tacta,

110. quod Illustrissimo ac Reverendissimo Domino N. N. Praelato meo eiusque Successoribus, ac Vicario eiusdem, Vobisque Fratribus meis in omnibus honestis, ac licitis fidelis et obediens ero, Jura Ecclesiae, ac praescripta statuta observabo (bona et Clenodia Ecclesiae non dissipato, sed etiam dissipata, quovis modo abalienata et distracta, pro posse meo recuperare studebo.) Domum etiam mihi assignatam pro facultate mearum virium aedificabo, reparabo et conservabo: arcana Domini Praelati ac Capituli istius nemini relevabo. Honorem et dignitatem Domini Praelati mei tam in publicis conventibus, quam et in privata Fratrum ac aliorum civili conversatione defendam et tuebor; inter Fratres zizania et discordias nec palam nec occulte seminabo. In executioniobus peragendis et relationibus faciendis, ac exaudiendis fassionibus mihi concreditis fidelis, in divinis quoque sedulus et diligens erò, praescriptamque Residentiam Canonicam et personalem ex asse facturus sum. Sic me Deus adiuvet patronus huius Ecclesiae S. Martinus et omnes Sancti et electi Dei. Amen.

His Juramenti formulis utendum etiam erit, quoties alius, quam ex membris sacri huius Canonicorum Collegii Praeposituram huius Capituli adipisceretur.

Advenientibus cum litteris provisionis suae novis Canonicis, tenebuntur se illi convenientibus in Consistorio Dominis de Capitulo coram Capitulo sistere et praesentare, quibus deinde statuta haec pervoluenda admanuabuntur, iis perlectis ac ruminatis more hucdum solito ac in Pázmányiana Visitatione praescripto, quem ultro quoque sequendum approbamus, installabuntur per Cantorem huius Capituli in Ecclesia, ubi supra scriptam professionem elicient, unde reduces in Consistorio Capitulari Juramentum secundum coram Capitulari Consistorio praestabunt, atque hac ratione Praebendam suam obtinebunt. Quamvis autem modernus Praebendarum ordo non satis iustus, ex eo visus mihi sit, quod nempe Juniores Canonici et Dignitates magis utiles, ac Seniores et in Dignitate positi habeant, neque congregatum per me Capitulum a moderno ordine, nec pro hoc, nec pro futuris temporibus recedere, ac monitis paterne per me propositis haud cedere voluerit, hinc authoritate quae pollemus nostra, sub strictissimo obedientiae vinculo obligamus, ut actu viventes Domini Canonici Praebendas, quas actu posident, ad dies vitae possideant ast successivis temporibus sequens obtineat ordo et quidem:

Praebenda Lectoris perpetuo sit Domanyócz inferens . . . . . Ungar. flor. 300.
Cantoris Kolbach et Nemessan „ „ 350.
Custodis Kolcsov . . . . . „ „ 190.

III. Archi-Diaconi Cathedralis Ordzován et Pongráczfalva . . . . Ung. flor. 190.
Archi-Diaconi Arvensis Mindszent et Buglótz . . . . . „ „ 180.
Archi-Diaconi Lyptoviensis Görgő et Ulozsa . . . . . „ „ 180.
Canonici Senioris Jamnik . „ „ 150.
1-mi Canonici Magistri Janócz „ „ 140.
2-i Canonici Magistri Beharotz et Grancs . . . . . „ „ 110.
Parochialis perpetuo Baldócz.

Quoniam autem adhuc Praebenda Körtvélyensiensis superesset, cupiveram equidem, ut illa in Praebendam Theologalem alioquin uni e Capitularibus D. Canonicis, domus Presbyteralis, seu Seminarii Rectoratum gerenti conferenda elevaretur, ut ratione hac mente Concilii Tridentini fieret satis, cum Capitulum non obstantibus propositis per me motivis et precibus, nulla ratione eo perduci potuerit, ut exiguam huiusce praebendae decimam pro erectione praebendae Theologialis cederet, quare praebenda haec manebit pro communi usu Capituli.

De Residentia Canonicorum.

Ad 10-um. Quanti Sacrum Concilium Tridentium non solum Praesulum, Parochorum, sed et Canonicorum personalem Residentiam fecerit, patet ex ipsius Concilii compluribus decretis, et merito quidem ipse enim Doctor genitum II. Tim. 4. praecipit, ut labo-

rent et ministerium suum impleant: implere autem illud Canonici huius Ecclesiae se numquam posse sciant. Si Ecclesiam suam officiaque divina atque cum primis deputati sunt, deserant et non per se praestant, mens autem fuerat iam olim Sigismundi Regis, qui in duplici ordinatione sua (quemadmodum ipsum Capitulum in responsis suis ubi de 3-a dignitate disserit, fatetur) de anni 1406. et 1415. continuam Residentiam requisivit statuendo, ut absentes Canonici fructibus priventur, nisi ad promovendum bonum reipublicae lateri Maiestatis Regiae adhaererent, aut ut Cardinalis Gentilis constituerat, nisi quis Apostolicae Sedis, vel legatorum ipsius de latere privilegio munitus foret. Vident ex his Canonici Ecclesiae nostrae, se non solum Canonicis, sed et Regiis iussis ad observandam continuam personalem Residentiam obstrictos et obligatos esse, quae utique non in sola et unica Corporali praesentiae in Domibus suis Canonicalibus, sed in praesentia Corporali in gremio Capituli cum implemento muneris sui Canonicalis consistet. Verum equidem est prae-

112. ceptum hoc Residentiae non inter negativa, sed affirmativa conferi causasque esse, quibus Episcopi a Residentia Canonicos suos immunes declarare valeant, causae haec afferuntur a Concilio Tridentino, sequentes; videlicet; Christiana Charitas, urgens necessitas, obedientia, etsi certa utilitas ex eadem absentia in Eeclesiam, vel Rempbl. derivetur, hinc quoties Canonicorum nostrorum quispiam a Residentia sua abesse voluerit, praecipimus, ut causam veram et genuinam non fictam secundumque conscientiam suam

Sacerdotalem absentiae suae nobis, aut Vicario nostro constituendo ante discessum suum adaperiat, ut nos de sufficientia aut honestate causae allegatae, secundum conscientiam nostram decidere valeamus: caeterum de absentia a Residentia Methodum tenebimus eam, quam Concilium Tridentinum, Benedicti XIII. Institutiones et Bullae praescribunt de parochis, quare rescripta haec sapientissimi huius Ecclesiae Pontificis, Canonici Ecclesiae nostrae exactissime pervolvant, et sibi propria faciant, ut quoad Residentiam et absentiam petendam plene se adcomodare valeant, cum nos ne latum quidem unquam a decretis Conciliorum declarationibusque magni huius Pontificis recedere statuerimus, declarantes non licere D. Canoniuis ultra tres menses seu continuo, seu interpellatis vicibus quolibet anno ab Ecclesia sua abesse.

§. V.

Ad 1-um. Domos Canonicorum conservandas et reparandas non solum decor Capituli, cui singulus Canonicorum nostrorum studere debet, sed et conscientia cuiusvis propria exigit; cum autem data iurata fides impune violari nequeat, hinc singulo anno duos de gremio sui Capitulum eliget, qui domos Canonicorum quovis anno bis revidebunt et de statu cuiusvis domus Capitulo in unum congregato pro munere suo conscientiose, relationem praestabunt, negligentesque absque partium studio eidem referent, ut illud pro stricta obligatione sua etiam cum sequestratione re-

dituum Canonicalium negligentem plectere. Ac summam sequestratam in reparationem, aut reaeddificationem impedere valeat, neque tali optio favorabilis admittenda veniet.

Ad 14-um. Cum libri Capituli nec loco a furtis tuto locati, nec debito ordine digesti sint, hinc ii omnes ad domum Presbyteralem transferentur in debitum ordinem, sub cura praefecti et Rectoris locandi, ut tam Dominis Canonicis, quam et Clero juniori deservire possint, si quis Dominorum Canonicorum ad suam domum librum quempiam accipere cuperet, is reversales de aceptis libris in Bibliotheca conservandas relinquet.

113. §. VI.

Ad 1-um. Convocationes Capituli aliae sunt, quae ad negotia publica, uti sunt ad fassiones Protestationes et reliqua, quae his affinia sunt excipienda, aliaque stricte et privative Capitularia sunt, seu ea oeconomiam seu administrationem bonorum et alia similia feriant, ad illa pertractanda convenire potest Capitulum in Sacristia, ad haec autem definienda Praepositus convocabit Capitulum seu ad domum suam, seu vero aliam Canonicalem, numquam vero ad Sacristiam, cum ideo, quod indecens sit, ut vociferationes et clamores facile evenibiles in loco sacro exoriantur, tum vero, quod saepius ea, quae secreta tenenda sunt, cum summo praeiudicio Capituli prae foribus excubantes servitores audiantur et propalentur.

Ad 2-um. In pertractandis et decidendis negotiis Capitularibus, semper pluralitas votorum per Praepositum excipiendorum attendatur, numquamque iuxta partem saniorem decidatur, quis etenim par ferendo iudicio erit, ut determinet, quaenam parssanior sit? quod utique Ecclesiasticis digna pacem et Charitatem laederet certe, si non plene everteret.

Ad 3-um. Si quis Canonicorum in decidendis negotiis Capitularibus votum singulare foveret, cuperet que illud Protocollo inseri, votum tale separatum cum designatione nominis eiusdem Protocollo inferendum erit.

Ad 5-um. Statuta haec, ut quovis trimestri semel convocatis ad id omnibus Capitularibus perlegantur, districtim praecipimus eo magis, quod neminem ignorantia turpis et affectata in transgressione legum excausare valeat.

§. VII.

Ad 1-um. Benedictus sit Pater Domini Nostri Jesu Christi, quod in hac nostra Ecclesia Cathedrali nullus de vitio quodam scandaloso diffamatus existat, ut itaque constanter ita perseverent, omni contentione est enitendum; ultro currentibus viam Domini stimulos addimus obsecrantes per viscera misericordiae Dei, ut a bona probitatis, sobrietatisque semita non declinent, verum Scripturis Sacris, divis Ecclesiae Patribus, Juri Canonico, aliisque studiis Ecclesiasticis mundi innania devitantes incumbant; serio itaque et distin-

ctim praecipimus, atque in Sancta obedientia observandum iubemus, ut

114. in domibus Canonicorum nullus unquam cum foeminis aut puellis quacunque ex causa saltus instituatur. Sed nec alibi locorum unquam publicis saltibus assistant, nam cum ad nos potissimum dirigantur verba magni Apostoli, ut Conversatio nostra sit coelestis, qui sumus concives Sanctorum et domestici Dei, debemus in hoc saeculo nequam fugere vel ipsam mali umbram, facti exemplum aliis, cumprimis vero iis, qui nobis ex adverso sunt.

Ad 7-um. Libera testandi facultate in salvo relicta, serio monemus, hortamur et observamus Dominos de Capitulo, ut de substantia temporali, quam Dominus eis concessit, disponentes prae aliis omnibus respectibus potiorem habeant rationem cassae Dioecesanae et Seminarii, ubi Juventus Ecclesiastica, ac quasi eorundem filii in spes Ecclesiae, Religionisque summum incrementum ad opus Domini efficaciter et utiliter perficiendum informatur, non improbantes, sic ex hoc pane Christi moderata liberalitate in egentes minime autem sufficientiam habentes cognatos conferant: turpe etiam est, si filialis pietatis immemores et matris cuius uberibus pasti sunt obliti, in alia sodalitia et usus substantiam suam effundant, nullam aut exiguam rationem habentes dioecesis et Cleri Junioris. Quoniam autem evenit Canonicos nulla facta testamentaria dispositione decedere, de horum facultatibus transactio Kolonicsiana observetur, universaque substantia deductis deducandis trifariam dividatur, pars

una cedat cognatis, pars secunda Ecclesiae, pars tertia in eleemosinam pauperum. Super his vero rationes exhibeantur nobis per executores substantiae ab intestato relictae. Libri vero omnes ad Bibliothecam transferantur, seu ab intestato, seu vero cum testamento quispiam decederet, iuxta antiqua statuta et consvetudinem. Rationes de substantia etiam cum testamento decedentium Canonicorum executores Testamenti Capitulo praestabunt, nobisque illud post revisionem praesentabunt.

Ad 8-um. Dum Fratrum quispiam graviori infirmitate praemitur, non Corporalis solum, sed et spiritualis eiusdem omnis cura adhibeatur, ac Sacrum Corporis Mysterium et Viaticum processionaliter per totum Capitulum in Corpore ad infirmum sub pulsu Campanae deferatur, ac commendatio subin animae persolvatur.

115. Et haec sunt, quae pro rerum et temporum horum circumstantia authoritate nostra ordinaria per S. Congregationem S. Concilii Tridentini interpretum Decreto die 30. Julii edito nobisque submisso approbata, statuimus, ordinamus, decernimus inviolabiliter observanda, omni modo et forma qua possumus meliori, atque universis huius Cathedralis Ecclesiae nostrae Scepusiensis Dignitatibus et Canonicis praesentibus, et futuris in virtute Sanctae et saluturis obedientiae iniungimus accurate explenda. Obedite, filii, praepositis vestris, et subiacete illis, ipsi enim pervigilant pro animabus vestris Deo Vivorum et Mortuorum rationem reddituri. Apostolis autem eorum Successoribus

dictum est: qui vos audit, me audit. Facite itaque hac omnia hilariter expectantes beatam spem et adventum Gloriae magni Dei, a quo Nos paternae curae et solicitudinis, Vos obedientiae filialis mercedem sempiternam recepturos minime dubitamus.

Dabamus in Castro nostro Episcopali Schavnik, die vigessima prima mensis Decembris anno Domini Millesimo Septingentesimo Nonagesimo Sexto.

Joannes Eppus Scepus. L. S.

Comes de Reva m. p.

CAPUT II.

Knižnica Spišská Kapitula * Knižnica sem. biskupa J. Vojtaššáka

Litterae anni 1198-vi Emerici Regis Hungariae Scepusium (Szepesvármegye) respective praeposituram Scepusiensem non concernunt.

Exstant in Archivo privato Capituli Scepus. Scrinio X. Fasc. 1. N-ro 1. in vidimato pari Emerici Regis Hungariae litterae anni 1198., vigore quarum idem rex *„in signum fidei Catholicae de omnibus suis proventibus Regalibus ac Tributorum in* Terra Scipien. *(sic) et in Posonio decimam Archi-Episcopo Strigoniensi in perpetuum percipiendam contulit.“*

Litterae sonant:

„In Nomine Sanctae Trinitatis et Individuae Unitatis. Emericus Dei Gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae Rex; Omnibus notificamus; quod quia Sanctissimus Rex Stephanus et Beatus Ladislaus Rex Hungariae, Reges, nostri Patres et Praedecessores ordinaverunt, recepto Apostolico Mandato, ut de omnibus Proventibus Regalibus nunc habitis et quoquomodo et nomine habendis, atque ampliandis, Rex Hungariae quicumque fuerit a deo coronatus per Sedem Strigoniensem in Signum Catholicae Fidei Decimam solvere deberet Archi-Eppo Strigoniensi, a quo Fidem Baptismatis et Coronam receperunt. Nos eadem Fide, qua Ipsi salvari volentes, in perpetuum statuimus, quod de omnibus Proventibus Regalibus Archi-Eppus Strigoniensis Decimam ad plenum

recipere debeat, prout semper receperunt. Item Decimam Tributorum in **Terra Scipien.** (sic) et in Posonio Ipsi Domino Archi-Eppo Strigonien. in perpetuum pro Mensa sua, sicut per Sanctos Reges erant donatae. Item pro Salute nostra et pro discordia vitanda, exemplo Sanctorum Regum donavimus in perpetuum Domum Regalem in Castro Strigoniensi, quae nondum fuit opere consumata Eidem Strigoniensi Archi-Episcopatui, tamen tempore necessitatis nostrae, Ipse Dominus Archi-Eppus Nos in eadem recipere teneatur. Datum per manus Domini Kaptapani (sic) Episcopi Agriensis Aulae nostrae Cancellarij. Anno ab Incarnatione Domini Millesimo Centesimo Nonagesimo Octavo“(= 1198.)

„Praesentem Extractum ex suo vero et genuiuo Originali desumptum, collatum, ac quoad praespecificatos Paragraphos per omnia conformem esse in Fidem subscriptus testor. Posonii, 12-ma Augusti, 1774. Georgius Kocsó m. p. Archivi Regio-Cameralis Secund. Registrans. (L. S.)“

Confer. Archivum Capituli Scepus. privatum Scrinio X., fasciculo 1., nr-o 1.

Praemissi Privilegii pro Archi-Episcopo Strigoniensi 1198. per Emericum regem Hungariae editi, Joannes Feja lector canonicus Scepus, prius quam Carolus Wagner illud 1773 in Analectis Scepus publicasset notitiam habuit.

Feja anno 1771 a Wagner sciscitavit, ubinam quaestionatum Privilegium in originali deprehendatur. Ex responso Car. Wagner ad Fejam directo patet, privilegium Emerici regis Hungariae in originali praexistere in Archivo Archi-Episcopali Strigoniensi.

Carolus Wagner privilegium Emerici regis ex apographo desumptum in Analectis Scepusii anno 1773 editis Parte I-ma pag. 24 et 25 promulgavit.

I.

„Emericus Rex Hungariae donat Archi-Episcopo Strigoniensi Decimas Tributorum Terrae Scepusiensis, ac Posoniensis; item Domum Regalem in Castro Strigoniensi. Dat. Anno Domini 1198.“

»Ex apographo.«

„In Nomine S. Trinitatis et Individuae Unitatis. Emericus Dei gratia Ungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae Rex omnibus notificamus, quod quia Sanctissimus Rex Stephanus et Beatus Ladislaus Rex Ungariae, Reges, nostri Patres et Praedecessores ordinaverunt recepto Apostolico mandato, ut de omnibus proventibus Regalibus nunc habitis et quoquomodo et nomine habendis, atque ampliandis Rex Ungariae, quicunque fuerit a Deo (sic) coronatus per sedem Strigoniensem, in signum Catholicae fidei decimam solvere deberet Archi-Episcopo Strigoniensi, a quo fidem baptismatis et coronam receperunt. Nos eadem fide qua ipsi, salvari volentes in perpetuum statuimus, quod de omnibus proventibus Regalibus Archi-Episcopus Strigoniensis decimam ad plenum recipere debeat, prout semper receperunt. Item decimam tributorum in **Terra Scypiensi** et in Posonio ipsi Domino Archi-Episcopo Strigoniensi in perpetuum pro Mensa sua, sicut per Sanctos Reges erant donatae. Item pro salute nostra et discordia vitanda exemplo Sanctorum Regum donavimus in perpetuum domum Regalem in Castro Strigoniensi, quae nondum fuit opere consumata, eidem Strigoniensi Archi-Episcopatui; tamen tempore necessitatis nostrae, ipse Dominus Archi-Episcopus nos in eadem recipere teneatur. Datum per manus Domini Katapatani Episcopi Agriensis. Aulae nostrae Cancellarii. Anno ab Incarnatione Domini MCXCVIII“ (1198.)

Wagner Analecta Scepusii. Pars I., pag. 24 et 25.

I.

„Imre Magyarország királya az esztergomi érseknek Szepesség és Pozsony adótizedet adományozza; ugyancsak a királyi lakot Esztergom várában. Kelt az úr 1198. évében.

Másolatból.

Az egy és osztatlan szt. Háromság nevében. Imre Isten kegyelméből Magyarország, Dalmáczia, Horvátország, Ráma királya, mindenkinek tudomására adjuk, hogy mivel a legszentebb király István és boldog László, Magyarország királya, atyáink és elődeink, a királyok, az apostoli tisztet magukra vevén elrendelték, hogy az összes most birtokolt, bármi módon-néven birtoklandó és növekendő királyi jövedelmekből Magyarországnak Istentől az esztergomi szék által megkoronázott minden királya katholikus hite jeléül tizedet fizessen az esztergomi érseknek, a kitől keresztséget és koronát kaptak: mi ugyan ezen hitben, melyben ők üdvözülni akarván, örök időkre elhatározzuk, hogy összes királyi jövedelmekből az esztergomi érsek teljes tizedet kapjon, a hogy mindig is

kaptak, ugyszintén az adótizedet a **Szepes-földön** *(in terra Scypisiensi)* és Pozsonyban ugyancsak az esztergomi érsek úr számára örök időkre megélhetésül **(pro Mensa sua)** a hogy a szent királyok által adományoztattak. Ugyancsak üdvünk érdekében és egyetlenség elkerülése végett örökre adományozzuk ugyancsak az esztergomi érseknek a királyi lakot Esztergom várában, mely még nem volt befejezve; mindamellett szükségünk idején ugyanaz az érsek úr minket abba befogadni köteles legyen. Kelt Katapatani, egri püspök úr udvari kanczelláriusa kezeírásával az úr megtestesülésének 1198. esztendejében.

Anno 1874. edidit Ferd. Knauz canonicus Strigoniensis „*Monumenta Ecclesiae Strigoniensis.*" — Tomo I. pag. 156. privilegium anni 1198. Emerici regis **ex originali Strigonii in Archivo Archi-Episcopali asservato exemplari desumptum** — absque omni commentario — **publicavit.**

Originale sonat:

»139.«

„*1198. — Emericus Rex decimas de proventibus Regalibus a s. Stephano et Ladislao regibus Archiepiscopo Strigoniensi concessas, confirmat et Palatium in Castro Strigoniensi eidem Archiepiscopo donat.*"

„In nomine *s*ant*e* Trinitatis et individu*e* Unitatis. Emericus dei gratia Hungari*e*, Dalmati*e*, Croati*e*, *r*a*meque* rex, omnibus notificamus, *Qu*od quia sanctissimus rex Ste*f*anus et beatus Ladi*s*laus rex Hungari*e* reges, nostri *p*atres et *pr*edecessores ordinauerunt, recepto *a*postolico *m*andato, ut de omnibus *prou*entibus

*r*egalibus, nunc habitis et quo*que* modo et nomine habendis ac ampliandis, *r*ex Hungari*e* quicumque fuerit *a deo* coronatus per sedem Strigoniensem, in *s*ignum *c*atholi*ce* *f*idei *d*ecimam sol*u*ere deberet *a*rchiepisco Strigoniensi, a quo fidem *b*aptismatis et *c*oronam receperunt, *n*os eadem *f*ide, qua *i*psi saluari *u*olentes, in perpetuum statuimus, quod de omnibus *p*roventibus *r*egalibus *a*rchiepiscopus Strigoniensis *d*ecimam ad plenum recipere debeat, prout semper receperunt. Item *d*ecimam *t*ributorum **in terra Scipiensi** et in *p*osonio *i*psi *d*omino *a*rchiepiscopo Strigon. in perpetuum pro *m*ensa sua, sicut per *s*anctos *r*eges erant donate. Item pro *s*alute nostra et pro discordia *u*itanda exemplo *s*anctorum *r*egum, dona*u*imus in perpetuum *d*omum *r*egalem in *c*astro Strigon. qu*e* nondum fuit opere consummata, *e*idem archiepiscopatui; tamen tempore necessitatis nostr*e* ipse Archiepiscopus *n*os in eadem recipere teneatur. Datum per manus domini Kaptapani (sic) *e*piscopi *a*griensis aul*e* nostr*e* *c*ancellarij. Anno ab *i*ncarnatione Domini *M*⁰. *C*⁰. nonagesimo octavo" (= Millesimo Centesimo Nonagesimo Octavo).

Sigillum e crassa rubra serica zona pendebat. Originale lacerum in Archivo Prima(tiali) sec. Lad. fasciculo I., n-ro 1. — Edidit Fejér Codex Dipl. II., pag. 324."

Emerici regis Hungariae litterarum anni 1198-vi, ex originali per Knauz desumptarum et 1874 in opere „*Monumenta Eccl. Strigoniensis*" publicatarum, auctor ante annum 1884., annum nempe, quo dissertationem „Szepesvár és környéke" edidit, notitiam habuit, verum a commentario ad dictas litteras, quasi illae in aliquali nexu cum fundatione Praepositurae Scepus. essent, abstinuit, quia ex textu dictarum litterarum, quod haec Propositurum Scepus. concernent, colimare non potuit.

Anno 1887. auctor manuscripti huius edidit: „*Szepesvármegye Helységnevei;*“ in nunc dicta dissertatione de documento 1198., pag. 3 et 5 brevibus meminit: „119-ik évi okmány Szepességről már mint egyházi- és politikailag határolt területről emlékezik.“

Anno 1889. auctor manuscripti edidit: „*A XXIV. királyi plébános testvérülete.*“ In hoc opere ad litteras 1198. Emerici regis fit provocatio; „ugyanezen okirat alapján Imre király az esztergomi érseknek a Szepesség területére terjedő vámszedési jogot örök időre asztal-adomány képen („pro mensa sua“ Wagner Analect. Terrae Scepus. I. 24.) adományozza. „*Azonban sajnálnunk kell, hogy az emlitett okiratban a legcsekélyebb nyomokra sem akadunk, melyekből a szepesi prépostság alapitására, vagy netaláni fennállására vonatkozólag némi következtetést vonhatnánk*“ (*l. c. pag. 1.*)

Ut ex praemisso citato patet, auctor manuscripti litteras 1198 Emerici Regis cum Praepositura Scepus. in nulla esse conexione consideravit.

Recentissimo tempore (15. Decemb. 1901.) celeber patrius historicus **Joannes Karácsonyi** in dissertatione „*Halvány vonások Hazánk Szent-István korabeli határairól*“ (Conter. Századok. X. füzet, 1901. 1050. l.) provocat se ad privilegium quaestionatum Emerici regis Hungariae et asserit:

illud nequaquam Scepusium (Szepesség) sed particulam terrae „Szép“ „Szíp“ non procul a civitate Strigoniensi exsistentem concernere.

Karácsonyi ita argumentatur:

„Mielőtt továb mennénk, szólanunk kell valamit egy egyetlen szótag miatt keletkezett történelmi tévedésről. Némely történetiróink, kivált a Szepesmegyeiek, eddigi előadásunkkal szemben azt vetik föl,

hogy Szepesmegye területe nem lehetett teljesen lakatlan Szent-István korában sem, mert Imre király 1198-iki levele szerint a vámnak tizede „a szepesi földön“ is az esztergomi érseket illette, mert igy rendelték azt a „szent királyok,“ vagy is az emlitett történetirók véleménye szerint Szent István és László (Szepesi Emlékkönv, 1888., 334. l. Valóban ha megtekintjük e levélnek Wágnernél, Katonánál és Fejérnél olvasható régi közlését, abban „*in terra Scypusiensi*“ kifejezésre találunk, s ez látszólag történetiróinknak ad igazat. (Fejér II., 424. l.) — Csakhogy meg van e levélnek az eredetije is, melyről azt Knauz ujra, nagy lelkiismeretséggel közölte. Ebben pedig a döntő részlet igy áll: „*in terra Scipiensi*“ (Knauz Monum. Eccl. Strigonien. I., 156.) **És ez nem Szepest jelent,** mert hiányzik belőle az odatoldott harmadik szótag, hanem jelent *Szép* vagy *Szíp* földet. És ha tovább forgatjuk az esztergomi érsekség oklevéltárát, az 1216-ik évnél egyszer csak rábukkanunk, hogy e *Szép* vagy *Szíp* föld Esztergom városától nyugat felé a város és a János-lovagok Szentkirály nevű birtoka közt esett s rajta átjárás, rév vala.[1] (Knauz Monum. Eccl. Strigon.

[1] 208. — 1213. Andreas II. rex tributum regale de portu ville Kakath, nunc Párkány, Capitulo Strigoniensi donat.

In nomine Sancte Trinitatis et Individuae Universitatis. Andreas Dei gratia Hung., Dalmacie, Chroacie, Rame, Servie, Gal., Lodomerieque rex, in perpetuum. Omnibus, presentes litteras intuentibus, salutem cum regia benignitate, Sanctorum regum, predecessorum nostrorum uestigijs inherentes, et deuocione sancte matris ecclesie Strigoniensis inducti, que reges regni Hungarie non solum spiritualiter, uerum eciam in donis temporalibus ut tempore coronationis, solet reficere, quoddam tributum nostrum regale, in portu uille kokat archiepiscopalis, a mercatoribus undique ueuientibus quod exigi solet, perpetuato Comitatu strigon. archiepiscopatui, ne potestas alicujus Comitis regalis archiepiscopo turbationem inferat uel dam-

I., 207. V. ö. Catalogus Manuscriptorum biblioth. univ. Budapest. II., 608.) Az egyezés abból is kétségtelen, hogy mind az 1198-iki, mind az 1216-iki levél a szépi vagy szípi vámot egyedül az érsekének mondja s nem esztergomi egyházénak, sem az esztergomi káptalanénak. Semmi köze tehát Szent-Istvánnak a szepesi vámhoz.“ (L. Századok. XXXV-ik évf. 10. füzet. Dec. 15. 1901. 1050. l.)

Carolus Wagner apographi verbis **„in terra Scypisiensi“** inhaerendo, privilegium illud inter *„Diplomata et Litteras ad Scepusium universum pertinentes“* retulit. Wagner secuti sunt: *Bárdossy, Fejér, Katona* etc. verbo quotquot scriptores historiam comitatus et praepositurae Scepusiensis datis historicis antiquioribus illustraverunt, lectioni: **„in terra Scypisiensi“** peraeque inhaerendo — privilegium 1198. Emerici regis *Scepusium* attingens consideraverunt et illo sensu in suis dissertationibus etiam usi fuerunt.

pna, simul cum tributo fori Civitatis Strigon., pro salute nostra et animarum absoluciene omnium regum, predecessorum nostrorum, fratribus ecclesie beati adalberti martiris, id est Capitulo, in perpetuum donavimus, nullum ius exinde nobis reseruauimus, ita tamen, quod mercatores omnes, a quibuscumque partibus uenientes, in ipso portu debent transire, et per ciuitatem Strigon., iustum ibidem tributum persoluant. De transitu autem inter terram domini archiepiscopi, **scep** dictam, et uillam sancti stephani regis, domus hospitalis, existenti, taliter ordinauimus, ut ibidem terrestres et simplices transeuntes, tempore lutuoso uel necessitatis possint transire, et nautus magister ipsius domus, cum domino archiepiscopo uno consensu tenere possint et precium transeuncium inter se diuidant, sicut uolunt; Capitulo tamen non preiudicent; mercatores tamen in ipso transitu transeuntes, uel in ipso portu, uenire debent in Ciuitatem nostram Strigon., et ibi tributo persoluto ipsi Capitulo, et tricesima reginali, recedant; alij mercatores cum quibuscumque rebus mercimonialibus, ab omnibus regionibus venientes cum curribus honeratis, non aliunde, sed per portum Kokat transire debent; si qui mercatorum per aliam uiam transirent, tunc quilibet Comes, specialiter Comes Strigon. ipsos tales comdempnare poterit in rebus iuxta modum consuetum. Vt autem hec nostra donacio inuiolabiliter valeat permanere, litteras nostras sigillo regali per manus domini Thome, albensis prepositi, aule regis cancellarj fecimus in publicum commendari, pro re cerciori. Anno ab incarnatione domini M°. CC°. XV°. (= 1215.) Venerabile patre Johanne Strigon. archiepiscopo presidente.

Sig. e flavo et violaceo serico texto pendebat. Origin. rudi calamo exaratum, in Archivo Cap. Strigon. privat. Lad. 41. fascic. 3. n-ro 1. Edit, Katona Hist. Criti. V. 217., Fejér Codex III. I., 167.

Observatio auctoris manuscripti.

Fundamento praemissorum: Emerici regis Hungariae litterae anni 1198., tamquam Scepusium (Szepesség) non concernentes pro futuro considerandae veniunt, — ac ideo cum historia arcis et comitatus, **prout etiam cum historia fundationis Praepositurae Scepus in nulla corelatione constituuntur.**

Archidiaconatus Tarczaensis.

Confer. „Initia“ pag. 18.

Varios inter districtus, qui tractu temporis Dioecesis Agriensi adlecti sunt, praecipuas tenebat partes *„Districtus Tarczaensis“* qui hodie politico nomine Comitatus dicitur Sárosiensis.

Quorsumnam respectu iurisdictionis ecclesiasticae pertinuerit districtus iste, et a consequenti quemnam respexerit tollendae ex eodem decimae ius, multum litigabant Antistites Strigoniensis et Agriensis ad invicem, utroque ius sibi vindicante; unde factum quod Districtus Tarczaensis iam hunc iam illum suum venerari iuberetur dominum, atque litibus in iudicio

agitatis semel spirituali iurisdictioni Strigoniensis, alias iterum Agriensis Astistitis subiiceretur. Sic e. g. Lampertus episcopus Agriensis a. 1262. ecclesiam in Nagy-Sáros ac plures in eius vicina existentes parochias a iurisdictione respectivi Archidiaconi eximens, immediate Episcopi iurisdictioni subiicit, Hypolitum canonicum Agriensem ibi constituit parochum, in decreto exemptionis et nominationis parochi diserte enuncians: parochos in Sáros pertinere et subesse iurisdictioni Episcopatus Agriensis. — E contra Thomas Archiepiscopus Strigoniensis in suo de anno 1312 diplomate clero Districtus Tarczaensis confirmat ius decimae et privilegia clare et diserte exponens, districtum hunc pertinere ad Praeposituram Scepusiensem. — Item anno 1322. Boleslaus Archiepiscopus Strigoniensis peraeque rata habet et confirmat cleri huius Districtus privilegia enuncians iterato, Districtum hunc suae subiacere iurisdictioni.

Altum tenentibus silentium viris historicis et documentis rem hanc tractantibus, arduum ne dicam impossibile est, seu initia et originem ac titulum iurisdictionis Episcopi Agriensis in hunc Districtum probare; seu praetextum eruere, quo Archiepiscopi Strigonienses hanc Episcopi Agriensis iurisdictionem in dubium vocare imo adgredi coeperint. Wagner quidem in hanc rem scribit: „Illud adnotare . . . . vindicatum ibat“ vide Diplomata Sáros. Comit. 464. — Katona: „Ipse quoque . . . . ecclesiae cessit.“ Histor. critica Reg. Hung. tom. IX. pag. 95. Pray aeque meminit iuris in quaestione positi Episcopi Agriensis, sed cui idem superstrueretur ius fundamento, nec verbo innuit, sic scribens: „Haud multo post . . . . Episcopo

asseruit.“ Hieranchia I. pag. 42. Imo nec in decreto Nicolai Episcopi Agriensis in hoc merito edito memoratur origo aut titulus huius iurisdictioni, sed simpliciter dicitur Archiepiscopum Strigoniensem „visis et salubriter consideratis iuribus ecclesiae nostrae Agriensis.“ Caeterum de decreto hoc mox inferius loquemur.

E re igitur est in initia et titulum huius in quastione positae iurisdictionis pressius inquirere. Certum est Districtum Tarcza-ensem originarie non fuisse subiectum iurisdictioni Agriensis Episcopi, verum tardius tantum hanc subordinationis subivisse relationem, quod evidenter probatur diplomate Stephani V. Regni, in quo Sáros non memoratur inter illos Comitatus, e quibus Episcopus Agriensis percipiebat decimas, iam autem notum est ius percipiendarum decimarum semper iunctum fuisse iuri dioecesano. Quodsi vero Comitatus Sáros exceptionem formasset, et sine obligatione praestandarum decimarum tamen iurisdictioni Episcopi Agriensis subiacuisset: in diplomate Belae IV. Regis ubi dicit Rex: Episcopum Agriensem in tota dioecesi Agriensi iure decimae gaudere, — huius exceptionis relate ad Districtum Sáros diserta mentio fieri debuisset; quia secus praelaudatum diploma regium veritati haud respondisset.

Juxta diploma Belae IV. Regis editum anno 1248. hicce Rex contulit decimas Districtus Sárosiensis ecclesiae Agriensis, quas tardius permutavit cum possessoriis Cserép et Csege in Comitatibus Borsod et Szabolcs sitis, horum redditus et proventus adiudicando memoratae Ecclesiae Agriensi. Diploma hoc donationis decimarum e Comitatu Saros, item per-

mutationis cum praeattactis bonis per Belam IV. Regem editum confirmavit denuo Carolus Robertus Rex anno 1326. Ex his elucet iurisdictionem in Districtum Sárosiensem et ius desumendarum decimarum pro Episcopo Agriensi ex illo Belae IV. Regis diplomate suam trahere originem suumque cepisse initium. Verum est quidem, ius desumendae decimae tardius permutatum fuisse, sed cambium hoc subordinationem Districtus erga Episcopum Agriensem nequaquam sustulit; sicquidem data Eppo Agriensi pro iure decimae e Sáros provenientis compensa in bonis Cserép et Csege, intacta mansit eius iurisdictio in Comitatum Sáros, quod maxime probatur eo: quod Comitatum Sáros antea Eppo Agriensi decimas dare iussus, has facto cambio regio, ipsi Regi dare debuerit. Intactam mansise iurisdictionem Episcopi Agriensis in Districtum Sáros sole clarius probat ea Regis dispositio: ut Eppus Agriensis, si nefors in possessione et usu via cambii percepti possessorii quocunque modo turbaretur aut impediretur, ius plenum aequirat et habeat decimas ex amisso per cambium territorio, a rege aut eius successoribus exigendi et percipiendi. „Et processu temporis . . . . sine fine."

E dictis patet initia iuris et iurisdictionis Episcopi Agriensis in Districtum Sáros suam trahere originem a diplomate Belae IV. Regis circa dimidium saeculi XIII. edito. Unde simul collimare licebit, ad originem litis circa ingremiationem Districtus huius et circa ius exercendae in eum iurisdictionis. Haud multum aberramus a veritatis transite asserentes: Comitatum Sarosiensem, a potiori incolis carentem, neutri vicinarum Dioecesium (Strigoniensis et Agri-

ensis) fuisse canonice incorporatum, aut saltem limites eius relate ad dictas Dioeceses non fuisse praecise ad exigentiam legum ecclesiasticarum defixos; atque ideo lapsu temporis dum incolarum numerus creverat, horum necessitatibus spiritualibus ratione vicinitatis Praeposituram Scepusiensem succurrisse, et ideo eiusdem iurisdictioni ecclesiasticae obedivisse. Tardius attamen aucto incolarum numero, erectisque ibidem prrochiis, dum Bela IV. decimam huius Districtus integri Episcopo Agriensi contulerat, cum iure decimae etiam ius dioecesanum seu iurisdictio spiritualis in Episcopum Agriensem transiverit oporteat. Vicissim etiam Archiepiscopus Strigoniensis inhaerebat iuri et iurisdictioni suae in hunc Districtum provocando ad usum et consvetudinem, vigore cuius Districtus Praepositurae suberat Scepusiensi. Neutro Antistitum, suo ut putabat iuri debito, cedere volente in longum protrahebantur ad invicem lites graves.

Finis litibus inde a dimidio saeculi XIII. ferventibus datus est anno 1336. Hoc quippe anno res definitivo modo decisa et ius Episcopi Agriensis solemniter probatum agnitumque est per id: quod saepe dictus Districtus iurisdictioni Episcopi Agriensis subordinatus atque Dioecesi Agriensi ingremiatus fuerit. Probat id Decretum Nicolai Episcopi Agriensis hoc in merito editum, in quo et partes quaepiam vigentis antehac litis uberius adumbrantur. Tenor Decreti est sequens: „Nos Nicolaus . . . . conservabimus et." Vide Battyányi Leges Eccl. Regni Hung. tom. III. p. 173.

Districtus hicce Sárosiensis unitus erat cum Districtu Abaujváriensi usque ad anuum 1336., unde etiam in Pontificio decimarum Regesto parochiae Sáros et

Abauj sub eodem memorantur titulo, atque ita uniti Districtus duo sub nomine „Archidiaconatus de novo castro“ appellantur. Praeattacto anno 1336. facta Districtum separatione, seu dismembratione, Districtus Sárosiensis, cum proprio suo territorio dictus est Archidiaconatus Tarczaensis (Tarczafői főesperesség).

Desumta sunt haec ex opere cui titulus: „Emlékkönyv kisapponyi Bartakovics Béla Egri Érsek aranymiséjének ünnepére, 1865. május hó 28.“ pagina 77. sq. Nr. VII.

His praemissis liceat nobis adinstar complementi et una emandationis eorum, quae in praecedentibus e memorato opere „Emlékkönyv“ de processu in quaestione posito desumta adducuntur, notare sequientia:

Non multum errabimus, si caeteras inter causas quae processum provocarunt, praecipuam fuisse assevamus: convulsionem limitum sacrorum, quam catastropha per Tartaros excitata causavit; alias item domesticae calamitates perplexo regni nostri statui, ac demum ipsis Agriensibus Antistitibus, quorum dioecesis usque ad limites comitatus Scepus et Sáros semet extendebat illatas. — Confusiones tales limitum sacrorum saepe in longum protractis litibus ansam praebuerunt. Ita diploma 1312. Leutschoviae signatum Districtum Tárczaensem Archi-Dioecesi Strigoniensi vindicat, quo Thomas Archi-Eppus Strigoniensis plebanos Districtus de Tárcza (in Sarosiensi comitatu) ad praeposituram Ecclesiae S. Martini de Scepus. spectantes usque ad antiquam portam, uti de Tárcza Vice-Archidiaconum Nicolaum de Kriván et Henricum de Septem-Tiliis exaudit et petitis annuit. (Fejér. VIII. Vol. I. pag. 459.)

Processus ut vidimus intuitu quaestionatorum limitum in longum protractus, tamdem circa annum „1331“ finitus. Juxta auctorem dissertationis in opere Emlékkönyv in favorem Eppi Agriensis decisus fuit.

Caeterum toties dictus processus finaliter circa annum 1345. in favorem praepositi Scepus, non vero Eppi Agriensis decisus fuit. In Archivo priv. Cap. Scepus. existunt duo documenta originalia, quae factum hoć quod finaliter processus in favorem Praep. Scepus. terminatus fuerit, confirmant. Videlicet *a)* de 5-a Septembris, 1345 vigore cuius Joannes praep. Scepus. tertiam partem proventus sui decimalis a plebanis Districtuum de Tárcza et Plaucs (= Palocsa) obvenientis, — ratione cuius denegationis, nec non Districtuum praefatorum avulsionis lis obmota tandem finita est, — per Capitulum Scepusiense percipiendam disponit (Scr. X. f. 2. nro 20.)

b) Litterae de 6-a Sept. 1345. quibus mediantibus idem Joannes praepositus finita cum triumpho ratione Districtuum Tarcza et Paloucs lite, tertiam partem Decimarum et Cathedratici in recompensam expensarum in Litem praerecensitam subministratarum Capitulo Scepusiensi contulit.[1] (Scrin. X. fascic. 2. numero 21.)

Archi-Diaconatus Tornensis.

(Breves reflexiones)

Confer. „Initia“ pag. 22.

Archi-Diaconatus Tornensis primitus spectabat ad Archi-Episcopatum Strigoniensem, id manifeste apparet ex diplomate Belae IV. regis, anno 1263 edito, tenore cuius Philippus Archi-Eppus Strigoniensis decimas suas Archi-Episcopales in districtu de Torna

[1] Una pars originalium actorum memorabilis huius processus exstat in Archivo privato Capituli Scepusiensis, vide Initia **Scapus** pag. 239. In parte obversa nunc attacti documenti leguntur adnotationes sequentes: „Processus ratione districtus Tarczaensis ad Archi-Dioecesim Strigoniensem spectantis . . . . XXXI. (1331·)“ — „Hic processus exspiravit, — habentur Litterae restitutoriae — Thomae Archi-Eppi — Strigoniensis — Litterae D. N. Z. — inter literas fundationa(les).“

existentes propter continuam regis residentiam et curiae eius in villa Gurgeu (= Görgő) vocata conservationem, ad instantem regis et Mariae conthoralis reginae petitionem, eidem regi (Belae IV.) pecuniâ paratâ de Camera regia redimendas assignasse perhibetur, salvo eas suo, successorumque suorum usui reapplicandi iure. „ . . . . salvis item semper liberis decimis duarum de Torna s. l. et Vendegii villarum, pro Sacerdotibus Ecclesiarum remanentibus, quas praedictus Dominus Archi-Eppus, et sui successores liberas eisdem reliquerunt ad nostram instantiam specialem“ (Fejér, Tom. IV. Vol. III. p. 127.) — Jus per tractum Tornensem decimas desumendi, Archi-Eppis Strigoniensium proprium, spiritualem una iurisdictionem praesulum Strigoniensium indicat.

Quo anno Archi-Eppi Strigonienses decimas Tornenses Archi-Diaconis tenendas adiudicaverint, quando id factum et num Archi-Diaconorum sedes oppidum hodiernum sorna fuerit, cum certitudine asseri non potest.

In Visitatione Capituli Eccl. Metropolitanae Strigoniensis a. 1397. continetur, quod nunc dicto anno Archi-Dioecesis Strigoniensis praeter Archi-Diaconatum Cathedralem octo Archi-Diaconatus numeravit. „Et ultra istos archidiaconatus dixerunt domini de Capitulo, quod deberet esse archidaconatus Tornensis, sed se fecit ruralem et moratur in Torna“ . . . „Praeterea omnes domini de capitulo dixerunt . . . . quod in choro.“ „In parte laeva sive sinistra . . . . Septimum deberet habere — locum — archidiaconus Tornensis.“

Quo anno Archidiaconatus Tornensis capitulo Scepusiensi ingremiatus fuerit, non est notum. Periodus, qua durante Archi-Diaconatus Tornensis capitulo ingremiatus fuerit, brevis videtur fuisse, quia in can. vis. Pázmány de anno 1629. haec continentur: „quod aliquando Archi-Diaconus quoque Thornensis in hac Ecclesia Residentiam habuerit, sed Illmus quondam D. Nicolaus Olahusz († 1568.) Archi-Eppus Strigoniensis eum in Metropolitanam ad residentiam transtulerit.

Officium Archi-Diaconatus Tornensis ambulatorium fuisse patet exinde, quod plures diverso tempore canonici Scepusienses ac alii uti plebani Archi-Diaconi Tornenses fuerint, ita apud Wagner Tom. I. pag. 372. legimus: Joannis Henckel de Leutschovia, plebani ac Archi-Diaconi Tornensis fassionem super ultima voluntate Christophori de Zemerchen Ecclesiae Scepusiensis Lectoris an. 1522. elicitam.

Archi-Diaconatus Tornensis olim extensione sua maior fuit ac hodie. Juxta Pázmány Archi-Diaconatus Tornensis habuit sub se 25 parochos.

Anno 1776. Dioecesis Rosnaviensis sub Maria Theresia erecta, ut notum ex Archi-Episcopatu Strigoniensi excisa, unam partem quam nunc Eppatus Rosnaviensis tenet, constituit olim Archi-Diaconatus Tornensis, qui hodie in duos districtus Tornensem et hodiernum Scepusiensem Archi-Diaconatum divisus, Vice-Archi-Diaconis providetur.

Hodiernum districtum Tornensem integralem partem pervetusti Archi-Diaconatus — inclusis Harskut et Barka parochiis, quae hodie ratione situs ad Archi-

Diaconatum Cathedralem Rosnaviensem spectant, effecisse, dubium non est, quia idem totus ante dismembrationem matri Archi-Episcopatui Strigoniensi subiectus fuit.

Cfr. Wagner Anal. Scep. Tom. I. Joannes Bárdossy. Moldvaensis vel Szepsiensis Decimae Indagatio etc. Posonii, 1802. — Lineamenta pervetusti Archi-Diaconatus Tornensis adumbrata per Em. Hollok Historiarum Profess. Rosnaviae, 1832. — Történelmi Tár. Kiadja a M. Tud. Akadémia s.a.t. 1901. évf. Első füzet 88., 89. ll.

1429., die 8-va Junii.

Confer. „Initia" pag. 362.

Die 8-va Junii **Franciscus** can. eccl. S. Martini de Scepus. et Michael Michaelis can. Veszprimiensis nomine Georgii electi Nitri(ensis) obtulerunt cam(erae) ap(ostolicae) et collegio card(inalium) 275 fl. (obl. 64., fol. 51. †) — Confer. Monumenta Romana Episcopatus Vesprimiensis. Munificentia Caroli L. B. Hornig Episcopi Vesprimiensis edita a collegio Historicorum Hungarorum Romano. Tomus III. 1416—1492. Budapestini 1902.

Pagina 365. in „Initiis" ad annum 1437. recensetur Franciscus de Gargow canonicus Scepus.; utrum nunc dictus idem sit, qui in Monumentis Eppatus Veszprimiensis folio 63 memoratur, auctori Manuscripti huius non est notum.

CAPUT III.

Schematismus.

Ab anno 1209., quo ut notum est Adolphus primus praepositus fuerat Scepusiensis, usque 1520 elapsi sunt 311 anni; ex hoc trium et ultra saeculorum temporis spatio, de primaeva Districtruum (Fraternitatum) ac Parochiarum coordinatione Dioecesis, rectius Archi-Diaconatus Scepus. usque praesens nil certi constat.

Exceptionem in hoc merito facit Fraternitas XXIV. Regalium Parochorum. Nunc dictae Fraternitatis series parochiarum de anno 1278. (Cfr. Hradszky. A XXIV. kir. plébános testv. 47. l.) et de anno 1298. (Conf. Privilegia Reg. et Imp. Regni Hungariae Almae Fraternitatis 24. Plebanorum etc. Archiv. priv. Capit. Scepus.) nota est.

Stricte sumendo Fraternitates ac Parochiae „Archi-Diaconatus Scepus." ad Schematismum Dioecesis Scepus. qui originem suam ab erectione Episcopatus Scepusiensis (1776) sumit, non spectant.

Quia vero auctor toto decursu Manuscripti: „*Initia, progressus, ac praesens status Capituli Scepusiensis*" historicos eventus, in quantum horum notitiam habuit, ab ipsis primordiis Capituli texuerat, visum fuit auctori manuscripti etiam intuitu Schematismi simili modo procedere. —

Antiquissimis temporibus Praepositura Scepusiensis constitit ex uno Archidiaconatu (Scepusiensi) et

octo Fraternitatibus (Districtibus), quibus praeerant Seniores (h. Decani). Singulae Fraternitati suberant, certo numero Parochiae.

Prima Fraternitas fuit XXIV. regalium Parochorum, quae 1278 ex sequentibus parochiis constitit: 1. Suburbium (Szepesváralja). 2. Villa Noctuarum (Ewlenbach, Velbach). 3. Odoryn. 4. Villa Nova (Neudorf, Igló). 5. Villa Baldmar (Palmarum, Pálmafalu). 6. Villa Vrsy (Illésfalva, Sperendorf). 7. Vilkusz dorph (Vilkócz). 8. Sanctus Ladislaus (Quintum-Forum, Csütörtök). 9. Villa Kabus (Villa Compositi, Káposztafalu). 10. Villa Svevi (Svábócz). 11. Villa Theutonicalis (Deutschendorf, Poprád). 12. Vylka (Felka). 13. Sanctus Georgius, (Szepes-Szombat, Georgenberg) 14. Mylembach. 15. Lomnicha (Nagy-Lomnicz) 16. Villa Isaac (Zsákocz). 17. Villa Menhardi. 18. Villa Polomi (Hunfalu). 19. Béla. 20. Lewbitza (Leibitz). 21. Villa Durandi. 22. Villa Ruskyn. 23. Leutschovia et 24. Villa Quirini (Kurimjan). — Dum Leo X. in patria nostra decimam papalem 1520 colligi curavit, Fraternitas XXIV. reg. Parochorum, dempto Vilkocz in cuius locum Szepes-Olaszi venit, ex iisdem constitit Parochiis.

Parochiae fraternitatis XXIV. parochorum regalium spectant ad antiquissimas parochias Scepusienses. Incolae dictarum parochiarum fuerunt Saxones Christiani, qui sub Geyza II. rege Hungariae (1141—1161) ad Scepusium venerunt et sic dictas XXIV. civitates regales condiderunt. (v. Hradszky J. A XXIV. kir. pléb. test. Miskolcz 1895).

II-a Fraternitas Superioris Hernad anno 1520 numeravit sequentes parochias: 1. Villa Marci (Markusfalva). 2. Wogendrüssel (Merény). 3. Schmegen. (Szepes-Sümegh). 4. Lethon (Letanfalva.) 5. Villa Sctae Margarithae (Margiczan). 6. Villa Bethleem (Betlenfalva). 7. Grenitza (Szepes-Véghely) 8. Cruciferi de Dravecz (Szepes-Darócz). 9. Schebnik (Savnikfalu). 10. Widernik. 11. Sanctus Andreas (Szent-András). 12. Varkassy (Farkasfalva). 13. Villa Abrahae (Abrahamócz).

III-tia Fraternitas Inferioris Hernad: 1. Villa Garga (Görgő). 2. Repasch (Superior). 3. S. Laurentii (Brutócz, Szepes-Szent-Lőrincz). 4. Rajocz-Bethania (Ragyolcz—Szepes-Mindszent). 5. Sygra. 6. Zwek (Alsó-Szalók). 7. Ruthno (Richno). 8. De Rubo (Haraszt). 9. Grewsa (Szepes-Körtvélyes). 10. Gemnik (Jamnik). 12. Doman (Domány) et 13. Villa Dionisii (Dénesfalu).

IV. Districtus Fraternitatis Lubló: 1. Lybló. 2. Gnysen (Gnézda). 3. Rauschenbach (Rusbach). 4. Neo-Lybló (Uj-Lubló) et 5. Hobgarten.

V. Districtus Fraternitatis Dunavecz: 1. Henschau (Hanusfalu). 2. Antiqua Villa (Ó-falu). 4. Niswicz (Nedecz). 4. Katzvinkel (Kaczvin). 5. Laposch. 6. Krempach. 7. Nova-Béla (Uj-Béla). 8. Fridmann. 9. Lechnicz et 10. Richwald.

VI. Fraternitas Inferioris Poprad: 1. Késmark. 2. Sanctus Michael. 3. Walddorf (Erdőfalva). 4. Statesy (Nagy-Or). 5. Rokus. 6. Landek. 7. Bierbrunn. 8. Wintschendorf (Szepes-Tótfalu). 9. Topporcz. 10. Meltewer (Maldur). 11. Bussócz. 12. Podolin. 13. Parva-Lumnitz (Kis-Lomnitz). 14. Hundertmark (Hodermak). 15. De Cruce (Keresztfalu) et 16. Kreyga (Krieg).

VII. Fraternitas Superioris Poprad: 1. Villa Mathaei (Matzdorf). 2. Major-Zalogh (Nagy-Szalók). 3. Gerlitzdorf (Gerlachfalva). 4. Villa Botyzi (Batiszfalu). 5. Lutsivna. 6. Czyrban (Csorba). 7. Wag. 8. Zon (Sunyava). 9. Kubach. 10. De Sancto Joanne (Szepes-Jánosfalu, Janócz). 11. Sanctus Michael (Strázsa, Michelsdorf). 12. Hosultz (Hozelecz) et 13. Teplicza. Denique:

VIII. Fraternitas oppidorum Metalicorum (Bányaváros testvérülete), subiecta erat Jurisdictioni Praepositi de „Viridi Campo," haec constitit anno 1520 ex sequentibus parochiis: 1. Gölniczium 2. Jekelfalva. 3. Krompach ad Hernadum. 4. Szomolnok. 5. Villa Eremitae (Remete). 6. Svedlér. 7. Stoosz. 8. Szlovenka (Habakukfalva) et 9. Folkmár.

Fraternitates (Districtus) anni 1610. vide infra: „*Catalogus ministrorum verbi divini Aug. Confes. Anno 1610.*," in serie chronologica parochiarum Dioecesis Scepus.

Usque ad annum 1777 exclusive status personalis cleri Scepusiensis in sic dicto **Calendario** Archi-Dioecesanaeo cleri Strigoniensis sub titulo: *Catalogus, Parochorum Vicariorum, Aliorumque Archi-Dioeceseos Strigoniensis per Terram Scepusiensem* (intellige tantum per comitatum Scepusiensem) exponebatur.

Ante erectionem Episcopatus Praepositura Scepusiensis 1776 parochias complectebatur sequentes;

Prima parochia quae imediate Praeposito suberat, fuit parochia Szepeshelyensis (Scepusiensis) et secunda Leutschoviensis.

I. **Decanatus superioris fluvii Poprad** numerabat parochias: 1. Batizfalva. 2. Csorba. 3. Durandi villa. 4. Felka. 5. Gánócz. 6. Hunsdorf. 7. Leibicz. 8. Lucsivna. 9. Majerka. 10. Mathaei villa. 11. Menhardi villa. 12. Millenpach (sic). 13. Mons Sancti Georgii. 14. Nagy-Szalók. 15. Poprád. 16. Ruskinócz. 17. Svabócz. 18. Teplicza et 19. Zsákócz (h. Izsákfalu).

II. **Decanatus inferioris fluvii Poprad**: 1. Béla. 2. Busócz. 3. Hollólomnicz. 4. Késmark. 5. Kis-Lomnicza. 6. Landok. 7. Toporcz. 8. Tótfalu. 9. Viborna et 10. Zsdjár.

III. **Decanatus superioris fluvii Hernad**: 1. Abrahámfalva. 2. Grenicz. 3. Igló. 4. Káposztafalva. 5. Kubach. 6. Letanfalva. 7. Quinto-Forum. 8. Teplicska. 9. Vidernik et 10. Szmizsan (h. Szepes-Sümegh).

IV. **Decanatus inferioris fluvii Hernad**: 1. Felső-Répás. 2. Felső-Szalók. 3. Görgő. 4. Haraszt. 5. Kluknó. 6. Márkusfalva. 7. Mindszent. 8. Odorin. 9. Olaszi. 10. Polanócz. 11. Szlatvina. 12. Váralja. 13. Velbach. 14. Körtvélyes et 15. Zsegra.

V. **Decanatus Montanus**: 1. Gölnicz. 2. Jekelfalva. 3. Krompach. 4. Remete. 5. Svedlér. 6. Stosz. 7. Szomolnok et 8. Vagendrisel (h. Merény).[1]

[1] Teste protestatione Pauli Balassa de Gyarmath, praepositi Scti Georgii de viridi campo, eccl. Metropolitanae Strigoniensis canonici, per

VI. **Decanatus Dunaviczensis**: 1. Alsó-Laps. 2. Felső-Laps. 3. Fridmann. 4. Hanusfalva. 5. Jurgov. 6. Kaczvin. 7. Krempach. 8. Lechnicz. 9. Lesznicz. 10. Mátyásfalva. 11. Nagy-Frankova. 12. Nedecz. 13. Ó-Falu. 15. Richvald. 15. Tribs et 16. Uj-Béla.

VII. **Decanatus Graeci Ritus Unitorum**: 1. Alsó-Répás. 2. Helczmanocz. 3. Hundertmark. 4. Kojsov. 5. Lipnik. 6. Olsavicza. 7. Porács. 9. Szlovenka. 10. Toriszka et 11. Zavadka.[2]

Samarius in Scepusio parochiarum numerus 89.

Erecta sede Episcopali Scepus. anno 1776 accessit ad Dioecesim Scepusiensem:

plenipotentiarium suum Andream Santossy, Abbatem B. M. V. de Gágy custodem et canicum Scepus. feria IV. proxima post Dominicam XIII-iam Trinitatis, 1686 coram Capitulo Scepus. facta, ad praeposituram de viridi Campo comunitates in Scepus. sequentes spectarunt:

Svedler, Remete, Stosz, Helczmanócz, Gelnicz, Jekelfalva, Folkmár, Richnó, Krompach, Olaszi-Kaczvinkel, (Mezenzeif utrumque,) Jaszó, Mindszent, Debrodt, Somogy etc. etc. in Abaujváriensi cottu).

Supraattactus Balassa in protestatione sua pro se praetendit cathedraticum, quod suo tempore parochi „diminute vel totaliter neglexerunt solvere" unaque declarat: Quietantias super percepto Cathedratico per quemcunque alium quam per illum extradatas pro nullis atque invalidis. (v. Prot. 1685. fol. 8[7].)

Ex hac protestatione patet, quod Olaszi non ex integro terreno praeposito de viridi campo cathedraticum solverit. Opinione nullorum scriptorum: Olaszi—Kaczvinkel antiquis temporibus illam partem terreni Olasziensis apelatam fuisse, quae ad sinistram partem fluvii Királypataka, qui Szepes-Váralja veniens, per Szepes-Olaszinum fluit, et in terreno nunc dicti oppidi in Hernadum efunditur, — intelligendam esse.

[2] „Districtus hic a Petro Parthenio Munkacsiensi condam Episcopo, in angustissimis temporum adiunctis constituto, tutelae et protectioni in Spiritualibus Capituli Scepusiensis latini Ritus comissus fuerat." (Schemat. dioec. Eperies.) A cuius iurisdictione mandato regio exemptus et 1787 Eppo Munkacsensi resignatus est.

A. Archi-Diaconatus comitatus Liptoviensis ad Archi-Episcopum Strigoniensem spectans.

In Archi-Diaconatu comitatus Liptó Districtus unus tantum fuit; parochiae vero sequentes:

1. Bobróc. 2. Bodafalva. 3. Dovaló. 4. Hibbe. 5. Komjathna. 6. Quacsan. 7. Liszkofalva. 8. Oszada. 9. Rosenberg. 10. S. Andreas. 11. S. Anna. 12. S. Crux. 13. S. Elísabetha. 14. S. Joannes. 15. Szlécs. 16. S. Maria. 17. S. Nicolaus. 18. Tarnócz. 19. Tepla et 20. Teutho-Lipcse.

Summarius numerus parochiarum in cottu Liptó 20.

B. In Archi-Diaconatu Nitriensi comitatus Arvensis pariter ad Archi-Eppum Strigoniensem spectans, numerabantur 1776 sequentes parochiae in

I. **Districtu Superiori**: 1. Klin. 2. Alsó-Lipnicza. 3. Lokcza. 4. Námesztó. 5. Oravka. 6. Rapcsa. 7. Subvilk. 8. Veszele et 9. Zubrohlava.

II. **Districtu inferiore**: Dubova. 2. Alsó-Kubin. 3. Nisna. 4. Subarx. 5. Turdos. 6. Tresztena. 7. Velicsna et 8. Zázriva.

Summarius numerus parochiarum iu comitatu Arvensi 17.

Ex supra recensitis tribus comitatibus, ac in ambitu eorumdem praeexistentibus parochiis 1776. Dioecesis Episcopatus Scepusiensis est erecta.

Primus Episcopus Dioecesanus, *Carolus de Salbeck*, inhaerendo antiquo usui in „Terra Scepusiensi," etiam cum ad Archi-Dioecesim Strigoniensem pertinebat, Vicarios Archi-Diaconorum in comitatu Scepus. Districtuum **Decanos** vocitabat. — In comitatu Árva et Liptó autem Archi Diaconorum Vicarii „*Vice-Archi-Diaconi*" appellabantur. — Vice-Archi-Diaconorum muneris partes in Comitatu Árva et Liptó eaedem erant quae Scepusiensium Decanorum.

Inde ab anno 1872. *Vice-Archi-Diaconi Árvaenses ac Liptóenses appellatur Decani* (confer. Schematis. 1870 et 1872.

Idem Episcopus (Salbeck) ad desiderium Capituli „Catalogum Cleri" novae suae Dioecesis pro more aliarum Dioecesium confici curavit.

Catalogus Cleri primus sub fine anni 1776 fuit confectus. Cum tamen nominatio Lectoris et trium Archi-Diaconorum proxime exspectaretur, nec tamen post longius tempus advenisset, typis impressio *Catulogi* huius primum procrastinata, dein omnino omissa est.

Anno 1777. Dioecesanus **„Calendarium Ecclesiae Dioecesanum** pro anno MDCCLXXVII. (1777.) a forma maiore et affixione etiam **„Parietarium"** dictum, typis excudi et vulgari curavit, constans ex coniuctis invicem chartis, quibus correspondens aeri incisa frons, sculpta quoque singulorum canonicorum heraldica scuta ac utrinque suo ordine impressa sunt, adiunctis cuivis nominibus dignitatumque titulis (Cfr. Hist. Ort. et Progres. Vol. I. Lib. 2. fol. 160 et seq.)

Utrum „*Calendarium Ecclesiasticum Dioecesanum*" pro 1778 prodierit, scriptor rescire non potuit.

Antiquissimum „Calendarium" quod scriptor possidet est de anno 1787., editum post mortem Salbeck sede Episcopali vacante, sub Vicariatu *Josephi Vitalis* custode canonico.

Calendarium hocce Dioecesanum Cleri Scepusiensis pro MDCCLXXVII (1777) prodivit Leutschoviae. *Pagina 3 continet sequentia:*

„Sub Beatissimo Patre Pio VI. Universae Ecclesiae Pastore. Augustissimo Romanorum Imperatore Domino Domino Josepho II. Germaniae etc. Rege Apostolico.“

Post haec sequitur Calendarium civile cum figuris Zodiaci et Phasium Lunae.

Hoc excipit **„Cathedrale Capitulum,“** deinde Archi-Diaconatus Cathedralis cum enumeratione locorum et statu personali Cleri Dioecesani, cui adiunctus est *Districtus Graeci Ritus Catholicorum.*

Archi-Diaconatus Arvaensis consistens ex Districtu Superiore et Inferiore.

Archi-Diaconatus Liptoviensis pariter ex Superiore et Inferiore Districtu consistens.

Filiales Parochiarum, sicut et numerus animarum non est expositus.

Sacerdotes extra curam animarum erant 13.

In **domo presbyterali** Dioecesana cuius Administrator erat Franciscus Kovalszky fuerunt 8.

In *Seminario Posoniensi* fuerunt Theologi V-ti anni 4; IV-ti anni 12; III-tii anni 10; II-di anni 7: denique I-mi anni 5. In Generali Seminario Graeci Ritus Catholicorum Leopoli erant Theologi III-i anni 2.

Domicilia Regularium erant: 1. Ordinis Clericorum Regularium Piarum Scholarum: Podolini et Rosenbergae; 2. Ordinis Minorum S. Francisci: Okolicsnae, Verbicze et Trstenae; 3. Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium: Leutschoviae et Quintofori; denique 4. Ordinis Fratrum S. Joannis de Deo: Szepesváraljae.

Ad finem affixum est **„Supplementum“** exhibens „Districtum Lubloviensem Dioecesis Tarnoviensis“ cui Josephus Vitalis, qua **„Vicarius perpetuus,“** dicti Districtus et causarum Auditor Generalis praefuit.

Denique sequitur Index locorum ac personarum.

Parochiae anno 1776[1] incluso Districtu Graeci Ritus Catholicorum fuerunt in *in summa 126.*[2] Initio autem anni sequentis 1787 fuerunt tantum 119 parochiae. Adhuc eodem anno et successu temporis plures Locales Capellaniae in parochias evectae sunt, itaque usque ad annum 1800 numerus parochiarum ad 140 accrevit. Hodie (1903) numerat Dioecesis Scepusiensis 165 parochias.

Praemissis subiungimus *a)* **tabellam** quae incrementum parochiarum, filialium, Ecclesiarum, Cleri uni-

[1] Exmissis districtus Montani 8 parochiis, quae ab antiquissimis temporibus ad praeposituram Scepusiensem spectabant et quae parochiae neoerecto Episcopatui Rosnaviensi incorporatae fuerunt.

[2] Carolus Salbeck Eppus mox secundo anno (1777) ab adepto episcopatu, de aestate Canonicam Visitationem in comitatu Árvensi et Liptóviensi asservavit. In comit. Árvaensi repertae fuerunt animae Catholicae 56937; 2. Acatholicae 6673; 3. Conversi 18; 4. Ecclesiae matres 17; 5. Ecclesiae filiales 25, 6. Parochi 17 cum aliquot cooperatoribus; 7. Confirmati 1900 et 8. Campanae centum quinque per Eppum consecratae. — In comitatu Liptoviensi. 1. Catholicae animae 3491; 2. Acatholici 19864; 3. Conversi 211; 4. Confirmati „tres supra septies mille“ = 7003; 5. Ecclesiae matres 22 omnes ex solido materiali constructae. 6. Ecclesiae filiales 29, ex quibus 6 ex ligno et 7 ex solido materiali in vitiato statu; denique 7. Campanae 40 per Eppum consecratae. Si campanis quas Praesul in Árva et Liptó 1777 consecravit, additis vero et illis 18 Campanis, quae ante Vis. Can. 1776 in cnmitatu Scepusiensi sacra lustratione delibutae fuerunt, dictus Eppus spatio duorum annorum 163 Campanas consecravit. (Hist. Ort. et Progr. Eppatus Scep. Vol. I. fol. 282. 283.)

versim etc. exhibet. *b)* **Seriem** ortus Parochiarum chronologico ordine dispositum, in quantum nobis ex antiquis et recentioribus documentis eruere licuit. *c)* **Tabellam** conscriptionis animarum Aug. Conf. in Scepusio anni 1790 et *d)* **Tabellam** quae exhibet numerum animarum summarium annorum 1801., 1825. etc.

TABELLA

exhibens incrementum parochiarum, filialium, Ecclesiarum etc.

Annus Schematismi	Parocho. univ.	Filiales univ.	Parochi investiti	Adstores Paroch.	Cooperatores provis.	Cooperatores vacant.	Universus Clerus	Alumni in Seminario	Ecclesiae Parochiales	Ecclesiae Filiales	Capellae	Districtus	Oratoria Aug. Conf.	Synagogae Hebraeor.
1776	126	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
1787	119	—	—	9	2	—	—	—	—	—	—	10	—	—
1800	140	—	—	11	29	3	—	38	—	—	—	13	—	—
1810	158	—	152	—	52	19	183	45	158	—	—	13	—	—
1820	159	449	157	24	47	15	235	31	160	85	50	13	55	4
1830	162	449	149	13	44	12	244	41	162	84	54	13	55	5
1840	162	445	145	25	46	8	220	41	162	84	55	13	55	5
1850	162	445	137	25	44	14	216	31	162	100	75	13	60	7
1860	162	457	106	36	40	17	229	41	162	100	93	13	66	8
1870	163	664	125	34	47	14	240	35	163	98	107	13	66	8
1880	163	685	128	27	44	14	247	41	163	99	118	15	66	10
1890	165	684	138	25	43	15	238	47	165	99	122	15	66	10
1900	165	846	134	28	43	20	244	48	165	103	145	14	70	20

Corolarium.

1. *Calendarium Dioecesanum Cleri Scepusiensis anni 1787* etc. Leutschoviae impressum continet a) Calendarium civile et b) Parochiarum nomina absque filiabus et numero animarum.

2. *Calendarium Dioecesanum Cleri Scepusiensis anni 1796.* etc. Leutschoviae impressum. Enumerat: 140 Parochias, Capellanias 18. Cooperaturas 144. Religiosorum domus 8. — Numerus Cleri iunioris: IV-ti anni Theologi 6; III-i a. 5; II-di a. 8; I-i a. 5; Philosophi I-mi anni 6 et II-di a. 8.

3. *Schematismus Cleri Dioecesis Scepus. anni 1800.* sub Eppo Joanne comite de Réva fuit Cassoviae impressus. Exhibet nomina Canonicorum actualium *Honorariorum*, Abbatiarum, Praepositurarum, Sedis Consistorialis Assessorum, Aulae Episcopalis et Seriem Archi-Diaconatum. b) Nomina Parochiarum absque filiabus et numero animarum; porro nomina Parochorum, Administratorum, Capellanorum etc.

4. *In Schematismo pro 1801.* prima vice numerus animarum continetur.

Collato Schematismo pro 1701. cum Schematismo pro 1901. apparet, quantum spatio unius saeculi sensim semet Dioecesis Scepus., in emolumentum eiusdem respectum animarum pro incremento populi Catholici profecerit.

5. *Schematismus a. 1802. Distantias* filialium a parochiis prima vice exhibet.

6. *Schematismus a. 1803.* prima vice refert; quae parochiae sint *novae* vel *antiquae* et qui Parochi.

Schematismus a. 1812. exhibet nomina sacerdotum Dioecesis Scepusiensis, qui a tempore erecti eppatus *1776 usque 1811 inclusive defuncti sunt.*

Anno 1812 Franciscus rex via Consilii Locumtenentialis Hungarici disposuit: ut in Schematismis Dioecesanis penes quamlibet Parochiam patronus, numerus animarum in Matre et Filialibus singulis, distantia item Filialium ab Ecclesia Matre rite exponatur.

8. *In Schematismo a. 1813.* prima vice occurrit cuinam *Sancto Ecclíae* parochiales sint *dedicatae.*

9. *In Schematismo a. 1819* prima vice enumerantur *Capellae in filialibus* existentes, cum indicatione cui Sancto dedicatae sint, porro annus erectionis parochiarum, cuius labii populus, oratoria Augustanae Conf. et Synagogae Hebraeorum.

10. *Ab anno 1820 usque 1845* inclusive nil accessit memoratu dignum.

11. *Schematismus a. 1846* prima vice recenset *Biographias Episcoporum* et numerum animarum Graeci Ritus.

12. *Schematismus a. 1847.* prima vice publicat *seriem Praepositorum Major. et Canonicorum ab erecta sede Episcopali.*

13. *Ab anno 1848--1851* inclusive nil memoratu dignum accessit.

14. Schematismus a. 1852. recenset *historicas deductiones:*[1] a) Initia Praepositurae S. Martini de Scep. b) Seriem Praepositorum Coll. Eccliae S. Martini de Scepus. ab a. 1209 usque 1774. c) Jura patronatus Praepositurae et praxis in adlegendis ei Praeposisis observata. d) Jura et immunitates Praepositorum eorumque relatio ad sedem Strigoniensem. e) Jura Capituli olim Collegiatae nunc Cathedralis Ecclesiae et f) Abbatias intra ambitum Dioecesis Scepusiensis existentes.

15. Schematismus a. 1854 continet „*Historiam Scholarum Districtus veteris Praepositurae S. Martini nunc Archi-Diaconatus Scepusiensis.*"

16. Schematismus a. 1860. prima vice recenset *Stationes Postae et numerum Scholarium.*

17. In Schematismo a. *1888.* prima vice exhibentur *Stationes Telegraphicae* et „*Conspectus Cleri Dioecesis Scepusiensis.*"

18. In Schematismo a. 1890. prima vice occurrunt „*Curricula vitae*" Dioecesis Scepus.

19. In Schematismo pro 1903 prima vice enumerantur *ab anno 1262—1893 inclusive Canonici Scepus.*

In complementum illorum, quae praecedentibus paginis de Schematismo Dioecesano brevibus attigimus, liceat nobis Schematismum Dioecesis Scepus. pro anno 1801., veluti primum Schematismum Dioecesis nostrae, qui ad normam hodie quoque vigentem conficiendi Schematismum adornatus est, hisce per extensum subnectere.

[1] Deductiones historicas, quae in Schematismo pro 1852 et 1854 continentur, scripsit dr. Alexander Grusz, prof. Historiae et Juris Canonici in Seminario gremiali. Canonicus ab anno 1860—1882.

SCHEMATISMUS

CLERI

DIOECESIS

SCEPUSIENSIS

RRO ANNO

1801.

Cassoviae,
Typis Francisci Landerer
de Füskút.

SUB GUBERNIO

EXCELLENTISSIMI, ILLUSTRISSIMI, AC REVERENDISSIMI

DOMINI

JOANNIS

EPISCOPI SCEPUSIENSIS

E COMITIBUS

DE RÉVA,

PERPETUI

IN SZKLABINA ET BLATNICZA

INCLYTI COMITATUS THUROCZIENSIS PERPETUI COMITIS,

SACRATISSIMAE CAESAREAE, ET REGIO-APOSTOLICAE MAJESTATIS, ACTUALIS INTIMI

STATUS CONSILIARII.

CAPITULUM CATHEDRALE.

Praepositus Major.

Reverendissimus Dominus Antonius de Jaszvitz, C. E. S. Praepositus Major Infulatus, et Canonicus, Episcopalis Consistorii Praeses, Proto-Notarius Apostolicus, et Praepositurali Ecclesiae Regio-Coronalis Oppidi Várallya Parochus.

Lector.

Reverendissimus Dominus Josephus Vitalis de Eadem, et in Markusfalva, Abbas S. Abrahae de Valle Ebron, C. E. S. Lector et Canonicus, Proto-Notarius Apostolicus, S. Sedis Consistorialis, et I. Comitatus Liptoviensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Cantor.

Reverendissimus Dominus Georgius Klobusiczky de Eadem, Abbas B. M. V. de Monostor, non procul a Vámos-Györk, C. E. S. Cantor et Canonicus, S. Sedis Consistorialis, et I. Comitatus Arvensis Tabulae Judiciariae Assessor, nec non Regio-Districtualis Nobilium Convictus Cassoviensis Regens.

Custos.

Reverendissimus Dominus Franciscus Madocsany de Eadem, Praepositus S. Joannis Baptistae de Hunsdorff in Scepusio, C. E. S. Custos et Canonicus, S. Sedis Consistorialis et II. CC. Arvensis et Lyptoviensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Archi-Diaconus Cathedralis.

Reverendissimus Dominus Stephanus Mattyassovszky de Eadem, C. E. S. Canonicus, Archi-Diaconus Cathedralis, Proto-Notarius Apostolicus, S. Sedis Consistorialis nec non I. Comitatus Arvensis Tabulae Judiciariae Assessor, et Parochus Scepusiensis.

Archi-Diaconus Arvensis.

Reverendissimus Dominus Antonius Fridmanszky, C. E. S. Canonicus Archi-Diaconus Arvensis, S. Sedis Consistorialis, et I. Comitatus Lyptoviensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Archi-Diaconus Lyptoviensis.

Reverendissimus Dominus Paulus Erőss de Bethlenfalva, C. E. S. Canonicus, Archi-Diaconus Lyptoviensis, S. Sedis Consistorialis, et I. Comitatus Lyptoviensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Reverendissimus Dominus Joannes Bapt. Molnár, Abbas Belae Fontis, C. E. S. Canonicus, S. Sedis Consistorialis Assessor, et SS. Theologiae Doctor.

Reverendissimus Dominus Joannes Mattyassovszky C. E. S. Canonicus, S. Sedis Consistorialis Assessor, et Matrimonii Defensor.

Reverendissimus Dominus Stephanus Cseh, Abbas S. Hyppoliti de Monte Zobor, C. E. S. una Excellentissimi, Illustrissimi a Reverendissimi Domini Joannis e Comitibus de Réva Episcopi Scepusiensis a Latere Canonicus, S. Sedis Consistorialis et I. Comitatus Arvensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Notarius Capituli.

Dominus Joannes Berzeviczy de Eadem, I. Comitatus Scepusiensis Tabulae Judiciariae Assessor, V. Capituli Scepusiensis Notarius, et Protocolorum Archivi Conservator.

Canonici Honorarii C. E. Scepusiensis.

Reverendissimus Dominus Jacobus Seliga, C. E. S. Canonicus Honorarius, Regio-Privilegiati Oppidi Rosenberg Parochus, Districtus Inferioris Arvensis Vice-Archi-Diaconus, complurium II. CC. Tabulae Judiciariae Assessor, nec non Regiae Capitalis Scholae Localis Director.

Reverendissimus Dominus Georgius Palles, C. E. S. Canonicus Honorarius, Oppidi Müllenbach Parochus, et I. Comitatus Scepusiensis Tabulae Judiciariae Assessor.

Reverendissimus Dominus Joannes Rederer, C. E. S. Canonicus Honorarius, et Regio-Coronalis Oppidi Durand Parochus.

Reverendissimus Dominus Duby, C. E. S. Canonicus Honorarius, emeritus Parochus Harasztensis.

Reverendissimus Dominus Carolus Bertony, C. E. S. Canonicus Honorarius, Districtus Leutschoviensis Decanus, Regio-Coronalis Oppidi Iglo Parochus, I. Comitatus Scepusiensis Tabulae Judiciariae Assessor, nec non Regiae Capitalis Scholae Iglóviensis Localis Director.

Reverendissimus Dominus Matthaeus Tersztjánszky, C. E. S. Canonicus Honorarius, Proto-Notarius Apostolicus, Regio Privilegiati Oppidi Trsztena Parochus, Districtus Superioris Arvensis Vice-Archi-Diaconus, II. CC. Arvensis et Thurocziensis Tabulae Judiciariae Assessor, nec non Regiae Capitalis Scholae Trsztenensis Localis Director.

NOMINA

Abbatiarum, intra Ambitum, et sub Jurisdictione Dioecesis existentium, cum earum Possessoribus.

De Schavnik B. M. V.

Pertinet ad Episcopatum Scepusiensem.

De Candelis B. M. V.

Vacat.

Inter Hungariam et Poloniam.

Vacat.

S. Mariae in Scepusio.

Reverendissimus Dominus Ignatius Vaisz, Abbas S. Mariae in Scepusio, Altariae S. Antonii Abbatis de Bajmocz Rector, Parochus Bajmoczensis, Proto-Notarius Apostolicus, Archi Diaconus Gömör et Kiss-Hontensis, nec non I. Comitatus Gömör Tabulae Judiciariae Assessor.

De Loco Regali.

Reverendissimus Dominus Adamus Bárdy de Rovácsi, Abbas B. M. V. de Loco Regali, C. E. Rosnaviensis Lector et Canonicus, Proto-Notarius Apostolicus, Archi-Diaconus Gömör et Kiss-Hontensis, nec non I. Comitatus Gömör Tabulae Judiciariae Assessor.

NOMINA

Praeposituarum, intra Ambitum, et sub Jurisdictione Dioecesis Scepusiensis existentium, cum earum Possessoribus.

Scepusiensis Praepositus Major.

Reverendissimus Dominus Antonius de Jaszvitz (pagina 455.)

De Dravecz S. Antonii in Scepusio.

V. Capitulum Scepusiense.

De Landek in Scepusio.

Reverendissimus Dominus Georgius Keller, Praepositus S. Nicolai de Landek in Scepusio, ac una L. Regiaeque et Montanae Civitatis Schemnitziensis Parochus.

De Lyptó B. M. V.

Vacat.

De Sága in Scepusio.

Vacat.

De Schida seu Schaidum in Scepusio.

Reverendissimus Dominus Koosz, Praepositus de Schida seu Schaidum in Scepusio, C. E. Zagrabiensis Canonicus, Archi-Diaconus de Becin, Proto-Notarius Apostolicus, et Officii Dioecesani Consistorialis.

De Steinbach in Scepusio.

Vacat.

Stola S. Joannis Bapt. alias Batizfalva.

Vacat.

Sztraska sive Sztrazsa alias Nere.

Vacat.

Lbpidis Refugii S. Joannis Bapt.

Vacat.

Vallis S. Antonii de Lechnitz.

Vacat.

S. Elisabethae Viduae sub Arce Scepus.

Vacat.

Richno prope Krompach in Scepusio.

Vacat.

S. SEDES CONSISTORIALIS.

Praeses.

Reverendissimus Antonius de Jaszvitz (pag. 455.)

Assessores.

Reverendissimi Domini Canonici Actuales, ut supra.

Quibus accedit:

A. R. D. Franaiscus Kovalszki, Domus Presbyteralis Dioecesanae Praefectus, S. Sedis Consistor. Assesor.

Fiscalis S. Sedis.

Dominus Josephus Mercz de Merczfalva, S. Sedis Scepusiensis, una Episcopatus, nec non Venerabilis Capituli Nominis ejusdem Ordinarius, I. Comitatus Scepusiensis Vice-Fiscalis, per I. Regnum Hungariae Fori utriusque Advocatus.

ECCLESIASTICA AULA
SUAE
EXCELLENTIAE EPISCOPALIS.

A Latere Canonicus.

Reverendissimus Dominus Stephanus Cseh, (pag. 456.)

Officii Episcopalis Secretarius.

Dominus Joannes Andujar.

SERIES
ARCHI-DIACONATUUM.

In
Archi-Diaconatu Cathedrali et Comitatu Scepusiensi.

Archi-Diaconus.

Reverendissimus Dominus Stephanus Mattyassovszky de Eadem. (Pagina 556.)

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
Scepusium. R. D. Steph. Mattyasovszky, idem, qui Archi-Diac. Cathed. (pag. 456)	209	—	—	209
Almás — — — —	798	—	—	798
Boldócz — — — —	152	2	—	154
Buglocz — — — —	141	—	—	131
Kolbach — — — —	363	—	—	363
Kolcsva — — — —	237	—	—	237
Kattim (sic) — — —	114	—	—	114
Lucska — — — —	167	—	—	167
Nemessan — — —	176	—	—	176
Summa	2347	2	—	2349
Várallya. R. D. Antonius de Jaszvitz, (pag. 455.)	2828	2	—	3511

Capellani Curati.

Scepusium. D. Josephus Bednarik.
D. Matthias Podhorany de Eadem, una Chori Ecclesiastici Cathedralis Ecclesiae Praebendatorum Officium supplentes.
Várallya. D. Josephus Linder.
D. Martinus Klein.

Districtus Olasziensis. Decanus

Vacat.

Vice-Decanus.

Dominus Georgius Raffacs, Parochus Kluknaviensis.

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
Haraszt Mater. D. Antonius Habinyak sen. — —	351	—	—	351
Poracs — — — —	91	—	—	91
Kotterbach — — —	45	—	—	45
Summa	487	—	—	487
Kluknavia Mater. Parochus idem, qui Districtualis Vice-Decanus — —	372	1	—	733
Richno — — — —	452	—	—	451
Hrissocz — — — —	221	—	—	221
Kalyava — — — —	156	—	—	156
Summa	1561	1	—	1562

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Anim.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
Körtvélyes Mater. P. Josephus Zamborovits Ord. Min. Conv. Administrator	580	—	—	580
Vitkocz — — — —	173	—	—	173
Summa	753	—	—	753
Mind-Szent Mater. D. Stephanus Gomay — —	620	6	—	626
Ordzovan — — — —	318	—	—	318
Pongraczfalva — —	184	—	—	184
Summa	1122	6	—	1128
Olaszinum Mater. Vac. —	2096	845	—	2941
Kolinocz — — —	212	—	—	212
Summa	2308	845	—	3153
Polyanocz Mater. D. Josephus Michely — — — —	340	1	—	341
Harakocz — — —	164	7	—	173
Korotnok — — — —	115	9	—	122
Summa	619	17	—	636
Répás-F. Mater. D. Josephus Lipovniczky — —	423	—	—	423
Pavlyan — — — —	286	—	—	286
Summa	709	—	—	709
Szalok-F. D. Josephus Hunsdorfer — — — —	434	6	12	452
Szlatvina Mater. D. Joannes Lipter — — — —	186	—	—	186
Voikocz — — — —	216	—	—	216
Summa	402	—	—	402

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
Velbach Mater. D. Franciscus Plenczner — — —	350	—	—	350
Olczno — — — —	294	—	—	294
Hinczocz — — — —	140	—	—	140
Trstin (sic) — — —	56	—	—	56
Summa	840	—	—	840
Zsegra Mater. D. Joannes Held — — — —	245	—	—	245
Dubrava — — — —	292	—	—	292
Olsavka — — — —	133	—	—	133
Beharocz — — —	196	—	—	196
Grancs et Petrocz — —	181	6	—	187
Hotkocz — — — —	124	4	—	128
Summa	1171	10	—	1181
Brutocz L. Capellania P. Celerinus Hagany Ord, S. Fr. Ret. Administrator	430	—	—	430

Capellani Curati.

Olaszinum: D. Josephus Hamornik.
D. Joannes Majerszky, simul vacantis Parochiae Administratores.
Klukno: P. Liborius Szakalka, Ord. S. Fr. Ref.
Zsegra: D. Joannes Majerszky.

Districtus Leutschoviensis.

Decanus.

Reverendissimus Dominus Carolus Bertony, (pagina 457.)

Vice-Decanus.

Dominus Georgius Vyda, Parochus Markusfalv.

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
Abrahamfalva Mater. D. Joannes Pichna — —	209	6	—	215
Farkasfalva — — —	360	14	—	374
Levkocz — — — —	95	1	—	96
Pikocz — — — —	82	—	—	82
Summa	746	21	—	767
Görgö Mater. P. Theodosius Szent-Andrassy Ord. Min. Conv. Administrator —	733	12	—	745
Domanyocz — — —	429	—	—	429
Roskocz — — — —	55	—	—	55
Dolyan — — — —	78	6	—	84
Koncsan — — — —	62	1	—	63
Summa	1357	19	—	1376
Iglovia. Parochus idem qui Decanus — — —	2545	2359	—	4904
Istvanfalva Mater. D. Andreas Kaszprovits —	158	15	—	173
Imrichfalva — — —	179	—	—	179
Sztraczena — — — —	355	14	—	369
Havradolina — — —	138	128	—	266
Ex Patre Comitatus Gömör	113	38	—	151
Summa	943	193	—	1138

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa.
Leutschovia L. R. C. D. Volffgang. Krenn — —	2502	1823	—	4325
Markusfalva Mater Parochus idem, qui Vice-Decanus	516	25	—	541
Csepanfalva — — —	658	24	—	682
Teplicska — — —	477	6	—	483
Leszkofalva — — —	106	—	—	106
Mattheocz — — —	149	—	—	149
Kotterbach — — —	98	—	—	98
In Terreno Zavadkensi	31	—	—	31
Summa	2035	55	—	2090
Odorin Mater. D. Josephus Fridmanszky — —	417	7	—	424
Danissocz — — — —	172	—	—	172
Jamnik — — — —	319	—	—	319
Summa	908	7	—	915
Quintoforum Mater. P. P. Ord. S. Fr. Min. Conv.	439	26	—	465
Csencsicz — — — —	114	4	—	118
Micsedelfalva — — —	77	—	—	77
Summa	630	30	—	660
Szmizsan Mater. D. Simon Garlaj — — — —	753	148	—	901
Illyesfalva — — —	501	162	—	663
Summa	1254	310	—	1564
Dravecz L. Capellania. Administratur per Conv. Quintof. Or. Min. Conv.	450	2	—	452
Vilkocz — — — —	113	—	—	113
Lengvár — — — —	150	—	—	150
Summa	713	2	—	715

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
Harikocz L. Capellania. D. Joannes Csamra — —	435	75	—	510
Kurimann — — —	88	1	—	89
Allodium Leutschoviense	86	5	—	91
Summa	609	81	—	690
Hnilcsek L. Capellania. P. Cristophorus Sztankovics Ord. Min. Conv. —	788	55	—	843
Hnilecz L. Capellania. D. Michael Moltsany —	470	67	—	537
Ulozsa L. Capellania. D. Antonius Martini — —	317	—	—	317
Zavada — — — —	360	—	—	360
Allodium Superius Leutschoviense — —	150	2	—	152
Summa	827	2	—	829

Capellani Curati.

Iglovia. D. Ignatius Bleesz.
D. Franciscus Heigenvelder.
Leutschovia. D. Ignatius Duchon.
D. Martinus Kossary.
Markusfalva. D. Ignatius Marschalkovics.
Szmizsan. Vacat.

Districtus Schavnikensis.

Decanus.

A. R. D. Jacobus Répássy, Parochus Kubachiensis.

Vice-Decanus.

D. Josephus Schechovics, Parochus Káposztafalvensis AA. LL. et Philos. Doctor.

Nomen Parochiae, et Parochi	Numer. Animas.			
	Cathol.	Aug. Confes.	Judaeas	In Summa
[1] Suapte intelligitur, quod Pálfalvay ex commissione altioris Superioritatis supra dictum Ratilonszky pro actu officioso exmiserit, quia comitatus Árvaensis aevo hocce jurisdictioni praepositurae Scepusiensis non fuit subiectus.

»In nomine Domini Amen.«

Ex commissione Rndissimi Dni Joannis Palfalvai Episcopi Varadiensis, Praepositi Scepusiensis etc. etc. Anno 1656. 30. Maij. Accessi Arvam visitandarum Ecclesiarum gratia in primis vero veniens in Orawkam, ubi recens aedificatur Ecclesia in honorem Dei sub titulo. S. Joannis Baptistae in deserto. Revidi Sacrosanctam Eucharistiam ante tres dies renovatam in Pixide argentea intus et ab extra inaurata. Portatile in defectu Consecrationis Altaris consecratum a. Reverendissimo Dno Mathia Tarnoczy Episcopo Vaciensi Anno 1651. die 9. Februarij. In honorem Dei omnipotentis Beatissimae Virginis Mariae et omnium Sanctorum. In quo inclusae sunt reliquiae Sanctorum Zephiryni Martyris et Veli S. Catharinae Bononiensis et S. Dorotheae Virginis et Martyris. Reliquiaria 2. cum plurimorum Martyrum Sanctorum et Sanctarum reliquiis, in altari maiori perpetuo stantia, Crucem item ligneam deauratam a parte una habentem sibi inclusas reliquias S. Zephiryni Martyris. Ciborium altitudinis circiter duorum cubitorum exornatum columnulis inauratis cum pictura quatuor S. Evangelistarum. Mappas in altari 3. Altaria 3. pro tempore sub Campanili existentia. Cum interea aedificetur templum. 1-mum Maius Beatissimae V. Mariae. — 2-dum a dextra parte Crucifixi Domini nostri, 3-tium a

sinistra B. M. V. Filiolum suum dulciter amplectentis. Donatum ab Illustrissimo Dno Palfi Palatino regni Hungariae.

It. Revidi olea sacra in loco decenti et occulto Maioris altaris renovata. Baptisterium Mappa tectum occlusum sera ex simplici ligno elaboratum. Librum Baptizatorum Matrimonio Junctorum. Mortuorum, etiam et conversorum et confirmatorum. Confessionale pro tempore in Vestibulo campanilis satis commodum. Campanas tres. Unam a Sacra Caesarea Maiestate Ferdinando 3-io Ecclesiae illi, duas a Serenissimo Rege Hungariae Ferdinando 4-to donatas.

Templum aedificatur, iamque erectum ad altitudinem duarum orgiarum cuius longitudo erit septemdecem orgiarum, latitudo vero septem, campanile iam consumatum et perfectum, in quo sunt affixae tres Campanae supra specificatae. Quantum attinet supelpellectilem Ecclesiasticam. Calix est unus argenteus intus et ab extra inauratus altitudine sesqui spitomatis cum simili patina ab utrinque inaurata. Monstratorium Orichalci altitudine est Unius Ulnae et Unius spitomatis. Cassulae (sic) sunt 7. sericeae, variorum colorum super pluvialia 3. auro intexta numero 3. Antependia in cute deaurata numero 3. Dalmaticarum paria 2. Libri ecclesiastici sunt 20. pro usu Ecclesiae istius in Theologicis, Missale Unum. Mappae 18. Mantilia sunt 10. Corporalia 11. Purificatoria 50 prope. Bursae 3. e Materiis sericeis auro intertextis. —

Imagines variae et pulchrae numero circiter 20. Vexilla 4. Candelabrorum paria 4. Primum ex Orichalco ab Admdum Rndmo Dno Joachimo Luzenski

Canonico Strigoniensi Abbate de monte Zebegien. (v. Initia, progressus etc. pag. 426.) Alterum par ligneum inargentatorum (sic). 3-tium simile. 4-tum simile.

Domus parochialis cum duabus stubis. Una pro residentia Parochi Altera pro familia eiusdem. Cameras habet 6. stabula 2. Horrea 2. Hortum sufficientem adiacentem Domui Parochiali pro oleribus. It. viridiarium 1. pro necessitate variorum florum. It. Tertiam Partem sessionis colonicalis emptam, pro pratis agris pasculis (sic) Viretis dumetis Arbustis Sylvis etc. etc. a qua sessione singulis Annis cogitur Dominus Parochus solvere censum, sicut aliquis rusticus Dominis terrestribus. Vicaria domus habet 2. hypocausta, et 3. cameras, 1. pro habitatione Sacerdotis Vicarii, seu Capellani, Alterum pro Rectore Scholae. It. hortum sufficientem. 3-ia Domus est Xenodochium in qua sunt pauperes 13. habet cameras 3. promptuaria aliquot, hortum 1. pro variis oleribus ex praementionata sessione. It. Centum florenos in censu redemptionali apud circumspectos scultetos D. Joannem Piekielnicki, et Andream Spytkowski, a quibus dantur singulis annis dictis pauperibus floreni 7. . . . 4-ta Domus Campanatoris cum duabus stubis et cameris totidem, habet hortum pro necessitate olerum, ista domus ut plurimum servit Venientibus pro Indulgentiis et peregrinis.

5-ta Domus. Sicut et superiores per Industriam Parochi est aedificata pro Vespilione, habens Unum hypocaustum Cameras 4. hortum sufficientem ex praefata sessione.

Quo ad emolumenta Ecclesiae. Habet duos boves laboriosos et duas Vaccas, a quibus solvitur Census Ecclesiae. Deinde Alvearia apum 5.

Quoad Parochiam.

Proventus Parochi, sigilinis (sic) circiter 15. metretae aruenses. Avenae 50 plures aut pauciores, ex his parochus alit se, familiam suam, vestit se familiamque suam, et dona charitatis, centum porro taleris quos ab Illustrissimo D. Dno Episcopo singulis annis levat, suos capellanos contentat et Mendicatione industriali. Scholae proventus hortus et quarta pars metretarum.

Quoad Plebem.

Hic creduntur esse auditorum Catholicorum circiter 5. Millia. nam sunt Confessi pro paschatae 4. millia quadrigenti (sic) 3.

Ex eadem Commissione Rvndissimi Dni Joannis Palfalvai Episcopi Varadiensis Praepositi Scepusiensis etc. etc. veniens ad Pagum dictum Rapcice (sic) in Eodem Comitatu Arvensi revidi Capellam recens ab aliquot septimanis nempe post Dominicam Palmarum erectam ac simplicibus lignis compaginatam, requisito Reuendo D. Alberto Borowic Capellano eiusdem loci, cuinam Sanctorum honori consecrandam censeret, respondit se relinquere iudicio suorum superiorum, nihilomnius cuperet consecrandam esse honori S. Alberti Pontificis et Martyris. — Sacra, Conciones, Processionesque singulis diebus Dominicis celebrari solere, bene intellexi, aliquando eundem Revendum Dnum Capellanum suprafatum solere excurere ad Wesolowe (sic) et Klinik pro celebratione Sacrorum,

Praedicatione Verbi divini et administratione sacrorum. Venerabile Sacramentum in Cistula simplici Pixidi aenea desuper inaurata inclusum in Maiori altari honeste asservatum, renovatum ante duas septimanas, sacra olea necdum hic habentur. Baptisterium de ligno simplici fabrefactum cum Pelvi nitida orichalcea, sera occlusum, revidi et librum Baptizatorum Matrimonio Junctorum. Mappae tres in Altari Maiori benedictae. Portatile cui inclusae reliquiae S. Xaverij. Martyris et Undecim Millium Virginum, absque inscriptione a quo nam esset consecratum. Calicem habet argenteum inauratam intus et desuper, cum patina eiusdem argenti similiter ab utrinque inaurata, donatum a Generoso S. Piae memoriae Francisco Bochus pro usu catholicorum Aruensium, Albas 4. 1-a donata ab Ecclesia Orawcensi, 2-da a Rndo Alberto Borowic, 3-tia a D. Dorothea dicta Gansiorka, 4-ta a Dna Dorothea Kolcyna Rapcensis pagi incolarum. Extra illas in altari existentes habentur 8. Mappae in Capella Rapcensi. Cinguli 3. de simplicibus lineis filis. Cassula florulenta de Materia Muchaier dicta, cum stola et Manipulari ab Ecclesia Orawcensi illi capellae concessa, Corporalia 3. Purificatoria 9. Imagines variae 17. 1-ma donata a D. Bochus in tapete pertexta. 2-da Cestochouiensis a Patre Jelesnensi. 3-tia S. Stanislai Kostka a Mathia Mensatore quodam. 4-ta B. M. Virginis in Altari Maiori a Rapcensibus Incolis. 5-ta cum Jesulo a Mathia Muriaczyk. 6-ta cum lancea ab eodem. 7-ma S. Sebastiani Martyris ab eodem. 8-va B. M. Virginis dolorosae ab eodem. 9-na B. M. V. ab Edituo Oravicensi Jacobo Odrowaczki, 10. B. M. V. composita, ab Ecclesia Oravicensi, 11. S. Rochi, 12. S. Se-

bestiani, Item 13. 14. 15. post Vitrum per Industriam Rndi P. Borowic, 16. variis floribus et imaginibus a Generoso D. Bochus; Crucifixi 2. 1. ab Ecclesia Oravicensi. 2. ab auditoribus. Vexillorum 2. paria, 1. par a Rndo D. Bernadzki. Plebano Makouiensi, alterum par. pro Industria R. P. Borouic ab auditoribus comparatum. Campanae 5. 1-ma ad tempus ab Ecclesia Oravicensi concessa. 2. Ab auditoribus comparata et 3-tia. 4. et 5. dictus Rndus P. emendicavit a luteranis. Antependium in tela „depictum florulente" ab Ecclesia Oravicensi, Candelabrorum 3. Paria industria R. P. Pro residentia Capellani nulla domus. Capellanus manet apud inquilinum quemdam in Pago Rabce.

Debita legata pro templo Rabcicensi.

Primum. In Sielne (sic) N. Protus legauit apud scultetum dictum Maga flo. 50.

2-dum. In Wesole Nowak par boum, quod scultetus Roman eripuit filiis praementionati defuncti quos vendidit florenis 30.

3-tium. In Rabce existens Faber edituus collegit pecuniam ex porrectione piorum Catholicorum Rabcicensium quam retinet penes se flor. 10.

Alia loca adire non permisit periculum, a latronibus imminens, qui passim ubique per Árvam vagabantur homines depilando.

Et haec sunt quae ea qua debui fide ac diligentia compendiose revidi ac connotavi. Dabam in domo Parochiali Frydmanensi 7. Julij (sic) 1656.

Rndissimae suae Donationis Humilis Cliens ac Servitor ad actum praesentem Visitator deputatus

M. Joan. Ratilonski

Vice-Ar.-Diac. P. F. m. p."

Ex originali in Archivo privato Capituli Scepus. Scrinio XI. Fasciculo VI. Numer 92.

Liptó.

1540. Boczabánya.	1783. Tarnótz.
1615. Wychodna.	1783. Vazsecz.
1681. Hybbe.	1783. Vág-Szent-Miklós.
1692. Nugy-Palugya.	1784. Csorba.
1782. Rózsahegy.	1784. Király-Lehota.
1783. Német-Lipcse.	1784. Szent-Péter.
1783. Szjelnitz.	1868. Pribilina.
1783. Szent-Iván.	1868. Szmrecsány.

In summa 16 parochiae.

Ad finem saeculi XVI. in comitatu Liptóviensi erant 24. Aug. Conf. Parochiae. In actis dietae anno 1681 quaerulabantur romano catholici: quod religio catholica in nunc dicto comitatu „*adeo atenuata sit — ut in comitatu liptóviensi nonnisi duae, illorum* (protestantium) *autem 46 reperiantur ecclesiae.*" (Confer Munyay folio 51.)

Catalogus

ministrorum verbi divini Aug. Confess.

ac

comunitatum Aug. Confess. in Scepus.

Anno 1610 in conventu protestantico Leutschoviensi, in quo Protestantes e comitatu Scepusiensi ad invicem consilia contulerunt de asservanda Szepesváraljae Synodo, 66. pastores protestantici ex Scepusio partem coeperunt. In Matricula Goltz folio 71—74. memorati 66 pastores nominetus cum specificatione parochiarum quibus praeerant, per Stephanum Xylander parochum Szepesváraljaensem ac Seniorem XXIV. par. regalium recensentur, — ut sequitur:

XXIV. Regalium Fraternitas.

1. Petrus Zabler Leütsch., 24. R(egalium) S(enior)
2. Thomas Schnellius, P(astor) Olasziensis.
3. M. Joachimus Goltzius, P. Neocom(iensis) = Neudorf, Igló.
4. M. Stephanus Xylander, P. Wáraliensis.
5. Joannes Serpilius, P. Leibitziensis.
6. Matthias Christophorj, P. Poprad.
7. Tobias Weisz, P. Belensis.
8. Stephanus Tamariscus, P. Menhardensis.
9. Joannes Arelt, P. Georgiomont(anus).
10. Joannes Sylvester, P. Filcensis (Felka).

11. Martinus Reimanus, P. Megal(comniczensis, qui proter aegritudinem abfuit, suum tamen calculum addidit per Leibicen(sem).
12. Daniel Cornides P. Isaacensis.
13. Samuel Roth, Durandensis.
14. Joannes Muckuis, Sperennis et Quirinensis.
15. Matthias Parsnicenus, P. Eulenbach.
16. Jonathan Danielis, Palmensis.
17. Martinus Praetorius, Compositivillanus.
18. Gasparus Pacolt, Odorinensis.
19. Leonardus Barany, Svabovicensis.
20. Joannes Corvinus, Hunivillensis.

In margine adnotatum est: „Habet haec Fr(aternitas) et suas filiales Ecclesias.“

Nomina Pastorum inferioris Chornad.

21. Georgius Zaar, Görgensis, Senior.
22. Stephanus Sibchin, Jamnicensis, Consenior.
23. Stephanus Jacobaei, Bethaniensis (Mindszent) Consenior.
24. Nicolaus Woscziczki, Richnaviensis.
25. Martinus Cassa, Sigrensis.
26. Casparus Sartoris, Slatvinensis.
27. Joannes Krausz, Superior-Repasch.
28. Daniel Rokosius, Polenkensis.
29. Georgius Kiszel, Thomaevillensis.
30. Nicodemus Beleschinus, Hrussoviensis.

„Habet Fraternitas Parochias XIV. Vide veterem Regal. Matricul. folio 257.“

Nomina Fratrum superioris fluvii Chornad.

31. Nicolaus Dieletius, Vidernicensis Senior.
32. Valentinus Corvinus, P. Schmaegensis (Szepes-Sümeg).
33. Andreas Stirba, Farkassensis.
34. Balthasar Schanszky, P. ad S. Andr(eam).
35. Georgius Kusmann, P. Thomaevillensis.
36. Georgius Johannidis, P. Abrahamfalv.

„*Habet (haec Fraternitas) Parochias XII.*"

Nomina Fratrum Ecclesiarum Montanarum.

37. Michael Ribald, Crompach, Senior.
38. Daniel Spillenberger, Gölnicensis, Consenior.
39. Jacobus Eichlerus, Smölnicensis.
40. Jacobus Jocutius, Swedlerensis.
41. Basilius Luca, Eremitanus.
42. Joannes Rhetius, Stossensis.
43. Daniel Rajecensis, Jökelfalvensis (sic).
44. Daniel Ducius, Slowecensis.
45. Eleazarus Teuberus, Folmarcensis.

„*Habet haec Fr(aternitas) aliquot filiales Ecclesias.*"

Nomina Fratrum inferioris Poprad.

46. Joannes Fulgentius, Maldurensis, Senior.
47. Michael Koschik, Bussov. Consenior.
48. Martinus Waxmann, Topporczensis.
49. Petrus Praetorius, Roxensis.

50. Paulus Hermelius, Villae Slavorum (Tótfalu).
51. Gregorius Luca, Microlumnicensis (Kis-Lomnicz).
52. Josephus Solcovius, Hölumnicensis.
53. Joachimus Subrosis, Scti Georgii.
54. Stephanus Fabianides, Crucensis.
55. Bartholomaeus N. (sic) Neerensis.
56. Joachimus Leibicer, Alhvaltorfensis.

„*Habet haec Fr. Parochias XVII.*" *Ad nrm. 53. aliena manu adnotatum legitur: „Anno 1627. apostata ad Papicolas degeneravit.*"

Nomina Fratrum superioris fluvii Poprad.

58. Matthias Molitoris, Stirbensis Senior.
59. Petrus Roth, Teplicensis.
60. Nicolaus Nicolaides,
61. Sebastianus Fabrity (sic).
62. Josephus Hortensius, Matthaevillanus.
63. Daniel Clitis, Pastor Ecclesiae Dei in K.
64. Paulus Cristalli, Kluknoviensis.
65. Thomas Knisnerius, Salocensis.
66. Joannes N. (sic) Wazecensis

Fraternitas haec habuit Parochias XIII.
Confer: Matricula Goltz fol. 71—74.)

Ad initium saeculi XVI in Scepusio dempta Parochia Szepeshely nulla alia parochia Romano Catholica exstitit.

Ultimis annis saeculi XVI. in comitatu Scepusiensi fuerunt 85. Aug. Conf. parochiae. (Cfr Munyay pag. 10.) Juxta alios 89.

A.

Tabella Conscriptionis

ecclesiarum et animarum A. Conf in Districtu Cis et Trans-Tibiscano Anno 1790.

Comitatus Scepusiensis.

Nomina Ecclesiarum cum locis affiliatis	Personae Nobiles	Personae Iglobiles	Summa	Observationes
1. Késmarkinum —	174	3168	3342	
2. Leutschovia —	112	2191	1303	
3. Vagendrissel —	9	1687	1696	
4. Schvedlér — —	—	1528	1528	
5. Remete — —	46	1610	1656	
6. Krompach — —	3	492	495	
7. Stoosz — —	6	656	662	
8. Gölnitz — —	15	2880	2895	
9. Igló — — —	80	3303	3383	
10. Szomolnok —	15	910	925	
11. Váralja — —	102	759	861	
12. Olaszi — —	15	910	925	
13. Mons-Scti-Georgii	62	1127	1189	
14. Mattheócz — —	9	1256	1265	
15. Felka — — —	11	1092	1103	
16. Poprad — —	31	847	878	
17. Ruszkinócz —	—	452	452	
18. Menhardivilla —	12	1222	1234	
19. Durandivilla —	1	569	570	
20. Leibitz — —	24	1416	1440	
21. Béla — — —	15	2582	2597	
22. Kakas-Lomnicz	37	1656	1693	
23. Kis-Lomnicz —	—	1007	1007	
24. Nagy-Szalók —	—	1099	1099	
25. Toporcz cum 14 filiabus — —	86	3265	3351	
26. Batisztalva cum filiabus — —	54	2651	2705	
Summa	919	40335	41254	

B. Numerus animarium

summarius anno 1801, 1825, 1850, 1875 et 1900.

	Catholici	Gr. Rit.	Aug. Conf.	Helv. Conf.	Judaei	Gr. Ritus Orient.	Observatio
1801.							
Szepes	82062		31783		686		In locis ad Dioecesim Scep. spectantibus.
Árva	76179		8586		688		
Liptó	33027		26095		396		
	191268		66464		1770		
1825.							
Szepes	90842		31452		1311		In locis ad Dioecesim Scep. spectantibus
Árva	74480		9238		1393		
Liptó	38836		34312		1113		
	204158		75002		3817		
1850.							
Szepes	101204	4312	32548		2313		In locis ad Dioecesim Scep. spectantibus.
Árva	78338		3557		2453		
Liptó	44815		37068		2551		
	224357	4312	78173		7317		
1875.							
Szepes	96680	12148	27256		4459		In locis sd Dioecesim Scep. spectantibus.
Árva	72675	—	7333		3139		
Liptó	43274	3	34310		4740		
	212628	12151	68899		11020		
1900.							
Szepes	106080	20190	23780	52	6033	1	In locis ad Dioecesim Tcco. spectantibus.
Árva	80641	8	7341	10	3197	2	
Liptó	47271	18	34410	5	3098	1	
	233992	20216	65531	67	12328	4	

Nota. Conferendo Schematismum Dioecesis Scepusiensis de a. 1831. cum Schematismo anni 183[illegible] enascitur in inpopulatione defectus 14429 animarum ad quem defectum efficiendum concurrit cholera, quae 1831 ab initio Augusti usque finem Octobris saeviebat.

Ab anno 1790. teste praemissa Tabella conscriptionis — in 26. Matribus et 30 Filiabus numerabantur in comitatu Scepus. animae Aug. Conf. addictae 41,254.

Anno 1900. in 35 Matribus et 23. Filialibus in comitatu Scepus. conscriptae sunt animae Aug. Conf. addictae 27,655. Unde elucet decursu 110 annorum in Scepusio numerum parochiarum Aug. Confessionis novem parochiis quidem crevisse, at numerum animarum Aug. Conf. dicto spatio temporis 13,599 animabus imminutum esse.

Merito igitur Georg. Császka Eppus Scepus. — nunc Archi-Eppus Colocensis — occasione iubilaei centenarii eppatus Scepus. die 11. Nov. 1876 asservati dicere potuit: *ab uno saeculo numerum animarum Catholicarum in Scepusio in dies augeri.*

Anno 1903.
in
Dioecesi Scepusiensi sequentes R. C. parochiae deprehenduntur:

1072. **Béla**, oppidum in Scepusio.

Anno 1072. parochia erecta.[1] Anno 1545. Ecclesia, Parochia, Schola etc. per Novatores (Protestantes)

[1] Pro statu notitiae intuitu beneficiorum parochialium deserviant sequentia:

1. Annus erectionis parochiarum — ubi aliter praenotatum non est — desumptus est ex Schematismo Dioecesano pro anno 1819, in quo prima vice anni erectionis parochiarum recensertur.

occupata, Catholicis anno 1674. restituta. Anno 1693. ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus erat. Ecclesia tota fornice obducta.

Altaria 7. Calices 3. Monstrantia ax auricalco 1. Cicorium 1. Ad latus Evangelii altaris maioris fuit excavatum in pariete Conservatorium pro ven. Sacramento ferrea portula cinctum. Casulae diversi coloris 13. Pro „Monstrantia.“ Superpelliceola 8. Missalia 4. Breviaria 2. Vexilla 6. Tapetes 2. Vela pro calicibus 8. Tapetes 2. Chori 2 pro plebe, tertius ubi organum erant.

Anno 1712. Parochus: Dominicus a S. Cruce, Rector Collegii Piarum Scholarum Podolinensium. Annorum sacerdos 46, a 32 annis parochiam administrat.

2. Historicae adnotationes Ecclesias, parochias etc. concernentes potissimum ex Visitationibus Canonicis 1693 et 1712 exceptae sunt.

3. Plures parochiae quae antea floruerunt, sub Reformatione characterem parochiae amiserunt et factae sunt filiales usque hodie.

4. Antiqua documenta parochiarum tempore eiusdem Reformationis per Protestantes Catholicis adempta perierunt.

5. Ad evitandas superfluas repetitiones data Ecclesias etc. concernentia, quae in Visitatione Ecclesiarum Scepus. anno 1700. occurrunt, non recensentur, utpote quae in dicta Visitatione superioribus pag. 115—277 per extensum continentur.

6. Eventus historici Ecclesias, parochias etc. in comitatu Árva et Liptó concernentes in supra memmoratis Can. Vis. 1700. et 1712 non continentur, quia illis temporibus Árva et Liptó ad Praeposituram Scepus. non spectavit.

7. Denique.

8-vo. Ad complementum historiae Ecclesiarum, parochiarum ac Scholarum inomisse necessarium fuisset, datis ultimae Can. Vis. anno 1832. et sequentibus peractae uti; a qua tamen obligatione auctor relevatum sese censuit, quia in intentis non habuit completas historias parochiarum texere, sed tantum quosdam notabiliores eventus etc. ex annis 1693. (1700) et 1712. commemorareque vel maxime ideo, quia toties dictae Canonicae Visitationes sunt unicae.

Nrus animarum Cathol. 84; Aug. Conf. 1050, Graeci Rit. 2. —

Organista loci una fuit „Director Horologii.“ Anno 1903. Cath. 1176. Luth. 1047. Gr. Ritus 38. Jud. 108. Schol. 132.

In XIII oppidis nullus fuit „Locus Articularis.“ — Praedicantes auctoritate principis Lubomirszky manutenebantur qui in omnibus oppidis salaria a suis asseclis habuerunt. Functiones Ecclesiasticas, praeter Confessionem ac Communionem, non exercebant, neque Stolam percepiebant.

Jus patronatus in omnibus XIII oppidis exercuit anno 1712. Theodorus Lubomirszky Capitaneus Scepusiensis, cuius parens Stanislaus Lubomirszky ecclesias in XIII oppidis a protestantibus revindicavit et Ecclesiae Catholicae restituit. Post haec Romam discessit Inocentio XI. de revindicatis Ecclesiis relationem praestiturus. Pontifex eundem ac Successores eius Patronos Ecclesiarum omnium, quas de manibus Haereticorum revindicavit, declaravit, et Leopoldo Romanorum Imperatori ac Poloniae regi insinuavit. In vim gratitudinis Sanctae Romanae Ecclesiae, domui Lubomirszkyanae totum corpus S. Bonifacii Martiris, cum plenariis Indulgentiis in articulo mortis, usque in Poloniam transmisit; cuii Sanctae Reliquae idem Stanislaus Lubomirszky sumptuosissimum Mausoleum exstruxit, — instantanee Jure Patronatus usus est, nemine reclamante, imo aggratulantibus pro tunc Leopoldo imperatore et Joanne III. rege Poloniae, parochos ad omnes Ecclesias praesentavit. „Ubi absque ulla in pluralitate Beneficiorum dispensatione quatuor

tantum parochi: Lupini Canonicus Archi-Metropolitanus Gnesnensis, Zebridovszky Canonicus Cracoviensis, Leo Carmelita et Pauernfeindt, Ecclesias Scepusienses (XIII oppidorum) administrabant. Bela vero PP. Scholarum Piarum est impertita. (Can. Vis. 1712. Paroch. Igló).

1073. **Fridmann** in Scepusio.

Anno 1073. parochia erecta. Vide Kaczvin.

A Lutheranis circa annum 1587. occupata, sub Ladisl. Hosszuthoty Praep. Scepus. cum assistentia comitis Pauli Rákóczy anno 1640. catholicis restituta erat.

Anno 1655. fuit in Fridmann *M. Joannes Ratilonski* parochus una Vice-Archi-Diaconus, qui „ex commissione“ Rss. Dni Joannis Pálfalvai Eppi Váradiensis et Praepositi Scepusiensis, anno 1656. duas Ecclesias in Árva visitavit.

Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice obductum, reliqua pars tabulato provisa fuit.

Altaria 6. Maius eximii operis ferme totum deauratum. Calices 3. Monstrantia argentea 1. Casulae 6. Missalia 3. Baldachinum 1. Positivum in Choro. Campanae 3.

Parochus habuit duos subdictos, qui annuatim solverunt Eccl. 3 fl., et parocho singulis hebdomadis 2 diebus laborarunt, si autem 3. diebus labores praestiterunt, censum praescriptum non solverunt.

Anno 1712. Ecclesia murata. Maius altare S. Stanislai pulchri operis. Altaria lateralia 3. Omnia violata et suis Reliquiis spoliata. Lampas argentea ante Al-

tare, quae tamen erat proprietas parochi. Parochus: Stephanus Mikolayszky, polonus, sacerdos annorum 18. loci parochus in annum 8-vum. Animae, quae ad confessionem accesserunt in Fridmann et filialibus *Trips* et *Durstin* fuerunt 852, parvulorum 248 omnes Catholicae.

Anno 1903. in matre Cath. 1213 Jud. 55. Schol. 186. In filali *Falstin* Cath. 214. Jud. 6. Schol. 31.

1111. **Liptó-Szent-András.** Ecclesia 1111. exstitit.

Anno 1672. Catholicis restituta.

„1322—1337. *Paulus* fuit plebanus S. Andreae, qui iuratus existimavit suum beneficium non valere ultra tres marcas, solvit XVIII. grossos.“ (cfr Monum. Vaticana Hungariae Serie I-ma Tomo I-mo folio 198).

Anno 1903. Catholici 54. Aug. Conf. 200. Jud. 2, Schol. 6.

1147. **Szepesváralja.** Ecclesia et parochia exstitit 1147.

Anno 1547. Catholicis per Novatores adempta, 1674. restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota sub fornice, infra Sanctuarium fornicem sustinent columnae lapideae per medium. Altaria 7. Chorus duplex pro plebe, tertius pro Cantoribus ubi Organum locatum. Hinc inde Epitaphia diversorum oppidanorum per parietes. Campanae 6. Horologium in turri etc.

„Anno 1712. parochus Balther sacerdos annorum 44 purus Italus. Quatuor parochias possedit: 1. *Felkensem* ab annis 18. 2. *Montis S. Georiig* ab annis 12. 3. *Matthaei villensem* ab annis 12 et a 4. *Szepesváraljaensem* ab annis 11. — Habitavit Felkae more Dominorum.

Ecclesias praedictarum parochiarum sub antiquis Catholicis consecratas fuisse, ex signis quibusdam collicere licet. At sub occupatione haereticorum ecclesia haec prophanata, ruinata, atque altaria violata fuerunt, cum centum sex annos easdem „fex heretica“ possedisset. Postea (Cum in Hungaria Ecclesiae reciperentur anno 1673. et sequentibus) cooperatione et pietate erga Religionem Catholicam Stanislai Heraclii Lubomirszky Regni Polonicarum supremi Mareschalli ante annos 39 receptae et Catholicis restitutae atque reconciliatae fuerunt.

Ecclesiae praefatae turribus et sacristiis provisae, concameratae seu fornicibus obductae fuerunt, quarum fornices columnae lapideae fulciunt. Praeter Ecclesiam Montis S. Georgii (quae prae reliquis speciosa et munde instructa erat, Chorum et Organum eximii laboris habens) aliae tres, nimirum Felkensis, Matthaeivillensis et Várallensis restauratione indiguerunt; sunt enim humidae, sacristiae humidiores, in quibus cistis et scriniis refertis, decor nullus aut saltem exiguus fuit, scamna unde quaque dislocata confracta, Chori more Lutheranorum erecti (quos tempore, quo Ecclesias possidebant aedificaverunt) deturpant omnino Ecclesias. Altaria quaedam antiqua neglecta exstabant, pavimenta inaequalia, praecipue in Ecclesia Várallensi.“

„A pluribus annis A. R. D. Balther erat Administrator harum Ecclesiarum. Apparamenta et Calices quosdam antecessores curarunt. (Cfr Can. Vis. 1712).

Ad punctum 18-vum in Vis. Can. anni 1712. de dicto Balther continentur sequentia: „Praelatis suis

semper fuisse et esse obedientem, et iuxta canonicas institutiones ad literam se gerere et observare dicit Dns Administrator" (Balther), visitator vero addidit: „sed in hoc puncto ab aliis non a se iudicium esset expetendum, Domino quoque Praelato (S. Sigray praep. Scepus.) diiudicandum veniret, quomodo sit obediens, dum banderio militum stipatus comparet Várallae."

Balther et Vicarii eius portaverunt breves vestes, monuit Visitator (Steph. Loviskovich can. Scepus.) ut talares portent vestes."

Anno 1712. fuerunt Szepesváraljae animae Catholicae 1074, Aug. Confes. 497.

In XIII. oppidis Scepus. Lutherani illo tempore nulla publica Oratoria habuerunt. Praedicantes in domibus privatis divina pro suis asseclis peregerunt. Infirmos ac agonizantes nisi post accessum sacerdotis Catholici praevie factum visitarunt.

Anno 1903. 2327. Gr. Ritus 21. Aug. Conf. 388. Judaei 286. Schol. 445.

1200. **Bodafalva.** Anno 1200. parochia iam exstitit. Ecclesia etc. Catholicis 1673. restituta.

Anno 1903. Cath. 75. Aug. Confes. 250. Judae 2. Schol. 64. — In filiali *Kis-Palugya* Eccl. S. Joan. Evang. *olim parochialis.* Cath. 188. Aug. Conf. 600. Judaei 39. Schol. 28.

1200. **Nagy-Bobrócz** in Liptó Parochia iam 1200. floruit. —

Ecclesia Catholicis 1673. restita.

Anno 1903 Cath. 1650. Aug. Conf. 3. Judaei 16. Schol. 196. In filialibus *Pálfalva* Cath. 241. Aug. Conf.

75. Schol. 34. *Kis-Bobrócz* Cath. 183. Aug. Conf. 136. Schol. 23. etc.

1200. **Liptó-Szent-Kereszt.** Parochia exstitit iam anno 1200.

Annis „1332—1337. *Florianus* fuit parochus ecclesiae S. Crucis in Liptó, qui beneficium suum non ultra duas et mediam marcas aestimavit. Solvit V. grossos." (Cfr Mon. Vat. Hung. l. c.)

Anno 1903. Cath. 23. Aug. Confes. 56. Judaei 7. Schol. 2. — In filiali *Lazystie* Cath. 100. Aug. Confes. 198. Judaei 8. Schol. 12. etc.

1200. **Liptó-Szent-Mária.** Una ex antiquissimis parochiis. Anno 1200. par. erecta.

Anno 1569. per novatores occupata, Catholicis anno 1673. restituta.

Annis „1332—1337 *Emilianus* fuit sacerdos Ecclesiae B. Virginis in Liptovia, qui beneficium suum non valere ultra X. marcas fassus est. Solvit decimae papalis sexennalis unam marcam. (Mon. Vat. Hung. S. I. T. I. folio 189.)

Anno 1903. Cath. 119. Gr. Ritus 1. Aug. Confes. 173. Judaei 7. Scholar. 17. — In filialibus *Kis-Olaszi* Cath. 182. Aug. Conf. 7. Judaei 2. Scholar. 23. *Párisháza* Cath. 147. Aug. Confes. 6. Judaei 13. Scholar. 19. etc.

1200. **Liptó-Szent-Mihály.** Anno iam 1200. parochia floruit. —

Anno 1556. parochia cum Ecclesia per Novatores adempta, Catholicis anno 1673. restituta.

Anno 1903. Cath. 124. Judaei 2. Schol. 48. — In filiali *Ivachnófalva* Cath. 279. Judaei 2. Schol.

1200. **Szepes-Ó-Falu.** Una ex antiquissimis parochiis in Scepusio. Exstitit iam anno 1200.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ad frontispicium Sanct. Crucifixus erat.

Altaria 4. Baptisterium elegans. In Choro pulchrum Organum. Calices argentei 2. Baldachinum rubrum. Urceolli argentei 2. Casulae 11. Portatilia 2. Campanae 5. Libri complures concionatorii diversorum auctorum in Libro Ecclesiae praenotati. „Qui in Ecclesia sepelitur solvit fl. 1.“ Apum alvearia 19. etc.

Arno 1712. Ecclesia murata. Altaria 4. Calices 3, cruces 3, urceolli duo paria, — argentea. Missalia 4. Casulae 18. Pluvialia 5. Dalmaticae 2. Campanae 4. — Missae in Ecclesia quotidie „celebrabantur.“ „Pro sacro si quis constituat, dantur den. 36 seu sex grossi“ „Pro cantata Missa“ grossi octo. A sepultura senis fl. 1; a sepultura parvulorum den. 50. Parochus: Michael Repkovicz, Philosophiae Baccalaureus tertius, Magister secundus. Sacerdos annorum 48. Loci parochus 29. Districtus Dunaveczensis Decanus fuit annis compluribus. Observatio „meretur promotinem ad Canonicatum Scepusiensem.“ Animae in Ófalva 263 omnes Catholicae. In filiali *Frankowa* et *Frankovka* 284 omnes Catholici. In Ófalu Archi Fraternitas SS. Rosarii 1634. fundata.

Anno 1902. Cath. 937. Gr. Ritus 19. Aug. Conf. 33. Judaei 286. Schol. 124.

1200. **Liptó-Tarnócz.** Parochia exstitit iam anno 1200.

Ecclesia, parochia etc. Catholicis anno 1672. restituta.

Anno 1903. Cath. 95. Aug. Conf. 700. Judaei 4. Schol. 9. — In filialibus *Szielnecz*, oppidum, Cath. 137. Aug. Conf. 840. Judaei 16. Schol. 22. etc.

1200. **Velbach,** in Scepusio. Parochia exstitit iam 1200. —

Ecclesia per Protestantes anno 1574. Catholicis adempta, restituta eisdem die 24-ta Septembris, anno 1667.

Anno 1693. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum statuis B. M. V. et S. Joan. Evang.

Altaria tria. Altare maius ad normam modernam afabre elaboratum depictum, tabernaculum in medio. Cathedra elegans cum superficie. Calices 2. Monstratorium Ciborium. Portatile 1. Campanae 3. etc.

Anno 1712. Ecclesia murata ruinam minans, turris lapidea media pars corruit, Sanctuarium fornice obductum ruptum. — Altaria tria. Maius novum. S. Nicolai altare antiquissimum. Calix unus. Casulae 5. Portatile unum etc. Parochus Eccl. Vilbach (Eulenbach) Martinus Polyankay, sacerdos annorum 36, parochus loci annorum sedecim. Decanus Districtualis. Animae Catholicae 101. Ritus Graeci 1. Aug. Conf. 4.

Anno 1903. Cath. 519. Gr. Ritus 1. Judaei 9. Aug. Conf. 2. Schol. 94. — In filiali: *Olczno* Ecclesia ruinae proxima. Altare 1. Campanae 3. etc., animae catholicae 118. Graeci Ritus una, Aug. Conf. 2. Anno 1903. Cath. 352. Judaei 9. Schol. 69.

1209. **Szepeshely.** Parochia Capitulo coëva. (1209.) Anno 1903. Cath. 246. Aug. Conf. 1. Schol. 14. — In filialibus: *Almás* Cath. 946. Gr. Ritus 4. Schol. 110. *Baldócz* Cath. 149. Jud. 5. Schol. 22. *Göbölfalva* Cath. 159. Gr. Ritus 1. Judaei 5. Schol. 26.

1212. **Gnézda,** in Scepusio. Parochia exstitit iam 1212.

Per Novatores anno 1516 occupata, Catholicis anno 1615, die 28-va Octobris restituta.

Anno 1903. Cath. 1128. Gr. Ritus 29. Judaei 36. Schol. 257.

1222. **Csorba** in Liptó. Parochia exstitit iam anno 1222.

Ecclesia Catholicis anno 1673 restituta.

Anno 1903. Sanctuarium Eccl. fornice reliqua pars Tabulato contecta.

Altaria 3. Maius novae formae. In Sanctuario chorus pro Cantoribus. Cathedra concionatoria simplex. Alia pro Catechesi declivis, colorata. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. Chori depicti per circuitum Ecclesiae. Campanae 4. Horologium in turri.

Anno 1712. Ecclesia ruinae proxima. Turris a supremitate usque ad fundum fissa. Altaria 3 et 1 in Sacristia, totaliter dirutum. Altare tantum unum instructum. Calix 1. Casulae 4. Stolae 2. Manipulus 1. Alba 1. Humerale 1. Cingulus 1. Portatile unum. Positivum sex mutationum etc. etc. Proventus parochi est decima frugum et lini; hoc anno provenit avenae et hordei mixti cum avena (nam aliud frumentum raro ad maturitatem pervenit hic sub frigido Carpatho)

summa cubulorum 330. etc. Parochus: Georgius Augustini, sacerdos annorum 40, loci parochus annis duobus. Animae Catholicae 42. Lutheranae 380, infantes 149. Anno 1903. Cath. 378. Aug. Conf. 1324. Jud. 30. Schol. 53. In filiali *Superior-Sonawa,* animae Catholicae 9. Lutheranae 136. — In filiali *Vazecz* animae Catholicae 20. Lutheranae 240, infantes 140. In Eccl. cum turri et sacristia provisa, est imago B. M. V. „quae dicitur fuisse miraculosa et dici potuit B. Maria de Vago (hic enim fluvius Vagus ortum suum ducit) cum Jesulo manet mutilata.“ Anno 1903. Cath. 284. Aug. Conf. 1872. Jud. 45. Schol. 45.

1222. **Menhard** oppidum in Scepusio: Parochia exstitit iam anno 1222.

Parochia, Ecclesia etc. per Novatores anno 1545 occupata, Catholicis anno 1674 restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta per medium duabus columnis suffulta. Altaria 5. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus cum Statuis. Organum in choro. Campanile supra portam coemeterii etc. etc.

Anno 1712. Eccl. elegantis structurae. Parochus: Georgius Reyscher, (vide: Szepes-Olaszi.) Animae Catholicae 9, et ex his octo sunt advenae, August. Conf. 283.

Anno 1712 Missae alternatim celebrabantur in Menhard ac Rusquinii, quia Vicarius Menhardensis et Rusquinium administrabat. Stipendia nulla. Stolae taxa exigua: 1. a funere 60 denarii 2. A Baptismate et Introductione 30 den., a Sepultura florenus unus et a Copulatione pariter florenus unus.

Proventus parochi e Decima, quae annis prioribus arendabatur sexcentis Imperialibus, nunc vix ad medietatem propter nimiam desolationem hominum ac agrorum. Coloni, seu qui agricultura occupabantur, anno 1712 in Menhard nonnisi 16 reperiebantur.

Anno 1903. Cath. 310. Gr. 11. Rit. Aug. Conf. 428. Jud. 25. Schol. 42.

1222. **Ó-Lubló** in Scepusio[1] Ecclesia etc. anno 1516 occupata et anno 1616. restituta.

Anno 1903. Cath. 1184. Gr. Ritus 189. Aug. Conf. 36. Judaei 513. Schol. 335. — In filiali Jarembina Cath. 163. Gr. Rit. 1496. Jud. 25. Schol. 8. In Littmanova Cath. 94. Gr. Ritus 1198. Jud. 18. Schol. 4.

1226. **Durand** oppidum in Scepusio. Parochia exstitit anno 1226.

Parochia, Ecclesia et Schola per Novatores anno 1556 occupata, Catholicis 1674. restituta.

Anno 1693. Ecclesia per totum fornice obducta. Ab intus integre depicta. Altaria 4. Ad frontispicium Crucifixus. Calices 2. Casulae 10. Pixides antiquae cupreae adinstar Ciborii 2. Portatile 1. Tapes pro cooperiendis tumbis etc. etc.

Anno 1712. Ecclesia in plano et humido loco sita. Ab intus integre depicta. Cistis repleta. „Et inani choro more Lutheranorum erecto obscurata, quod in plerisque XIII oppidis est videre, qui chori ac sedilia undequaque indisposita si non essent, Ecclesiae efficerentur lucidiores. Parochus nullus, post defunctum Podolszky „dicitur collata esse Mathiae Winkler Lectori et canonico Scepus. Administrator Kebely. Animae omnes „fere“ Aug. Conf. — „Parochus a memoria hominum hic non residebat.“ Menhard, Durandi villam et Rusquinium unus Vicarius administravit.

„Defunctus Podolszky iuxta Contractum debuisset, quotannis deponere Eccl. flor. 12. quo in passu nil factum, ubi tamen ultra 36 annos eandem parochiam possedisset, semper proventus percipiendo. Hinc ubi parochi non resident, Ecclesiae et Parochiae ex toto minantur, negliguntur, defunctus enim Podolszky semper in Polonia residebat, plura ibidem etiam possidens p. t. Beneficia.“ (Can. Vis. 1712.)

Anno 1903. Cath. 249. Gr. Rit. 6. Aug. Conf. 469. Jud. 6. Schol. 42.

1236. **Hanusfalu** in Scepusio. Par. exstitit iam a. 1236. Catholicis anno 1640. restituta.

Anno 1693. Ecclesia murata. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum tribus statuis. Altaria 3. Duo lateralia altaria antiqua. In choro organum. Calices argentei 2. Pixis pro ven. Sacramento 1. Monstrantia 1. Casulae 4. Vexilla 8. Campanae 3. Teste Can. Vis. 1712. Ecclesia parva speciosa. „Anno 1314. fundata ab Eppo Henrico praep. Generali Conventus Miechoviensis ordinis Canonicorum Regularium SS. Sepulchri Domini Hierosolimitani sub titulo S. Andreae.“ Calices 3. (Monstrantia, quae exspectatur in dies) Casulae 7. Organum. Campanae 3. Portatilia. 3.

Animae in matre et filiali *Jezerszke* 500 omnes Catholicae.

[1] Lubló cum aliis quinque parochiis „Districtus Lubloviensis“ tempore Vis. Can. 1693 et 1712 spectavit ad Dioecesim Tarnoviensem in Galicia. Vide „Initia“ pag. 501.)

Anno 1903. Cath. 627. Gr. Rit. 9. Aug. Conf. 3. Jud. 9. Schol. 62. In Jezerszko Cath. 320. Jud. 4. Schol. 34. Universim Cath. 956.

1243. **Német-Lipcse** oppidum in Liptó. Parochia exstitit iam anno 1243.

Parochia, Ecclesia per Novatores anno 1520. occupata. Catholicis 1673 restituta.

Annis 1332—1337. fuit *Amandus* (Arnoldus) plebanus de Liptovia, iuratus aestimavit suum beneficium ad VIII. marcas, solvit rectam decimam XIV. grossos." (Cfr. Mon. Vat. Hung. S. I. T. I. fol.)

Anno 1903. Cath. 999. Gr. Rit. 1. Aug. Conf. 1108. Judeai 57. Schol. 107. In filiali Trium Malatin Cath. 193. Aug. Conf. 137. Judeai 1. Universim Cath. 1221. Luth. 1248. Jud. 65.

1245. **Szepes-Csütörtök.** (Quintumforum, Fanum Scti Ladislai) Parochia exstitit iam 1215.

Occupata per Novatores anno 1556. restituta 1640.

Templi oppidi *Csötörtök* sacellum templo contiguum, cooperante Stephano comite Csáky, post annum 1638. ad Catholicos rediit. (Histor. Diplomat. folio 25.)

Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, pars autem posterior Tabulato obducta. Altaria 5. Maius antiqui laboris habens inferne Tabernaculum. Chorus duarum contignationum, in superiori Organum. Campanae 3.

Ecclesiae Quintoforensi adiuncta erat Capella ex lapide scisso cum duplici contignatione et eleganti

choro. Altare antiqui operis, continens in medio imaginem transitus B. V. M. Tabernaculum in medio. Cathedra concionatoria etc. Calices 4. Monstrantia argentea elegantis laboris. Casulae 7. Dalmaticae 2 paria. Missalia 3. Tintinabulum 1. In choro Positivum.

„NB. Ratione proventuum huius Capellae, eiusdem aliorum Accessoriorum de eadem fundatorum facta Consignatio, habetur Leutschoviae apud Patres Minoritas, ibidem inspicienda."

Anno 1712. Ecclesia Quintoforensis amoto olim Praedicante Lutherano fuit PP. Scti Francisci Minorum Conventualium per comitem Steph. Csáky dominum terrestrem 1672. tradita, ea conditione, ut curam parochialis Ecclesiae et animarum gererent. — Ecclesia cum turri et Sacristia murata, cuius Sanctuarium fornice, reliqua tabulato contecta. „Habens a latere meridionali elegantem sumptuosam Capellam operis pretiosi antiqui ex lapide scisso Ecclesiae iunctam, per *Sophiam* (sic) quondam Zapollyay Ducissam Tessiniensem fundatam, quae duplex est, nimirum inferior et superior, cum ingressu ex ipsa Ecclesia, B. V. M. in coelos assumptae dicata."

Ecclesia S. Ladislao dicata habet Altaria tria. In inferiori Capella est unum altare B. M. V. dolorosae dicatum. — Altaria omnia violata.

Capella an. 1901/2 restaurata.

Parochus: 1712. Guardianus Didacus Hanusovszky. Sacerdos a. 34. Loci parochus annis 15. Animae circiter 200 ex quibus potior pars Lutherana.

Anno 1903. Cath. 811. Aug. Conf. 11. Jud. 35. Schol. 125. Universim cum filialibus Cath. 1591. Aug.

Conf. 12. Jud. 55. Schol. 209. In filiali *Dravecz* (Szepes-Darócz) Ecclesia murata antiquissima tota fornice obducta, riunam minatur, dedicata S. Elisabethae. — Juxta alios S. Antonio Magno Abbati, penes hanc enim Ecclesiam exstant rudera Monasterii S. Antonii Abbatis, ad quod circumiacentes pagi ex fundatione pertinebant. Altaria 4. Calix cum patena argenteus antiqui operis. Casulae 2. Campanae tres. Animae Catholicae 122; Lutheranae 42. Administrator Ambros. Timanoczy, sacerdos 14 ann., Administrator in Darocz 9 annis. Scholae Rector Petrus Kopay lutheranus. — Anno 1903. Cath. 429. Aug. Cdnf. 1. Judeae 13. Schol. 52.

1245. **Felka,** oppidum in Scepusio. Parochia exstitit iam anno 1245.

Per Novatores occupata anno 1552. Catholicis anno 1674. restituta.

Anno 1693. Ecclesia per totum fornice obducta. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. Altaria 3. Altare maius antiquae formae, tabernaculum in medio. 3 Chori duo duarum contignationum pro plebe et tertium pro Cantoribus in quo organum. Monstrantia elegantis operis argentea, alta, affabre elaborata. Ciboriola duo pro deportando ad infirmos ven. Sacramento. In Sacristia altare parvum S. Sophiae.

Hoc tempore (1693) Felkae „*infantes idiomate germanico baptisabantur*. Visitator demandavit, ut expost baptisentur latine."

Annuus proventus Eccl. a summa capit. 489. fl. 16. den. effecit circa 24 fl. — Proventus Parochiae decima frugum omnium, quae solet arendari in Taller. Imperialibus 600 etc.

Anno 1712. Ecclesia cum turri et sacristia murata. Altaria 4. Monstrantiae ex puro argento duae. Ciborium et 4 Calices argentei inaurati. Casulae 8. quarum duae cum cruce auro intertextae, altera argento. Baptisterium ex metallo fusum. Campanae maiores 4. etc. Parochus: Franc. Ambr. Balther. In parochia Felkensi in universum animae. 660 ex quibus nonnisi 27 Catholicae erant una cum servitoribus Ecclesiae.

Beneficia quae possidebat (vide p. 538) administravit per Vicarios suos. Residebat Felkae more Dominorum et titulum Illustrissimi praetendebat. Ordinarie intertenebat quatuor Vicarios et unum supranumerarium Capellanum.

Proventus annuus in universum ex quatuor beneficiis anno fertili effecit quinque mille floren. Rhenenses.

In quatuor Parochiis quas administravit erant in Scholis „Rectores" Catholici. Juvenes tamen et pueri qui Scholas frequentabant erant ferme omnes Lutherani, praecipue Felkae, in Monte S. Georgii et in Matthaei villa. Parochiani enim horum locorum (praeter Rectores Scholae ac servitores Ecclesiae) erant Lutherani.

Pulsus matutinus, meridianus et vespertinus in usu non erat.

Anno 1903. Cath. 305. Aug. Conf. 774. Jud. 36. Schol. 54, in summa cum diversorio Felkensi 2, et 4 domus vigilum in strato ferrato 6. = 313 Catholici et 780 Lutherani.

1245. **Szepes-Igló,** oppidum in Scepusio. Parochia exstitit iam anno 1245.

Bonifacius IX. Papa die 21. Decembris anno 1390. concessit Indulgentias Ecclesiae: „ut parochialis Ecclesia beate Marie Virginis *de Nova villa* (= Szepes-Igló) congruis honoribus frequentetur“ — — — omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Anunciationis, Purificationis et Assumptionis b. Marie festivitatibus, et in Dedicatione ipsius ecclesie prefatam Ecclesiam devote visitaverint annuatim, et ad eius fabricam manus porrexerint adiutrices — — — duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus.“ (Monum. Vat. S. I. Tom. III. folio 134.)

Anno 1548. per „Novatores“ occupata, Catholicis anno 1674. restituta.

Anno 1693. Ecclesia satis ampla, tota fornice obducta ac columnis lapideis per duos ordines suffulta. — In Sanctuario Epitâphia diversorum oppidanorum Nro 5. parieti affixa. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum tribus Statuis B. M. V., S. Joannis Evang. et Mariae Magdalenae etc. Altaria 10. Altare S. Sophiae et S. Crucis cinctum ferreis cratibus vocabatur capella S. Spiritus. Monstrantia magna ultra dimidium altitudinis hominis affabre elaborata argentea. Ciborium argenteum deauratum parvum, in quo sculptus S. Christophorus, pro infirmis aptum etc.

Anno 1712. Parochus: Joannes Morszkovszky, nobilis Polonus et Hungarus, quondam Gubernatoris XIII. oppidorum filius, cuius parens designatus a Principe Stanislao Heraclio Lubomirszky supremo Poloniae Mareschallo Comissarius Ecclesias Scepusienses de manibus Lutheranorum recepit et Romanae Eccl.

restituit. Morszkovszky fuit et Decanus Eccl. Collegiatae Sandecensis in Polonia, ac in Spiritualibus super Districtum Sandecensem continentem 86 Eccl. parochiales et duas Collegiatas, Eppi Cracoviensis Officialis ac Vicarius. Sacerdos annorum 18. Parochus in Igló in 11-mum annum. Animae Catholicae 572; Aug. Conf. 1460; Ritus Graeci 11; Calvinianae 2.

Morszkovszky fuit una Administrator in Poprad et Sztrazsa.

Ecclesia oppidi Igló magnificentior prae reliquis XIII. oppidorum Ecclesiis in medio oppidi situata. Altaria 8. Tabernaculum lapideum a latere dextero summi altaris ad parietem, cinctum ferreis cratibus ubi ven. Sacramentum asservatum fuit. Monstrantiae duae, calices sex, Pacificalia tria ex argento etc. Casulae 16. Horologium in turri cum campana maiori horis et minori pro quadrantibus etc.

Anno 1712. Cath. 572. Aug. Conf. 1460. Gr. Rit. 11. Calvini 2.

Anno 1903. Cath. 5004. Aug. Conf. 1277. Gr. Rit. 94. Gr. Rit. Orient. 3. Helveticae Conf. 108. Unit. 3. Jud. 580, Schol. 800- Universim cum filiali Igló-Hutta 501 = 5505 Catholici.

1245. **Izsákfalu** (Zsákocz) in Scepusio. Parochia exstitit longe ante annum 1245.

„Anno 1299. Martinus plebanus de villa Isaac coepit inducere XXIV plebanos de fraternitate Regalium, quod fundarent Monasterium fratribus Carthusiensibus in monte Speculationis sive lapide Refugii.“

Anno 1462. die 13. Febr. Ecclesia una cum Coemeterio reconciliata.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Altaria tria. Sacristia ad maius Altare, penes cuius portam locus in pariete excavatus pro conservatione ven. Sacramenti. Calices argentei 2. Casulae 4. Biretum 1. Vexilla 3. Organum in choro etc.

Anno 1712. Ecclesia solide murata, fornix una lapidea columna sustentur. Calices 2. Ciborium ex toto cupreum inauratum, quae die 2. Dec. 1711. perfacta ad Sacristiam porta furto ablata fuerunt. Casulae 7. Vexilla 5. Crucifixi 4. Imagines 5. Liber Baptisatorum. Liber proventus et expensarum. Campanae 3. Horologium in turri. Portatile unum. Lebes cupreus pro aqua benedicta. Organum in choro 10 vocum. Altaria 4. Pulsus matutinus non fuit in usu, mandavit Visitator ut in posterum fiat.

1245. **Lőcse,** (Leutschovia) civitas in Scepusio. Antiqua parochia iam 1245. exstitit.

Bonifacius IX. Papa die 21-a Decembris 1903. ut *altare Beatorum Apostolorum Petri et Pauli* situm in parochiali ecclesia b. Jacobi Apostoli de Lewche (= Lőcse) congruis honoribus frequentetur" visitantibus indulgentias concessit. (Mon. Vat. S. I. Tom. III. folio 114.)

Eodem anno ac die idem pontifex, omnibus Christi fidelibus vere poenitentibus, qui *capellam S. Georgii* in latere parochialis ecclesiae S. Jacobi de Lewche in S. Georgii festivitate et in dedicatione devote visitaverint annuatim, et ad eius fabricam manus adiutrices porrexerint, duorum annorum et totidem quadregenarum indulgentias concessit. (Mon. Vat. S. I. Tom. III. folio 114.)

Gravamina Catholicorum. quae anno 1649. regi exhibita fuerunt intuitu civitatis Lőcse continent: „Praeiudiciosum et illud Catholicis videri, quod in civitate Leucsoviensi, nullum exercitium divinum, pro ipsis haberetur, cum Monasterium intra ipsam civitatem, ad calcem moenium habitum, sub disturbiis Botskajanis fuerit ipsis ademptum. Merito igitur postularent, ut dictum Monasterium cum attinentiis juxta constitutiones praeteritorum annorum iisdem restituatur." (Histor. Dipl. Appendix folio 95.)

Ecclesia parochialis per Novatores 1558 (1567?) Cathòlicis adempta, — die 13-ia Aprilis 1674. restituta.

Anno 1693 Ecclesia satis ampla ex integro fornice obducta, cuius fornicem iam columnae lapideae iam parietes per medium suffulti sustinent. Altaria 10 (?). Ciborium argenteum 1. Calices argentei inaurati 11. Pulvinaria ad Missale 2. Casulae antiqui operis 3. Recentoris operis 10. — Sub plebanatu Casimiri Meynert accesserunt: Monstrantia argentea 1. Turibulum argenteum cum Navicula. Casulae 4. Ferramentum pro exscindendis hostiis. Palliolum pro Ciborio. Sepulchrum Christi Dni pro fl. 30. Positivum ab Camera Scepus. in flor. 300 procuratum. — Organum insigne in choro.

In campanili maiores et minores Campanae 4. Maxima „Maria." Minor S. Jacobus. 3-tia Ignatius. 4-ta Xaverius.

Organista Ecclesiae habuit hoc privilegium, quod in nuptiis nemo alter Musicorum, quam ipse cum Turneriis musicam „potuit exercere."

Anno 1712. Ecclesia 1202. per Catholicos aedificata. Altaria 12. Bibliotheca Ecclesiae sacello S. Geor-

gii contigua. Clenodia et Apparamenta omnis generis. Baldachinum antiquum. „Fuere Casulae quo perlis (sic) et unionibus ornatae, ast tempore rebellionum suo ornatu spoliatae“ Casulae diversi coloris etiam pretiosiores cum aliis novis et antiquioribus auro et argento intertextis 27. Calices 10. Monstrantia magna argentea, magna $1^1/_2$ ulnae. Organum maius cum 8 follibus, eximii operis, in quo nec ulla fistula lignea etc.

Catechismus singulis Dominicis horis pomeridianis asservabatur. Catechismorum Tirnaviensium defectus fuit. Examen de Doctrina Christiana cum copulandis servandum praescriptum fuit etc.

Parochus Joannes Faulhuber a Königsheim. Absolvit Theologiam et Jus Canonicum. Sacerdos 18 annorum. Parochus in 2-dum annum. Portavit vestem talarem et Tonsuram decentem.

Proventus decima ex omni genere frugum, quae iuxta qualitatem pretii circiter duo millia flor. Rhen. effecit. Onera; duos Capellanos solvere et intenere debuit. Praeterea Scholae Rectori 40 fl., Cantori 86 fl. et certum deputatum etc. Rector habuit habitationem liberam, liberque fuit ab omnibas dationibus et censu.

Parochialis domus in bono statu.

Filiales quinque in duobus: Lengvarto et Hradisko nulla Ecclesia, in Burgerhof, Zavada et Ulozsa Ecclesiae commodae ab incolis locorum exaedificatae. Domus parochiales nullae, praeterquam Ulosae ruinam minans, quam Ludimagister inchabitavit. Filiales administravit Capellanus slavicus, percepit pro administratione 100 fl. et tertiam partem Stolae. In praedictis 5 pagis animae Catholicae 211, Rit. Graeci 132. Luth. 330.

Numerus animarum in matre (Lőcse) anno 1712 fuit: Cath. 712. Gr. Rit. 121. Aug. Conf. 1903. Calv. 12. Conversae intra duos annos 36.

Anno 1903. in matre Cath. 4895. Aug. Conf. 1000. Gr. Rit. 180. Jud. 858. Schol. 670.

1245. **Matheócz,** oppidum in Scepusio. Parochia exstitit iam 1245.

Per Novatores anno 1551. occupata, Catholicis anno 1674. restituta.

Anno 1693. Filialis ad oppidum Szepes-Szombat. Ecclesia tota fornice obducta. Altaria 3. Chori 3. in 4-to. Positivum. Calices 4. Casulae 6. Candelabrum pensile ex aurichaleo. Missale novum 1. Tintinabula 2. Campanae 4.

Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. Ad maioris Altaris cornu Evangelii excavatum repositorium pro ven. Sacramento.

Anno 1712. Parochus: Balther qui Felkae. Animae nonnisi 29; Aug. Conf. 503.

Anno 1903. Cath. 370. Gr. Rit. 12. Aug. Conf. 745. Jud. 11. Schol. 62.

1245. **Müllenbach,** oppidum in Scepusio. Parochia exstitit prídem ante 1245.

Parochia, Ecclesia una ex primis parochiis in Scepusio in qua doctriana Lutheri propagata fuit. — Anno 1543. per Novatores in potestatem suam redacta. — Catholicis die 12-ma Januarii, 1672 restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. In Sanctuario Chorus pro Cantoribus, alii chori tres pro plebe. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Altaria

3. Maius antiqui operis. Ad cornu evangelii maioris altaris excavatum erat conservatorium in pariete pro ven. Sacramento. Calix 1. Casulae 2. Alba 1. Corporale 1. Purificatoria 2. Vexilla 2. etc.

Anno 1712. Ecclesia murata tota sub fornice, cum turri, aedificata 1425. Altaria 3 violata. Portatile 1. Calix argenteus 1. Ciborium ex metallo 1. Campanae 4. Missale 1 novum, aliud vetus. Casulae 5. Vexilla 2. Organum unum etc. Parochus: Michael Goldberger, sacerdos annorum 12; loci parochus annorum duorum. Animae Catholicae 29. Lutheranae 162. Rector Scholae Paulus Balazs lutheranus.

Anno 1903. Cath. 113. Aug. Conf. 248. Judae 6. Schol. 11.

In filiali Ó-Leszna Animae Catholicae 17, lutheranae 122. Anno 1712. Cathol. 172. Aug. Conf. 410. Jud. 8. Schol. 26.

1245. **Szepes-Olaszi,** oppidum in Scepusio. Parochia, „Regalis," „exempta," una ex antiquissimis parochiis in Scepusio, pridem ante annum 1245. exstitit.

„Bonifacius IX. Papa die 31. Decemb. 1390. fidelibus qui Eccliam" parochialem S. Spiritus (sic) „in villa Latina (Szepes-Olaszi) in festivitate S. Spiritus ac Dedicatione ipsius Ecclesie prefatam Eccl. devote visitaverint annuatim, penitentiam egerint, et ad fabricam Eccl. adiutrices manus perexerint, duorum annorum et totidem quadragenarum indulgentias concessit." (Mon. Vat. S. I. T. III., folio 112.)

Anno 1545. per Novatores in suam potestatem redacta, — anno 1674 Catholicis restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Altare maius antiqui operis, potuit claudi. In latere Sanctuarii insigne Organum parieti affixum. Stalla pro 26 hominibus. Altaria 7. Calies 3. Pixis pro Sacris Oleis antiqui operis, annorum 165, ex cupro deaurata.

Anno 1712. Eccl. ut 1693. Altaria 7 omnia violata et Reliquiis privata. Calices argentei 3, Ciborium 1. Casulae 9, Missalia 2, Pluvialia 2. etc. Apparamenta omnia usu dettrita et fere consumpta.

Parochus 1712. Georgius Reyscher, canonicus Scepus., natione Prutenus Warmiensis, lingvae Germanicae, Polonicae et Latinae gnarus, studuit apud PP. Societatis Jesu usque ad Theologiam speculativam, tandem Cracoviae Jurisprudentiam et Cancellariam aliquot annis tractavit, ac in Jure Civili et Canonico promotus ad Lauream. Sacerdos annorum 16, parochus loci in annum 2-dum. Fuit praeterea parochus seu Administrator in Leibicz et Menhard.

De Ecclesia Olasziensi in Can. Vis. 1712 sequentia continentur: „Ecclesia Olasziensis est elegantis structurae, sed immunda nimium reddita erat a haereticis, si quidem ad primum ingressum moderni parochi (Reyscher) post pestem (1711), nonnisi repletam invenit cistis, scriniis, granis laridis et aliis domesticis mobilibus, ita ut non dignosceretur altare a corbe gallinario vel anserino (NB. taliter etiam in omnibus fere XIII oppidorum praecipue revolutionis et pestis tempore videre fuit) at cum eiectione horum, ac aliqua iam inchoata renovatione, speciem Ecclesiae Catholicae praesefert."

„Sacramenta secundum ritum S. R. E. administrabantur Catholicis et quae concessa fuerunt Lutheranis videlicet Baptismus et Matrimonium. Quod autem horrorem aliis nationibus in Scepusio parit est maximum, quod haeretici, qui raro, aut nunquam in vita sua Ecclesias Catholicas frequentant, minus imaginibus cultum debitum praebent, post mortem autem in Ecclesiis ac Sacrariis sepeliantur, funebrales panegyrici ex ambore illis fiunt, Epitaphiis in Ecclesiis gaudeant pomposis et sumptuosis; (quae pro altaribus deservire possent) Imaginem Crucifixi post mortem, non autem in vita flexo poplite cum suis familiis venerando sic habentur et adumbrantur. Idem intelligendum in aliis locis praecipue Igloviensi Ecclesia, Leutschoviensi, Kesmarkiensi etc.“

Anno 1712. Cath. 410. Aug. Conf. 547.

Anno 1903. Cathol. 2000. Aug. Conf. 329. Helv. Conf. 17. Gr. Rit. Orient. 4. Jud. 120. Scholar. 305. In summa cum filialibus Gellértfalva (Dobravola) 92. Kolinfalu 346. etc. Catholici 2528. Gr. Rit. 27. Aug. Conf. 348. Helv. Conf. 17. Gr. Rit. Orient. 4. Judeaei 154. Schol. 344.

1245. **Poprad**, oppidum in Scepusio. Parochia exstitit iam ante annum 1245.

Per Novatores anno 1548. occupata. — Catholicis anno 1674. restituta.

„Anno 1310. *Eberhardus* plebanus de villa Tedesca (= Deutschendorf) decimam papalem per procurationem persolvit“ (Mon. Vat. Hung, S. I. Tom. II. folio 432.) — Anno 1493 *Petrus* parochus loci ad latus Ecclesiae capellam S. Valentini aedificavit.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta, quem fornicem infra Sanctuarium columna lapidea sustentat. Ostensorium ligneum deauratum. Altaria 3. Chori per circuitum Ecclesiae. Organum in seperato choro. Calix argenteus. 1. Casulae 5. Statua Christi resurgentis. Campanae 4.

Proventus parochi decima frugum omnium „quae solet arendari una cum filiali Sztrazsa in talleris Imperialibus 1000.“

Anno 1712. Ecclesia satis elegans. Administrator parochiae Joan. Constantinus Morszkovszky, idem qui Igloviae parochus. Animae 504 ex quibus Catholicae sunt 36. Infra annos discretionis numerantur 109. reliqui omnes sunt. Aug. Conf. Anno 1903. Cath. 791. Aug. Conf. 530. Jud. 700. Schol. 93. *Sztrázsa* Ecclesia per integrum fornice obducta. Altaria 3. Maius veteris laboris. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. In Sanctuario a dextris altare S. Nicolai antiquissimum. Anno 1712 Administrator Morszkovszky, qui vivente Podolszky parocho Eccl. Sztrazsa et Poprad coadiutor fuit. Animae in hac parochia sunt 421. ex quibus Catholicae sunt 14. Infra annos discretionis i. e qui decenium adhuc non compleverunt, fuerunt 104; reliqui omnes Aug. Conf. — Vicarius habitavit Sztrazsae, ex quo parochialis domus Popradini exsusta. Parochus vero in his oppidis nullus a triginta et ultra annis residebat, parochiae per Vicarios administrabantur. Anno 1903. Cath. 334. Aug. Conf. 272. Jud. 13. Schol. 56. Rector Scholae fuit Petrus Nigrinyi, Catholicus a iuventute sua, ceraemonias ac ritus Catholicos scivit plerosque, quoad functionem vero sui

officii pueros instruxit in Lutheranismo, docendo nimirum ipsos Cathecismum, Psalterium et alios libros Lutheranorum, similiter et in Cantu. Magnificat et Te Deum laudamus a Luthero versa in schola docuit. Similiter et Historiam Passionis Dominicae, quam in Dominica Palmarum et psalmos, quos in hebdomada Sancta, loco Matutini in Ecclesia Cantarunt. Insuper ad introductionem neonuptae in templum, imo et ad convivia nuptialia in domibus cecinerunt textus germanicos ex Canticis Canticorum Sponsis teneris eos applicando etc. — quae omnia Visitator (Steph. Loviszkovicz) serio prohibuit et nonnisi approbata a Sancta matre Ecclesia observanda praecepit. Quae fere per omnia XIII. oppida in usu fuerunt. Pueri in Scholis more magis lutheranorum quam Romano Catholico instruebantur, habentes libellos lutheranicos licet Rectores Catholici fuerint.

Pulsus meridianus et vespertinus Sztrazsae in usu fuit, nullus vero matutinus, nisi quod hieme nocturnus vigil circa secundam noctis ex mandato Judicis unum simplicem pulsum dederit, quo famuli excitarentur ad surgendum et ad laborandum, non vero ad orandum. Visitator mandavit, ut pulsus matutinus introduceretur.

1245. **Nagy-Szalók** in Scepusio. Parochia exstitit iam anno 1245.

Per Novatores anno 1550. occupata; — Catholicis die 15-ta Januarii 1672. restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta, quem fornicem columna per medium sustinet. Ad frontispicium Santuarii Crucifixus.

Altaria 3. Ad latus Evangelii altaris maioris excavatum conservatorium pro Ven. Sacramento in pariete. Supra portam Sacristiae repraesentatio Christi Domini Crucem ad montem suplicii bajulantis partim sculpta partim picta. Chori 3. Organum destructum. Calices 3. Casulae 4. Liber Evangeliorum germanicus etc.

Anno 1712. Ecclesia cum turri et sacristia solide murata. Altaria 3. Calices 2. Casulae 5. Portatile 1. Positivum. Campanae 4. etc. Parochus Sigismundus Kullmann ord. S. Pauli eremitae Religiosus. Sacerdos annorum 12, loci parochus in annum 3. Animae Catholicae 13. Lutheranae 463. In filiali *Gerlachfalu* Ecclesia murata desolata, erecta fuisse dicitur a Templaristis, qui olim in Dominio Batisfalvensi fuerunt et in possessione Stola magnificentissimum monasterium habuerunt. Ultima rebellione binis vicibus Ecclesia spoliata per Curuczones. Ecclesia cistis repleta. Altaria desolata. Animae universim 170, e quibus Catholicae 13. In filiali *Uj-Leszna* Ecclesia murata in statu misero ruinoso. Altaria 3. Calices cum patenis stannei 2. animae Catholicae 2 et 178 Lutheranae.

Anno 1903. in Matre Catholic. 125. August. Confess. 783, Jud. 8. Scholar. 22. — In filiali Alsó-Erdőfalva (Uj-Leszna) Cath. 100. Aug. Conf. 394. Jud. 6. Schol. 11. In filiali Gerlachfalva (hodie filialis Batizfalvaensis), Cath. 31. Gr. Ritus 3. Aug. Conf. 411. Jud. 5. Schol. 12.

1245. **Szepes-Szombat** oppidum in Scepusio. Parochia pridem ante 1245. exstitit.

Per Novatores anno 1552. occupata, — Catholicis 1674. restituta.

Bonifacius IX. Papa die 21. Dec. 1390. ut Capella S. Antonii de *Villastoiani* (= Stoisdorf fuit filialis Szepesszombat) congruis honoribus frequentetur etc. indulgentias concessit. Capella sicut et villa amplius non existit. (Mon. Vat. S. I. T. III. folio 115.)

Anno 1693. Ecclesia decora munda tota fornice obducta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum duobus latronibus. Ad latus Epistolae altaris S. Nicolai parieti affixum parvum Horologium. Ad cornu vero Evangelii eiusdem altaris S. Nicolai pro Catechesi in terra locata Cathedra. Chori complures elegantis laboris externe sculpturis Angelorum inauratis elaboratae. Organum elegans in choro habens crassissimas fistulas, sumptibus moderni (1693) parochi Melch. Pauernfeind reformatum. Calices 6.

Anno 1712. Ecclesia cum turri et sacristia e solido materiali erecta. — Calices pretiosi 3. Ciborium in quo SS. Sacramentum asservatum fuit. Monstrantia mediae secundae ulnae magna, pretiosa, antiqui operis, argentea. Calix unus magnus pretiosus. Casulae 12. Organum sumptuosum plurium vocum. Campanae in seorsiva turri ad id aedificata 3. etc. Parochus: Balther, qui Felkae. Animae Catholicae 85; Aug. Conf. 610.

Anno 1903. Cath. 415. Gr. Rit. 4. Orient. 3. Aug. Conf. 380. Jud. 27. Schol. 68.

1245. **Zsegra,** in Scepusio. Parochia 1245. erecta.

Parochia, Ecclesia per Novatores occupata 1565, restituta 1638.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ad frontispicium Crucifixus ligneus velo contectus. Altaria 3. Maius non ita pridem sumptibus Ecclesiae et piorum hominum erectum, habens in medio tabernaculum. Ad gradus altaris duo simplicia lignea Candelabra. In choro Positivum. Candelabrum ferreum ex fornice dependens. Campanae 3.

Anno 1712. Parochus Andreas Csepcsény. Sacedos annorum 16. Parochus in annum tertium. Animae omnes Catholicae 112. Anno 1903. Cath. 233. Gr. Rit. 3. Jud. 4. Schol. 60.

„Ecclesia habuit positivum (organum) satis bonum, quod Stephanus Csáky piae memoriae pro usu Ecclesiae Sigriensis anno 1654. donaverat, a Thoma Csáky ablatum, quo hic et nunc (1712) utitur comes Stephanus Csáky, filius.“

Dubrava. Ecclesia a solis Incolis Dubraviensibus 1653/54 erecta et per Georgium Barsony consecrata. Anno 1693. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus.

Anno 1712. Animae omnes Catholicae 82.

Anno 1903. Cathol. 472. Gr. Ritus 3. Judaei 5. Schol. 70.

Petrocz, 1712. Eccl. parva murata, tempore Rakoczy a Lutheranis occupata. Animae 120 ex quibus potior pars Aug. Conf.

Anno 1903. Cath. 86. Aug. 2. Jud. 5. Schol. 4.

1247. **Hunfalu,** in Scepusio. Parochia ante ann. 1247. erecta.

Per Novatores a. 1567. occupata. Catholicis die 16. Jan. 1672. restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus cum statuis B. M. V. et Joannis Evang. Exstructa circa an. 1409. Habuit altaria 5, Maius veteris operis. Ante altare maius duo longa (alta) Candelabra. In pariete excavatum Conservatorium pro ven. Sacramento. Cathedra simplex in terra locata. Ciborium cupreum. Calices 3. Casulae 3 etc.

Anno 1712. Ecclesia murata cum turri tota fornice obducta, quam una columna sustentavit. Altaria 5. Calix 1. Ciborium ex argento 1. Casulae 5, quarum tres auro textae. Organum 1. Antipendia 2 pulchra. Campanae tres. Ecclesia habuit plures Calices, qui apud Andream Székely detinebantur.

Parochus: Josephus Zeiller ordinis Scti Pauli Primi Eremitae Religiosus. — Rectoris Scholae, Cantoris et Organistae munus Lutherani obierunt, exiguum percipientes salarium. — Samuel Doloviczeny praedicans, Totfalvae comorans, in domo Andreae Székely dum et quando divina peragebat.

Anno 1712. Cath. 211. Luth. 229.

Anno 1903. Cathol. 424. Gr. Rit. 5. Aug. Conf 376. Jud. 437. Schol. 48.

Filialis *Nagy-Lomnicz.* (antea Parochia) Eccl. tota sub fornice una cum turri lapidea. Aedificata circa 1412. Habuit altaria 3. Calix 1. Casulae 19. Missale 1. pulchrum. Organum 1. Vexilla duo nova. Alba 1.

In Nagy-Lomnicz anno 1712. habitaverunt duo Praedicantes Georgius Buchholcz et Samuel Abhortis, qui hinc ad vicina XIII. oppida excurrebant ibique divina ritu Luth. peragebant. In Kakas-Lomnicz Buchholcz divina in curia Balth. Berzeviczy peragebat.

Extra pagum ad fluvium Poprad Capella S. Sophiae erat, tota desolata.

Anno 1712. Cath. 189. Luth. 270.

Anno 1903. Cath. 382. Aug. Conf. 734. Jud. 44. Schol. 40.

1278. **Kaczvin** in Scepusio. Parochia exstitit ante anno 1278.

Catholicis a. 1640. restituta.

Templa possessionis *Kaczvink* (sic), *Krempach*, *Felsö-Lapos*, *Nedecz*, *Fridman* et *Landek* cum Scholis et Parochiis earumque proventibus, cooperantibus Stephano et Andrea de Palocsa Catholicis post 1638 (1640?) restituta fuerunt. (Hist. Dipl. folio 25.)

Anno 1693. Ecclesia nimis foraminosa et per ignis voraginem ruinata. Ad frontispicium Santuarii Crucifixus. Altaria 3. Maius altare novum. Lampas ex lamine pendens in Sanctuario. Calix 1. Casulae 7. Vexilla 8. Campanae 3. etc. Proventus Ecclesiae: Offertoria Tabularia singulis diebus dominicis. „Qui in Ecclesia sepelitur solvit plus minusve uno flor.

Anno 1712. Ecclesia cum turri murata tota fornice obducta. Ecclesiam haeretici 80 annis possederunt. Altaria 3. Maius speciosum. Calices 2. Monstratoria duo argentea. Ciborium argenteum 1. et cupreum antiquum 1. Casulae 16. Lampas ante altare laminea. Portatilia 3. Cacabi ad usum aquae benedictae 4. Campanae 4. etc. Parochus: Matthias Stanislaus Bolanszky, polonus, eximiarum qualitatum, annorum sacerdos 20. loci parochus in 16 annum, Decanus Districtus Dunavecz in annum tertium. „Stipendium si aliquod datur, dantur polturae 8.“ Stola a Baptismate

den. 12., totidem ab Introductionibus. A copulatione cum denunciationibus flor. unus Rhenensis. A funere florenus unus.

Animae 487 omnes Catholicae.

Anno 1903. Cathol. 885. Gr. Ritus 2. Judaei 21. Schol. 184.

„Examinati parochiani retulerunt, quod si ad Ecclesiam debito tempore non campareant, se per D. Parochum etiam bacculo ad eandem compelli, quod ipsum etiam laudarunt, nihilque se scire contra Parochum, quem vitae bonae esse, et exemplarem dilaudarunt. Proventus parochi decima frugum bonis annis in autumnalibus et vernalibus ad Cruces 300., modo non importat tantum ob depauperatos incolas, et nisi per industriam provideret vix subsistere posset“ „A singula domo pullum unum“ — „Rector Scholae habuit valde exiguum salarium, et nisi labore manuum suarum plus, quam proventu aliquo Scholari victitare cogitur.“ Ex offertoriis et strenis tertiam partem percepit.“

1278. **Krempach**, (Dunajecz) in Scepusio. Parochia exstitit ante 1278.

Templum possessionis *Krempach* in Districtu Dunaviczensis anno 1662. ad Catholicorum potestatem devenit. Pálfalvay, Praepositus Scepus., Adalbertum Csadurszky polonum sacerdotum animarum curatorem constituit. (Hist. Dipl. de statu Relig. Evang. in Hungaria. A. 1710. folio 122.)

Anno 1693. Ecclesia ex integro fornice obducta. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. Organum in choro novissime erectum. Baptisterium marmoreum. Altaria

4. Maius novum necdum depictum, habens inferne tabernaculum. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. Calices 2. Monstrantia antiqui operis ex aere. Campanae 4. Vexilla 6.

Anno 1712. Ecclesia cum turri murata tota sub fornice, antea lignea, ante 35 a. aedificata. Altaria 5. Altare S. Sebastiani et Rosaliae novum anno 1711. a parochianis curatum post pestem. Calices 2. Monstratorium cupreum deauratum. Ciborium argenteum deauratum. Casulae 7. Rituale Strigoniense 1. Campanae 3. Parochus: Christophorus Gižiczky, polonus sacerdos annorum 4, loci parochus in annum tertium.

Animae Catholicae 200, infra annum discretionis 50.

Anno 1903. Cathol. 698. Jud. 18. Schol. 150.

Proventus parochi e sola decima avenacea importavit cruces 50. Stola exigua „Nisi oeconomiam haberet propriam vix subsisteret.“

1278. **Lechnicz** in Scepusio. Parochia ante 1278. erecta.

Catholicis anno 1640. restituta.

Anno 1693. Ecclesia murata cum Turri lignea. Altaria 3. Calix 1. Ciborium 1. ex argento. Monstrantia ex aere 1. Portatile. Positivum. Baldachinum 1. Casulae 6. Vexilla 8. Tintinabula 3. etc.

Proventus parochi decima frugum omnium, Lini et Leguminum.

Anno 1712 Ecclesia parva murata cum Sacrario fornice obducto, turri vero lignea. Altaria 3 gratiosa. Maius speciosum novum B. V. M, 2-dum S. Nicolai et 3-ium B. M. V. noviter exstructa, sunt violata. Calices

2. Ciborium 1. Monstrantia cuprea. Crux argentea. Casulae 6. Lumen ante Ven. Sacramentum nonnisi aperta Ecclesia arsit, cum proventus Ecclesiae esset exiguus. Catechismus in quadragesima asservatus fuit in Ecclesia. Parochus: Adalbertus Josephus Sczechovicz, sacerdos annorum 13. Loci parochus annis 9. Venerabile Sacramentum acensis luminaribus cum cantu ac pulsu Campanulae ad infirmos defertur.

Animae 310 omnes Catholicae.

Anno 1903. Cath. 462. Jud. 10. Schol. 75.

1248. **Leibicz,** oppidum in Scepusio.

Parochia pridem ante annum 1248. erecta.

Bonifacius IX. Papa die 21. Dec. an. 1390. fidelibus qui Ecclesiam b. Mariae in *Leibicz* in Nativitate, Annunciatitione, Purificatione, Assumptione B. M. V. et in Dedicatione eiusdem Ecclesiae, praefatam Ecclesiam visitaverint, penitentiam peregerint, ac ad fabricam Ecclesiae adiutrices manus porrexerint, duorum annorum et totidem quadragenarum de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxavit. (Mon. Vat. Ser. I. Tom. III. folio 111.)

Ecclesia per „Novatores" iam anno 1546. in suam potestatem redacta, — anno 1674. Catholicis restituta fuit.

Anno 1693. Ecclesia sat ampla per totum fornice obducta. Per medium tres lapideae columnae, Post altare SS. Petri et Pauli ad parietem erectum Tabernaculum ex lapide, ferrea portula cinctum, ac penes hoc excavatum Conservatorium pro sacris liquoribus, similiter portula ferrea provisum. Tria altaria cinxerunt ferrei cancelli. — In frontispicio Sanctuarii Crucifixus

cum statuis B. M. V. et Joan. Evang. — Campanae quatuor. Horologium in Turri.

Anno 1689. Ecclesia cum oppido combusta. Altaria fuerunt quinque, sacris Reliquiis tempore possessionis Lutheranorum spoliata et violata. Portatilia 2. Calices 3. Ciborium 1. Monstrantia 1. Casulae 12.

Anno 1712. Parochus: Georgius Reyscher, qui Szepesolaszi. Animae Catholicae 146; Gr. Rit. 8; Aug. Conf. 725.

Officium divinum peregit Pater Paulinus, qui Leibicii Vicarium egit.

Anno 1903. Cath. 1409. Gr. Ritus 60. Aug. Conf. 846. Jud. 64. Schol. 277.

1278. **Nedecz** in Scepusio. Parochia ante a. 1278. exstitit. (Vide Kaczvin).

Anno 1693. Sanctuarium Ecclesiae fornice obductum, pars reliqua Tabulato contecta. Ad frontispicium Crucifixus cum statuis duabus. Altaria 4. Maius veteris operis cum Tabernaculo. In choro organum, Cathedra elegans. Calix 1. Baldachinum. Missale antiquum. Duo altaria lateralia nuda. Vexilla 5. Campanae 3. Horologium in turri destructum.

Anno 1712. Ecclesia in bono statu cum turri, Sanctuarium fornice obductum reliqua autem pars tabulato provisa. Altaria 4. Monstratorium argenteum altum unius ulnae inauratum. Calix 1. argenteus. Ciborium cupreum. Casulae 9. Tapetes persici 2. Portatile 1. Pacificale cum Reliquis. Parochus: Stephanus Hanuskiewicz, polonus, sacerdos annorum 34, parochus loci in annum 14. Animae Catholicae 450, in arce duae Lutheranae, una conversa. Parochus vesti-

tum talarem decentem nigrum portavit. Stipendium rarum etsi constituatur, dantur 24 den. Stolae taxa ordinaria (v. Kaczvin) Praedicantius hic loci fuit ante annos 90 (1622) verum exire iussus, incolae modo omnes ut in toto Districtu Catholici.

Parochus praenominatus beneficio privatus erat eo, quod oves suae curae comissas licet admonitus, tempore pestis deseruisset, tamen evoluto anno uno iterum restitutus.

Anno 1903. Cath. 897. Gr. Ritus 1. Jud. 123. Schol. 218. In filiali Subarx Cath. 149. Aug. Conf. 1. Jud. 1. Schol. 13.

1248. **Ruszkinócz**, oppidum in Scepusio.

Parochia ante annum 1248. erecta, per Novatores anno 1547. occupata. Catholicis a 1674 restituta.

Bonifacius IX. Papa die 21. Decembris 1393. Christi fidelibus, qui parochialem Ecclesiam in *Villarusslini* (= Ruszkinócz), in S. Agnetis festivitate et in Dedicatione Ecclesiam dictam devote visitaverint annuatim, veram poenitentiam egerint, et ad fabricam Ecclesi*e* manus porrexerint adiutrices, duorum annorum et totidem quadragenarum indulgentias concessit. (Mon. Vat. S. I. Tom. III. folio 111.)

Anno 1693. Ecclesia ex integro fornice obducta, habens per medium duas columnas lapideas. Altaria 3. Ante altare maius longa lignea depicta Candelabra 2. Chori per circuitum, depicti, in quorum uno Organum. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Calices 2. Vexillum unum. — Ecclesiae annexa Capella S. Sophiae, desolata.

Anno 1712. Ecclesia cum turri et Sacristia murata. Ecclesia hinc inde disrupta. Altaria 5. violata, e quibus S. Josephi sat speciosum post pestem proximam erectum, constitit 80 Imperiales. Ad latus sinistrum Ecclesiae Capella Sanctae Sophiae totaliter desolata. Ecclesia cistis et scriniis repleta. Chorus more Lutheranorum erectus Ecclesiam valde obscuravit et magnum spatium occupavit. „Mundiores Ecclesiae essent si tales chori eliminarentur, Ecclesiaeque (quod a memoria hominum non fuit) dealbarentur, restaurarentur, non tantum hic intelligendum, verum etiam in aliis plerisque oppidis," etc. (Can. Vis. 1712.)

Parochus hic nullus. Parochia collata per Lubomirszky Preys parocho Podolinensi, ex parte in ditione principis sed Dioecesi Cracoviensi nimirum districtu Lubló existenti. Vicarius Georgius Kebely, qui 3 Ecclesias administravit. Sacerdos annorum 22. In primum annum vicarius. Animae Catholicae 3; Ritus Gr. 12; Aug. Conf. 200.

Anno 1903. Cath. 273. Gr. Rit. 6. Aug. Conf. 260. Jud. 20. Schol. 35.

1248. **Svábócz** in Scepusio. Parochia ante annum 1248. erecta.

Ecclesia, Parochia a. 1555. per novatores occupata, Catholicis a. 1674. restituta fuit.

Anno 1693. Ecclesia murata. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus erat. Altaria 3. Maius antiqui operis. Duo lateralia Altaria per Kuruczones destructa. Positivum 1. Cathedra simplex. Calix 1. Casula 1. etc. In turri Horologium fuit.

Anno 1712. Ecclesia cum turri et Sacristia murata. tota fornice obducta erat. Altaria erant 3. Calix 1. Portatile 1. Positivum unum. Venerabile Sacramentum in corporali asservatum fuit. Campanae 3. Parochus Matthias Paulikovicz, sacerdos annorum 22, parochus loci in 17 annum.

Anno 1712. Cath. 75. Luth. 115.

Anno 1903. Cath. 120. Aug. Conf. 258. Jud. 10. Schol. 11.

Filiales: Anno 1693. Szent-András Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta erat. Altaria erant 3. omnia violata. Calix 1. Casula 1. Missale 1.

Szt-András anno 1693. Parochia, habuit quinque filiales sine Ecclesiis: Horkam, Komarócz, Primócz, Miklósfalva et Kissócz. Proventus parochi constabat deputato et agris cubulorum 40, percepit ex matre et praedictis filiabus Siliginis 143 Capecias, Hordei mandeliones 48 et Avenae mandeliones 10., praeterea habuit offertoria consveta. Scholae rector percepit siliginis cub. 76, ab inquilinis per den, 12. — Praedicans Vidernikiensis ab accatholicis vocatus, solebat exercitia divina exequi.

Szent-András anno 1712. fuit et est usque hodie filialis Svabócz. Ecclesia ut 1693. Altaria 3. Calix 1. Alba 1. Superpelliceum 1. Missale 1. Portatile 1. — Proventus parochi ex Szent-András et supra specifitis pagellis ut 1693. Domus parochialis in Szent-András anno 1712. nulla.

Rector scholae in Svabócz, a nobilibus habuit siliginis cub. 76, ab inquilinis per 12. denarios, praeterea partem tertiam offertoriorum et alias accidentias uti: ex funere, pulsu campanarum, Cantatione, Collecta etc.

Anno 1712. in Szt-András erant Cath. 256. Luth. 50. Conversae personae 96.

Anno 1903. in Lándzásfalu (= Szent-András, Horka. Primócz, Miklósfalva et Kissócz) Cath. 441. Aug. Conf. 14. Jud. 7. Schol. 37.

1278. **Szepes-Uj-Béla** in Scepusio. Parochia exstitit ante a. 1278.

Catholicis anno 1615 restituta.

Anno 1693. Ecclesia ex toto lignea. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Ecclesia cum campanili tota lignea. Intus depicta antiquis picturis. Altaria 3. Calix argenteus 1. Casulae 5. Monstrantia aerea 1. Crucifixus 1 pro Sepulchro, alter pro Processionibus. Statua resurgentis. Breviarium antiquum. Calix staneus pro ablutione. Campanae in ligneo Campanili 2, supra pinnaculum Sanctuarii 1. Crucifixi in altaribus 3 etc.

Anno 1712. Ecclesia cum Campanili tota lignea, per haereticos profanata. Altaria 3. Lampas ante altare cuprea. Calix 1. Casulae 5. Pluviale vetus 1. Missalia maiora 2, tunebrale 1. Monstratorium instar solis partim deauratum, partim deargentatum. Positivum 7 vocum. Stipendium pro Missae Sacrificio 6 polturae, a Baptismo et Introductione per 6 den. Pauperes nil dederunt; a Copulatione duae mediae vini, a funere 50 den. „Ante annos 50 (1662) fuere hic Lutherani.“ Parochus Andreas Nowotarszky polonus. Sacerdos annorum 22, parochus loci 9 annorum.

Animae Confessionis capaces 250 omnes Catholicae.

Anno 1903. Cath. 885. Aug. Conf. 1. Helv. Conf. 2. Judaei, Schol. 153.

Parochus habuit decimam agnellorum. Parochus ex oeconomia propria vixit.

1280. **Alsó-Kubin** in Árva. Parochia iam ante annum 1280. exstitit.

Per Novatores anno 1550. occupata.

Anno 1712. fuit hic loci *Joannes Petroselinus*, **licentiatus.**[1]

Anno 1709. Ecclesia Catholicis e mandato Georgii Erdödy comitis restituta, in cuius sequelam Mathias Petrovics verbi divini Minister e parochia exire iussus, et *P. Martinus Koron* Cathol. parochus introductus est.

Alsó-Kubin fuit Locus Articularis pro Protestantibus.

Anno 1903. Cath. 503. Aug. Conf. 746. Helv. Conf. 4. Jud. 435. Schol. 91. In filiali Felsö-Kubin Cath. 105 Aug. Conf. 511. Jud. 41.

1280. **Szepes-Markusfalu.** Parochia ante ann. 1280 exstitit.

Per Novatores 1540. occupata, restituta 1673.

Anno 1693. Ecclesia per totum fornice obducta. Nimium desolata. In Sanctuario habetur locus pro altari maiori, in quo chartacea imago et Crucifixus imponitur. Portatile 1. Capella infra Sanctuarium ad latus sinistrum nimium ruinosa. Baptisterium lapideum.

[1] Licentiatos hic intellige viros laicos nullis s. Ordinibus initiatos coelibes, vitae probae, sufficientis doctrinae, quibus ab ordinario seu Episcopo in locis, ubi parochus ali, haberi, aut statui non potuit, potestas dabatur, populum principiis fidei imbuendi, baptisandi, sepeliendi, matrimoniis assistendi. (Cfr Péterfy. Concilia Hungariae. Pars II-da fol. 231. Nota 1.)

Anno 1712. Ecclesia cum turri murata, tota sub fornice. Diversis rebellionum temporibus profanata, violata. Altaria olim 4, per Dominos terrestres calvinos funditus diruta et eversa erant. Ecclesia nullos proventus habuit. Casulae 3. Portatile 1. Campanae in turri 4. Loco altaris erat mensa lignea. Plurima apparamenta (Ecclesia olim bene provisa fuit) per Dominos terrestres, qua hostes Ecclesiae direpta fuerunt. Calix vero Cupreus inauratus, quo Parochus utebatur ad celebrandum Sacrum, erat Ecclesiae Tepliczkensis. Parochus: Samuel Ignatius Rudiny. Sacerdos annorum 16. — Pestis tempore infectis inserviens, quater morbo pestifero affectus graviter decubuit. Convalescens, demortuis circum quaque animarum curatoribus, novem Ecclesias administravit. Parochus loci 10 annis. Tempore rebellionis omnes proventus decimales, ac Substantiam suam amissit et exilium patientissime per annos decem toleravit. Animae Catholicae 216. Lutheranae 102. Calvinianae 31. — In filiali *Tepliczka* animae Cath. 99. Lutheranae 14. — *Matthaei villa* animae Cath. 35. Lutheranae 7 advenae, et *Liszkovan*, absque Ecclesia.

Anno 1903. Catholic. 1154. August. Confess. 26. Judeaei 29. Scholar. 172. — In filiali *Teplicska* Catholic. 589. Judeaei 5. Schol. 140. — *Liszkovan* Cath. 156. Schol. 22.

In filiali *Teplicska* ecclesia cum turri murata, Sanctuarium sub fornice. Altaria fuerunt olim 4. nunc (1712) unum exstat desolatum violatum. — In *Matejocz (Matthei villa)* tempellum muratum sub tabulato sine turri. Calix 1. Casulae 2.

1292. **Odorin**, in Scepusio. Parochia exstitit iam ante a. 1292.

Anno 1299. Wenceslaus plebanus.

Occupata anno 1551; Catholicis 1671. restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ita in Jamnik et Danisócz. Odorini 3. Altaria. Maius veteris operis in medio tres statuas continens, quarum prima in medio B. M. V. Jesulum in sinu gestans, alia S. Nicolai et S. Andreae; ad margines autem variorum Sanctorum pictae imagines etc. Calices 3. Portatile 1. Baptisterium in medio Ecclesiae lapideum. Campanae 2.

Anno 1712. Ecclesia murata cum turri, tota sua fornice cum contigua Capella. Porta ad Ecclesiam elegans. Altaria 3. — Ecclesia per haereticos profanata, sed per Bársony Praep. Scepus. reconciliata. Calices argentei inaurati 3. Casulae 2. Portatile 1. Missale antiquum 1. Vexilla 8. Campanae 2.

Parochus Stephanus Misleniczky, sacerdos annorum 10, parochus loci annis 7.

Animae universim 150 ex quibus Lutheranae 15.

In filiali Jamnik animae 170, ex quibus Lutheranae 2. — In filiali Danisócz animae 40 omnes Catholicae.

Anno 1903. in matre Cath. 635. Jud. 13. Schol. 75. — In filiali *Jamnik.* Catholic. 612. Jud. 5.

Schol. 90 et In *Dénesfalva* Catholic. 263. Jud. 5. Scholares 42.

Nomen parochi „Wenceslaus“ desumptum est ex documento, quod in Archiv. priv. Capit. Scepus. asservatur. Attactum documentum ea de causa per extensum comunicandum esse duximus, quia cum documento, quod apud Wagner P. I, fol. 394 et 395 continetur, in aliquibus discrepat. In nostro documento verba: „nec non Lutscha,“ quod Wagner cum Lucsivna possessione in limitibus comitatus Liptó existente, identicum esse dicit, non continetur. Ita etiam Laici testes nominetenus non recensentur.

Documentum sonat:

„Nos Jacobus Miseratione Divina Episcopus Sypsyensis (sic) Universis Christi fidelibus praesentem paginam inspecturis cum paterna benedictione in Dno Salutem. Quae fiunt in tempore, ne cum labent, tempore simul collabantur, et ne oblivio Noverca, omnium felicium actionum homini memoriam ut turbo *t*ispergat, oportunum nunc vi*t*etur, ut acta Mo*t*ernorum cautione scripturarum certissime confirmentur: Hinc est, quod nos instigante ac favente clementia Divina, et a*t* hoc Regia suffulti Auctoritate. Dilectis nobis Filiis, Fratribus, Ordinis Carthusiensis Locum quemtam qui Lethon *t*icitur, ac Lapis Re*t*ugii, seu Speculationis, situm in terra Scypsyensi, Deo at famulantum ac inibi at laudem Dei su*e*que Genitricis Virginis Mari*e* et Sancti Joannis Baptistae nec non Sacratissimae Virginis Margarethae, at Claustrum construentum cum suis Apertinentiis, videlicet Sylvis, Pascuis, Piscationibus, Belae scilicet et Conrati, Agris, cultis

et incultis, quesitis, seu inquirentis libere contulimus, et hoc te consensu omnium Terraneorum, Jure perpetuo possitentum. Limites vero suorum terminorum taliter tistingvimus. Ut sicut duae Aquae Conrata (Conradus fluvius hodie Hernad) scilicet et Bela (Fejérpatak, Alba aqua), tictum montem, per tria sua latera concertant et cingunt. At quartum vero latus versus Occitentem, prout Murorum ambitus plene continetur; exta vero Muros saepefati Montis, terram tamen te sua terra attiterunt. Quantum pro Pomeriis et pro Claustro aedificiis construentis, sufficere possit abundanter. Ut autem Nostra haec Donatio facta gratia Regis metiante ac Terraneorum ut supra memoravimus, consensu accetente Inviolabilis seu irrefragibilis iugiter perseveret, praesentes eis literas contulimus, Nostri pententis sigilli munimine firmissime cómunitas. Huius rei Testes sunt Dominus Hainricus (sic) plebanus te Lewscha (Lőcse), Dominus Wenceslaus plebanus te Otorino, Dominus Martinus plebanus de villa Isaac (Izsákfalu), Dominus Hermanus plebanus te Lewbycz (Leibicz), nec non Universitas omnium eiustem Terrae plebanorum. Laici vero sunt, Dominus Jortanus Comes Terrae, Comes Arnoldus Freowinus te Lewtscha, Magister Cotfritus Terrae Protonotarius, cum omnibus Aliis Terrae Coniuratis. Datum ad S. Martinum in Ecclesia Cathedrali (sic) Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Nono, Decimo quarto Calentas Januarii Duotecimo Indicione." (Archiv. privat. Capit. Scepus. Scrinio VI. fasciculo I. N-ro 4.)

1292. **Topporcz** in Scepusio. Parochia exstitit ante a. 1292.

Per Novatores 1542 occupata. Catholicis anno 1673 restituta.

„Locus Articularis" pro Protestantibus.[1]

Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta. Ad frontispicium Crucifixus cum duabus Statuis. Altaria 4. S. Sophiae altare antiquissimum. Cathedra depicta. Pensile Candelabrum ferreum. Portatile 1. In choro Positivum. (Anno 1693. Ecclesiam, et Parochiam possederunt Protestantes.)

Anno 1712. Ecclesia murata cum turri. Altaria 4. S. Sophiae destructum. Calicem huius Eccliae Nichel ante hic parochus Ruszquinium secum tulit. Secundus Calix in Collegio Podolinensi asservabatur. Monstrantia antiqua ex cupro. Reliquiaria duo cuprea. Casulae 4. Missale 1., antiqua duo. Baptisterium lapideum. Positivum in choro destructum. Campanae 4.

Administrator Ferdinandus a Scto Luca PP. Piarum Scholarum Collegii Podolinensis.

Praedicans Georgius Doloviczeny peregit divina in domo privata ad hoc destinata.

Anno 1712. Cath. 300. Lutherani fere totidem.

Anno 1903. Cath. 380. Aug. Conf. 510. Jud. 16. Schol. 52.

Filialis *Maldur*, anno 1693 Parochia. Ecclesia murata. Altaria 4. Duo lateralia altaria antiquissima.

[1] „Loca Articularia" olim nominabantur, quaedam communitates in patria nostra, in quibus Protestantibus Aug. et Helv. Confessionis vigore Art. XXVI a. 1681 liberum religionis exercitium concessum erat, ut e. g. in Árva Felső-Kubin et Isztebne. In Liptó Hradek (Liptó-Ujvár) in Szepes Gö gő, Topporcz (vel Batizfalva). In his locis liberum fuit Protestantibus Oratoria, Parochias et Scholas aedificare. Praedicantes et Docentes adplicare, verbo cultum divinum more Protestantico publice exercere.

Calices 3, ex quibus unus apud praedicantem in communitate latitantem detentus fuit. Monstrantia et Ciborium cupreum inauratum. Casula 1. Alba una. Vexilla 3.

Anno 1712. Ecclesia cum turri murata. Altaria 4, ex quibus unum per praedicantem funditus destructum fuit. Casulae 2. Albae 2. Superpellicea 3. — Campanae 4. Ecclesia cistis et scriniis repleta.

Tempore rebellionis Catholicus parochus expulsus.

Anno 1712. summa animarum 222, e quibus una foemina Catholica et servii adventii decem.

Anno 1903. Cath. 34. Aug. Conf. 625. Jud. 4.

1295. **Podolin** oppidum in Scepusio. Parochia pridem ante a. 1295. exstitit.

Una ex antiquissimis parochiis in Scepusio.

Anno 1903. Cath. 109. Gr. Rit. 5. Aug. Conf. 29. Helv. Conf. 14. Jud. 96. Schol. 285.

1300. **Batizfalu** in Scepusio. Parochia ante annum 1300. erecta.

Ab anno 1681. articularis locus pro Protestantibus.

„Anno 1693. ad Ecclesiam haeretici possessores (Luth. et Calv.) Dominum Visitatorem non admiserunt," quae illo tempore cum Menguszfalva et Stola filialis Ecclesiae Teplic erat.

Ecclesia 1697. Catholicis restituta.

Anno 1712. Ecclesia cum turri ac Sacristia e solido materiali, satis elegans, sed apparamentis destituta erat. Parochus Andreas Csajkovics.

Animae Catholicae 24. Lutheranae 216. Parochia 1709. combusta.

Anno 1903. Cath. 220. Gr. Rit. 1. Aug. Conf. 643. Jud. 32. Schol. 35.

Gerlachfalu, 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta. Maius altare S. Crucis. Lateralia 2 totaliter destructa. Calix 1 staneus. Campanae 2. Chori 3.

Anno 1903. Cath. 31. Gr. Rit. 1. Aug. Conf. 411. Jud. 3. Schol. 12.

Menguszfalu, 1693. Sacrarium templi fornice obductum alia autem pars tabulis tecta. Anno 1712. Ecclesia murata cum turri et Sacristia in statu misero.

Animae universim 180, ex quibus nonnisi unus Catholicus.

Anno 1903. Cathol. 28. Aug. Conf. 402. Jud. 4. Schol. 14.

Stola. Anno 1712. nulla Ecclesia. Ex ruderibus tamen, ex sectis lapidibus, concludere licuit, olim hic Ecclesiam magnificam fuisse. Animae Catholicae 2. Lutheranae 30.

Anno 1903. Cathol. 18. Aug. Conf. 198. Jud. 2. Schol. 10.

1303. **Alsó-Ruzsbach** in Scepusio. Parochia exstitit ante a. 1303.

Per Novatores iam 1516. occupata, restituta 1615.

Anno 1903. Cath. 881. Gr. Rit. 2. Aug. Conf. 3. Jud. 7. Schol. 176. In filiali *Felső-Ruzsbach* Cath. 872. Gr. Rit. 6. Jud. 11. Schol. 148. et *Laczkova* Cath. 548. Gr. Rit. 10. Aug. Conf. 1. Jud. 3. Schol. 90.

1307. **Felső-Répás** in Scepusio. Parochia ante an. 1307. erecta.

Cath. restituta 1620.

Anno 1712. Ecclesia cum turri e solido materiali. Sanctuarium fornice obductum uti et Sacristia, navis tabulato tecta. Profanata fuit per haereticos Hussitas: Altaria 3. Calices 2. Casulae 3. Vexilla 4. Campanae 3. positivum parvum 5 vocum. „Ecclesia in paratis habuit flor. 5 argenteae monetae et cupreae execrandae rebellionis tempore cusae flor. 33, in qua summa sunt flor. 19- a D. Jacobo Répassy parocho Strbensi cum iniuria Ecclesiae eo tempore depositi pro alba moneta, dum rubra moneta in valore nulla fuisset.“ Parochus: Ignat. Fabriczy, sacerdos unius anni et quatuor mensium. Loci parochus in quartum mensem.

Animae Catholicae 99; Graeci Ritus 110; Aug. Conf. 16.

Anno 1903. Cath. 398. Gr. Rit. 24. Schol. 52. — In filiali: *Szepes-Szent-Pál* Cath. 232. Gr. Rit. 8. Schol. 24. — In *Alsó-Répás* Cath. 22. Gr. Rit. 402. Jud. 12, — et in *Torisza*, Cath. 24. Gr. Rit. 988. Aug. Conf. 2. Jud. 6.

Eccl. filialis *Brutócz* (Szent-Lőrincz) Ecclesia cum Turri murata. Sacristia fornice obducta. Altaria tria exigua mutilata. Calix 1. Casulae 4. Antipendium pro ornanda imagine sericeum 1. Campanae 3. Missae celebrantur alternatim in Superiore-Répas et Brutócz secunda quaque Dominica. Licet populus 1712. potior fuerit Graeci Ritus, Sacramenta tamen iuxta ritum S. R. Ecclesiae administrabantur. Animae Catholicae 25. Ritus Graeci 87. Anno 1903, Brutócz parochia per se.

1308. **Gánónz** in Scepusio, parochia circa annum 1308. erecta.

Anno 1688. fuit hic loci „nobilis Stephanus **Oseczky licenciatus** (Cfr. Archiv. Regnic. Scepus. Prot. 1685. fol. 277.)

Anno 1693. Sanctuarium Ecclesiae fornice, reliqua pars tabulato contecta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus, cum statuis B. M. V. et Joan. Evang. Altaria 3. Altare S. Nicolai antiquissimum. Chori 2 pro plebe. In Sanctuario chorus pro Cantoribus. Calix argenteus 1. Portatile 1. Baptisterium lapideum. Campanae 3.

Anno 1712. **Licentiatus Nicolaus Barányi** per praedecessores DD. Episcopos et praepositos Scepusienses promotus ad curam animarum gerendam, annorum 64, in cura animarum 39. Administrator annis tribus, dilligens in suis, habens vicinum parochum Svaboczensem, qui Sacramenta necessaria administrat et nullus defectus. „Missas celebrat parochus Svaboczensis quater per annum.“

Calix 1. alter similis argenteus deauratus apud D. Wenkoczi in pignore. „Obstinax vetula non vult Calicem extradare“ hinc iure quaerenda et ad sacram sedem citanda. Eadem Wenkocziana habuit penes se, literas in quibus specificatur erectio parochiae Ganoczensis anno 1611. die 12. Aug. emanatas, in quibus nominetenus adducuntur nobiles, qui fundum pro Ecclesia et Parochia dederunt etc.

Anno 1712. Cath. in Gánócz et Filefalu 90. Luth. 220.

Anno 1903, in Gánócz Cath. 172. Aug. Conf. 72. Jud. 10. Schol. 9.

Gánócz est actu sub administratione Parochi Svábóczensis.

Filifalva 1712 absque Ecclesia. Licenciatus habitavit in domo parochiali, vestitumque saecularem portavit.

Anno 1903. Cathol. 111. Aug. Confes. 106. Scholares 6.

Ad Licenciatum spectavit *Hozelecz*. Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta, cuius fornicem per medium sustinet lapidea columna. Altaria 3 antiquissima. Calix ex aurichalco. Campanae 3. Proventus parochi a communitate loci tam nobilibus, quam rusticis annue fl. 4., prandium habuit quandocunque venit et divina peregit. Offertoria 4.

Anno 1712. Ecclesia antiqua murata. Altare 1. Quovis tertio die Dominico habuit parochus prandium per ordinem vel 36 den. etc.

Anno 1903. Cathol. 48. Aug. Conf. 105. Jud. 10. Schol. 4.

1308. **Uj-Lubló** in Scepusio. Parochia anno 1308. erecta.

Catholicis 1615. restituta.

Anno 1712. Parochus: Andreas Novotarski, polonus, sacerdos annorum 22, parochus loci in annum nonum. Animae ad confessionem aptae 250 omnes Cathol.

Anno 1903. Cathol. 1012. Gr. Ritus 42. Jud. 18. Schol. 247. In filiali *Szepes-Jakabfalu* (Jakubján) Cath. 64. Gr. Rit. 2641. Aug. Conf. 5. Jud. 62. etc.

1310. **Liptó-Szent-Iván.** Parochia exstitit 1310.

Annis 1332—1337 *Michael* fuit sacerdos Ecclesiae S. Joannis Baptistae in Liptó, „dixit non ultra valere

suum beneficium quam duas marcas, solvit XII. grossos.“ (Mon. Vat. Hung. S. I. T. I. folio 189.)

Anno 1903. Cath. 330. Aug. Conf. 681. Jud. 77. Schol. 22.

Paulus S. Petri de Liptó plebanus iuratus aestimavit suum beneficium ad duas marcas (cfr. l. c.)

Szent-Péter actu filialis Ecclesiae parochialis Szent-Iván.

Anno 1903. Cathol. Aug. Conf. 656. Jud. 10.

1313. **Landek** in Scepusio. Parochia anno 1313. exstitit.

Vide Kaczvin.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum statuis B. M. V. Penes altare S. Nicolai erat excavatum in muro Conservatorium pro venerabili Sacramento ferrea portula munitum. Altaria 4. Calices 2. Monstrantia argentea. Casulae 7. Chori duplices in quorum uno Positivum. Portatilia 2. Missalia 3. Campanae 4.

Anno 1712. Ecclesia murata. Cistis repleta. Altaria 4. violata. Calices 2. Casulae 12 pulchrae. Positivum 7 vocum. Vexilla 4. Campanae 3. — Ecclesia Landekensis fundata fuit ab Henrico Generali Conventus Miechoviensis.

Parochus: P. Hilarion Fanfarovicz, conventus Mechioviensis professus, secerdos annorum 5, loci parochus in annum primum. Animae Cathol. 308. Lutheranae 4.

Anno 1903. 1070. Gr. Rit. 1. Aug. Conf. 3. Jud. 19. Schol. 172.

In filiali *Zdiár* 1712. Ecclesia lignea parva, animae sunt omnes Catholicae 111. Rector Scholae nullus.

1315. **Hobgard** in Scepusio. Parochia exstitit anno 1315.

Per Novatores iam 1516 (?) occupata, Catholicis anno 1616. restituta.

Anno 1903. Cathol. 670. Gr. Ritus 12. Jud. 14. Schol. 112. In filiali: *Lublóvár*. Cath. 45. Gr. Ritus 6, Schol. 4. et *Szadek*. Cath. 223. Gr. Rit. 28. Aug. Conf. 6. Jud. 14. Scholar. 72.

1318. **Liptó-Rózsahegy,** oppidum. Parochia 1318. exstitit.

Pertinet ad antiquissimas parochias in Liptó.

Annis 1312—1327. „*Nicolaus* plebanus de Rosenberk (sic) iuratus aestimavit suum beneficium ad octo marcas, solvit decimam rectam XLV. grossos. (Cfr. l. c. fol. 198.)

Anno 1903. Catholic. 3236. Gr. Ritus 2. August. Confess. 261. Helv. Confess. 3. Jud. 495. Scholar. 682. *Platea Fejérpatak* Cathol. 1133. Aug. Conf. 3. Jud. 6. Schol. 195. *Platea Csernahora* Cath. 1432. Jud. 3. Schol. 217. *Platea Vilkolinecz* Cath. 459. Schol. 70. *Statio Strati ferr.* Cath. 55. Aug. Conf. 4. Jud. 5. *Halászmező* (fonógyár) Cath. 714. Aug. Conf. 31. Helv. 1, Jud. 55. etc. Universim Cathol. 7224. Aug. Conf. 2311. Helv. 3. Jud. 568. Schol. 1165.

1326. **Szlécs** in Liptó. Parochia exstitit anno 1326.

Catholicis a. 1616. restituta.

Anno 1903. Cath. 598. Jud. 7. Schol. 61. In filialibus: *Felső-Szlécs* Cath. 629. Jud. 5. Scholar. 94. et *Alsó-Szlécs* Cath. 670. Aug. Conf. 12. Jud. 5. Schol. 93.

1329. **Kis-Lomnicz,** in Scepusio. Parochia exstitit iam 28. Dec. 1329. Nicolaus plebanus de parva Lomnitz occurrit, qua testis supradicto die ac anno in processu ratione decimarum de villis Speculatorum (Landek et Nagy-Őr, in Scepusio) et Piscatorum (Busócz in Scepusio) inter plebanum Nicolaum de Caseoforo (Késmark) et Christophorum lectorem Canonicum Scepus. (Cfr. Archiv. Regnic. Scepus. Prot. 1685. fol. 213—215.) Porro in processu Districtus Tárczaensis in Sáros contra Eppum Agriensem propter decimam, quam dictus Epps sibi occapavit, inter ceteros testes etiam Nicolaus „de parva-lumpnicz“ memoratur (v. Arch. priv. Cap. Scepus. Scr. XI. „N-n“ NB. Scapus.)

Anno 1693. Ecclesia Sanctuarium fornice obductum. Altaria 3, antiquissimi laboris. Ad frontispicium Crucifixus cum Statuis. In Sanctuario Chorus pro Cantoribus. Cathedra colorata. Casula una. Calix 1. Baptisterium lapideum. „Campana una, aliam Campanam Incolae pro Portionibus (Adó) vendiderunt Judaeis pro fl. 106. Serio (per Visitatorem) admoniti sunt, ut aliam aequivalentem compararent.“ Incolae loci Monstrantiam distraxerunt, et Calicem pro Praedicante, (qui actualiter hic commorans exercitia in domibus privatis exequitur) fieri curarunt, quare itidem sunt admoniti, quatenus Monstrantiam curent.“

Proventus Ecclesia nulli praeter offertoria Tabularia.

Anno 1712. Ecclesia murata cum Turri exigua. Altaria 3. Lateralia 2. mutilata et nonnisi tabulae quaedam pictae exstiterunt. Calix 1, Ciborium 1. Campanae duae. Incolae tenebantur Monstrantiam procurare, sed nil factum fuit, ideo admoniti sunt, ut Monstrantiam procurarent. Vener. Sacramentum tantum in corporali asservabatur. Aeditui praesente parocho debuerunt Rationes Ecclesiae praestare.

Administrator parochiae fuit Raymundus a S. Laurentio PP. Scholarum Piarum Collegii Podolinensis, professus, Germanicae, Slavonicae et Polonicae ligvarum gnarus, sacerdos annorum duodecim. Administrator in tertium annum.

Anno 1712. Cath. 60. ex quibus Gr. Rit. 15. Lutherani 500.

Anno 1903. Cath. 223. Gr. Ritus 4. Aug. Conf. 696. Jud. 24. Schol. 39.

Annis 1693 et 1712. Kis-Lomnicz habuit filialem *Kolacskó*, cuius Ecclesia valde in ruinoso statu constituta fuit, sed industria PP. Piarum Podolinensium ex congregata eleemosyna et ope incolarum loci de novo erecta erat. Proventus Ecclesiae fuit ex eleemosyna. Apparamenta nulla, ablata fuerunt tempore belli per Protestantes. Campanula 1., maior Campana in 50. Imperialibus Podolini impignorata exstitit.

Proventus parochiae decima omnium frugum, quae in Kis-Lomnicz et Kolacsko efficiebat 250 Capetias et Mandeliones. Stola valde exigua. Scholae Rector nullus.

Anno 1712. Cath. 120 ex quibus Graeci Ritus 1. Luth. 1.

Anno 1903. Cathol. 585. Gr. Ritus 46. Jud. 10. Schol. 140.

1339. **Liptó-Szent-Erzsébet.** Parochia anno 1339. erecta.

Per Novatores 1581. occupata, Catholicis 1673. restituta.

Anno 1903. Cathol. 20.

In filialibus: *Kelecsén* Cathol. 486. Aug. Conf. 16. Jud. 6. Schol. 14. — *Király-Lubella* Cath. 777. Aug. Conf. 33. Jud. 11. Scholar. 69. — *Nemes-Lubella* 541. Aug. Conf. 18. Jud. 8. Schol. 35. — *Dubrava* Cathol. 798. Aug. Confess. 267. Jud. 6. Schol. 65. — *Fidesics* Cath. 134. Aug. Conf. 178. Jud. 5. Schol. 5. etc.

1346. **Körtvélyes** in Scepusio. Parochia ante ann. 1346. exstit.

Catholicis anno 1642. restituta.

In Hist. Dipl. de statu Religionis Evang. in Hungaria folio 99. sequentia continentur: quod „templum in Körtvülös (Körtvélyes) per Catholicos et Evangelicos possidebatur, post comitia (1638) tamen per quemdam Jesuitam occupatum fuerat.“

Anno 1693. Ecclesia tabulato, Sanctuarium fornice obductum erat. In Sanctuario ferreum pensile Candelabrum. Ex tabulato imago lignea picta pependit, in cuius una facie B. Virginis, in alia nutricii Christi effigies erat. Altare Maius antiqui operis cum tabernaculo, in summitate altaris statua S. Gerardii Eppi. Calix 1. Ciborium 1. Casulae 4. Vexilla 5. Campanae 3. — Ad latus sinistrum Ecclesiae Capellae S. Sophiae, in qua est altare eiusdem Sanctae maiori ex

parte ob antiquitatem desolatum. Haec Capella dicitur fuisse miraculosa, in qua et mortui reviviscebant.“

Anno 1712. Ecclesia cum turri lapidea. Altaria 3. Calix 1. Monstratorium 1. cupreum, noviter deauratum cum Melchisedec, non consecratum. Portatilia 2. Campanae 4. etc. „omnia etiam minutiora in libro Eclesiae conscripta.“

Sacellum S. Sophiae Ecclesiae contiguum et incorporatum. Miraculosum. „Indulgentias habens perpetuas, uti licuit videre ex concessione Romana antiquo typo in pergamena exarato.“

Parochus Mathias Grobczin, sacerdos annorum 24. Loci parochus annorum 9.

Anno 1712. Cathol. 253. Aug. Conf. 3.

Anno 1903. Cath. 532. Gr. Ritus 5. Helv. Conf. 4. Jud. 19.

Filiales: *Haraszt.* Anno 1693. fuit filialis Ecclesiae Marcusfalvensis. „Ecclesia quadragularis per formam quatuor capellarum erecta, super qua in medio turris in quadrato erecta.“ Habuit Choros 3. Candelabrum pensile aliquot candelarum capax.

Anno 1712. fuit filialis Körtvélyes. Ecclesia ut 1693. Altare unum. Apparamenta habuit necessaria praeter Calicem et Portatile, quae semper ex matrice Ecclesia adlata erant. Ecclesiae Calicem detinuit familia Mariássy.

Anno 1712. Cath. 176, e quibus Calvinianae 23., Luth. 36. Caeterae Catholicae.

Anno 1903. Cathol. 305. Graeci Ritus 4. Jud. 5. Schol. 40.

Vithfalu (Vitkócz). Anno 1693. Ecclesia fornice per totum obducta. Ad frontispicium Crucifixus. Apparamenta ad Ecclesiam pertinentia in Capitulo reposita erant, veluti loco securiori.

Anno 1712. Ecclesia parva sed pulchra in statu bono erat. Habuit Calicem 1. Ciborium cupreum inauratum 1. Pacificale ex metallo 1. Portatilia duo. Baptisterium lapideum. Campanae 3.

Anno 1712. Catholici 82. Lutheranus nullus.

Anno 1903. Cath. 144. Gr. Rit. 4. Aug. Conf. 3. Jud. 3.

1348. **Ábrahámfalva** in Scepusio. Parochia pridem ante annum 1348. exstitit.

Catholicis anno 1672. restituta erat.

Anno 1693. fuit filialis Ecclesiae Farkasfalvaensis. Quo anno ad Ecclesiam Abrahamfalvaensem „pertinax Haeresis Dnum Visitatorem non intromisit;“ — „in eiusque administrationem pro nunc (1693.) se immisit praedicans.“

Anno 1712. Parochus Joannes Magassy, sacerdos annorum 16, parochus loci 13 annis. — Ecclesia Abrahamfalvaensis necessitatis causa adiuncta fuit Ecclesiae Farkasfalvaensi qua filia. Ecclesia murata cum turri, parva. Animae Catholicae 42, Lutheranae 36.

Habet filias 1. *Farkasfalvam.* Quae anno 1693. parochialis ecclesia, ex omni parte ruinae proxima erat. Ad frontispicium conspiciebatur Crucifixus cum statuis. Habuit tunc filialem *Lewkocz.* Anno 1712. ecclesia parochialis Farkasfalvaensis ruinam minatur, nullum habens fornicem, sed omnia sub tabulato. Ani-

mae Catholicae 42, Lutheranae 36. Domus parochialis desolata, (Hodie nova Eccl.) 2. *Lökfalu.* Anno 1693. Ecclesia S. Catharinae dicata. Anno 1712. Ecclesia ad normam Capellae aedificata sine turri, misera, desolata. (Hodie absque Ecclesia). Animae Catholicae 49, Lutheranae 4. Ecclesia in statu imperfecto. et 4. *Pikfalu* anno 1693. ecclesia funditus lignea, parva, foraminosa, et iam iam collabescens. Altare maius constat ex fragmentis Statuarum. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. Anno 1712. Ecclesia funditus lignea antiquissima, parva, more Ruthenorum aedificata. Profanata fuit per Lutheranos. Animae Catholicae 27. Luth. 30.

Anno 1903. in matre Cathol. 114. Aug. Conf. 2. Jud. 12. Scholar. 15. — In filiali: *Lökfalu* (Levkocz) Cath. 23. Jud. 6. Schol. 2. — *Farkasfalu.* Cath. 232. Aug. Conf. 12. Jud. 15. Schol. 47. et *Pikfalu.* Cath. 41. etc.

1348. **Késmark** civitas in Scepusio. Parochia pridem ante annum 1348. exstitit.

Ad manus Novatorum devenit 1556.

Catholicis anno 1673 restituta erat.

Anno 1693. Ecclesia ampla tota fornice obducta, quem sex lapideae columnae fulciunt. Altaria 13. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus ligneus velo contextus. Altaria 9. Calices 4 antiqui operis. Casulae 8. etc.

Anno 1712. Mich. Baumann, par., Ord. S. Pauli primi Eremitae sacerdos annorum 36., Administrator parochiae 8 annis, in Scepusio 25 annis. Libris idoneis et necessariis fuit instructus et bene provisus, cum suis Patribus Bibliothecam habens. Catholici 809. Aug. Conf. 1692. Calvini 3. „Peste proxime praeterita mortui 1662.“

Ecclesia ampla. A quo et quali dote fundata fuerit nil constat. Literalia documenta et Protocola per haereticos ablata sunt; dos supressa fuit quando Hussitae Ecclesias in Scepusio occuparunt circa annum 1554. Epitaphia sumptuosa uti et Leutschoviae parietibus affixa erant diversorum Magnatum, Nobilium et Civium. „Monstrantia penes hanc Ecclesiam nulla erat, quam tamen olim, fuisse nullum dubium est, quae tempore grassantis dirae et perfidae haeresis, quo ultra saeculum Ecclesias possedissent, periisse creditur.“ „Locus est, seu Tabernaculum, uti in Leutschoviensi Ecclesia ad latus summi altaris sumptuosum eximii operis lapidei pro maiori Monstrantia exstructum.“

„Missae semper et quotidie tam in maiori templo, qua Slavonica Ecclesia (quae ad RR. PP. pertinet) debita cum reverentia celebrantur.“ „Stipendium pro Missis nullum; pauci sunt enim hic inter Lutheranos degentes, qui constituerent legendas.“ — Taxam stolarem dant iuxta placitum. Praedicantibus per Imperiales, aureos, nostris quantum volunt. Si tamen dant, a Baptismate et Introductione per 12 den.; a funere 60 et sicut conveniri potest; a denunciationibus et Copulatione fl. 1; a concione funebri et funeribus ditiorum civium, aut aliorum Dominorum per Imperialem unum.“ — „A funeribus medietatem offertorii debent (Protestantes) tribuere parocho Catholico, ex quo secundum Contractum coram Comissariis factum, admittere debent parochum Catholicum pro comitiva demortui usque ad portam civitatis — in exequiis suorum Lutheranorum.“

„Késmark fuisse duplicem civitatem unam Maiorem alteram Minorem appellatam. Maior pro se, Mi-

nor ad arcem pertinebat. In arce sumptuosa Capella a Stephano Tököly lutherano, more Catholicorum aedificata, uti et altare, taliter exornatum cum pluribus Sanctorum statuis."

Anno 1903. in matre Cath. 2569. Gr. Ritus 137. Aug. Conf. 1469. Jud. 788. Schol· 545. — In filiabus: 1. Rokusz. Cath. 297. Gr. Rit. 6. Aug. Conf. 368. Jud. 14. Schol. 52. — 2. Nagy-Őr (Nerer) Cathol. 275. Gr. Ritus 36. Aug. Conf. 132. Jud. 38. Scholar. 65. — 3. Keresztfalva Cathol. 386. Gr. Ritus 6. Aug. Conf. 79. Jud. 20. Scholar. 57. — 4. Forberg. Cathol. 60. Aug. Conf. 235. Jud. 3. Schol. 7. — Kis-Szalók. Cath. 425. Gr. Rit. 25. Aug. Conf. 11. Jud. 3. Schol. 48.

1389. **Szepes-Teplicz.** Parochia exstitit ante annum 1389.

Ecclesia „antiqua" quo anno per Novatores occupata fuerit nescitur.

Catholicis anno 1673. restituta fuerit.

Anno 1693. Ecclesia antiqua ex integro fornice obducta erat.

Anno 1712. Ecclesia una cum turri et Sacristia murata „fundata fuisse a Religiosis et quidem ut asseritur a Templariis. Anno 1712, cistis repleta erat. Habuit 4 altaria. Calices 2. Ciborium 1. Portatile 1. Campanas 3 etc. Parochus: Andr. Csajkovicz, Decanus districtualis, Baccalaureus formatus, pro suprema laurea candidatus. Sacerdos annorum 9, loci parochus in annum tertium. Animae Catholicae 42. Lutheranae 277. Parochus ex Chartopaea annue percepit chartae libros tres. Domus parochialis in statu commodo ex ligno aedificata erat. Habuit filiales: *Menguszfalvam,*

Batiszfalvam et Stolam „sine" Ecclesia. — Ecclesia filialis *Batiszfalvae*, olim „Abbatis villa" nominata, antea Parochia erat, numeravitque anno 1712. animas Catholicas 24. Lutheranas 216. Locus Articularis. Rector Scholae Elias Gigant, Lutheranus. — In filiali *Mengusz Ecclesia* murata in misero statu. Sanctuarium fornice obductum, navis ecclesiae tabulato provisa. Ecclesia cistis ac scrinis repleta. Animae universim 180, ex quibus nonnisi *unus* erat Catholicus. — In filiali *Stola* animae Catholicae duae. Lutheranae 30. — (Confer. Batizfalu).

1391. **Káposztafalva** in Scepusio. Parochia pridem ante 1391. exstitit.

Bonifacius IX. Papa die 19. Januarii 1391. „ut capella *beate Barbare* in cimiterio parochialis ecclesi*e* sancti Laurentii *de villa Compositi* (= Káposztafalva) congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in dict*e* S. Barbar*ae* festivitate et Dedicatione ipsius capell*e*, pr*e*fatam Capellam visitaverint aut cimeterium, et ad eius fabricam manus adiutrices porrexerint — — — duos annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis" in forma indulgentiarum relaxavit. (Cfr. Mon. Vat. S. I. Tom. III. folio 130).

Templi oppidi *Káposztafalva* sanctuarium, cooperante Stephano comite Csáky, post annum 1638. rediit ad Catholicos. (Hist. Dipl. folio 25).

Anno 1693. Eccl. tota fornice obducta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum statuis. Baptisterium integre cupreum Monstrantia per comitem Ste-

phan. Csáky ad arcem Scepus. translata. Altaria 4. Calices 4. In Sanctuario parieti affixum organum etc.

Anno 1712. Ecclesia cum turri et sacristia murata, tota fornice obducta, qui una fulcitur columna. Parochus loci Guardianus Quintoforensis, Administrator Stephan. Salgovicz, sacerdos 7 annis, Administra- annis tribus. — Animae Cath. 74. Lutheranae 204. — Anno 1712. proventus par. applicitus erat in subsidium Leuchoviensis Conventus. Rector Scholae Math. Jedlovszky, lutheranus.

Anno 1903. Cath. 1195. Gr. Ritus Aug. Conf. 6. Jud. 19. Schol. 185. — In filiali *Bethlenfalva* Cathol. 375. Aug. Confess. 4. Jud. 12. Scholar. 30. (Confer. Vidernik.)

1397. **Polyanócz** in Scepusio. Parochia ante annum 1397. exstitit.

Catholicis 1638. restituta.

Anno 1693. Eccl. B. V. M. dicata. Ad frontispicium Crucifixus cum statuis. Baptisterium lapideum in medio Ecclesiae positum.

Anno 1712. Ecclesia murata parva cum turri nova, Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato obducta. Parochus: Dominicus Fabricius, Sacerdos unius anni, et trium mensium, parochus in 4-tum mensem. Animae Catholicae 60. Aug. Conf. tres. Habet tres filiales utpote: Harakócz. Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato provisa. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus ligneus. Ex tabulato pendens ferreum Candelabrum. — Anno 1712. Venerabile Sacramentum et Sacri liquores ex matre adferebantur.

— Animae Catholicae 50. Aug. Conf. 1. — *Korotnok.* Anno 1693. Rector Scholae titulo salarii habuit fl. 1. et 59 den. — Anno 1712. animae Catholicae 30. — *Felső-Szalók.* Anno 1693. Ecclesia parva funditus lignea. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus cum statuis B. V. M. et Joan. Evang. Ex tabulato pendens ferreum Candelabrum. Baptisterium lapideum. — Anno 1712. Ecclesia lignea ruinam minans. Filialis Ecclesiae Polyanócz. Eccl. ante annos circiter 80 (1632) aedificata ad titulum paupertatis, siquidem nullam certam dotem habuit. Animae Catholicae 20, Aug. Confes. 40. (Cfr. Felső-Szalók).

Anno 1903. *in matre* Cath. 303. Gr. Rit. 8. Aug. Conf. 1. Jud. 8. Scholares 36. In filiali: *Korotnok.* Cath. 114. Jud. 3. Schol. 6.

1400. **Komjátna** in Liptó. Parochia ante an. 1400. exstitit.

Catholicis 1673. restituta erat.

Anno 1903. Cath. 745. Aug. Conf. 1. Jud. 3. Schol. 114 et in filialibus universim Cath. 839.

1400 **Richwald** in Scepusio. Parochia ante annum 1400. floruit.

Anno 1693. Eccl. tota fornice obducta. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus. „Monstrantia nova argentea, pro nunc apud PP. piaristas Podolini per communitatem loci in Imperialibus Talleris 100 opignorata. Alia Monstrantia ex auricalco. — Casulae 8.

Anno 1712. Parochus: Stanislaus Mingalszky, polonus, sacerdos annorum 30. Loci parochus annis 25. Animae in hac parochia fuerunt 500 omnes Catholi

cae. In hoc loco nunquam fuit exercitium religionis lutheranicum. Parochus semper habitavit in Richwald habens filiales: Haligocz, Relov et Hagi.

Anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto asservata fuit Canonica Visitatio Ecclesiae et parochiae in Richwald.

Anno 1693. habuit Eccl. Richwald filiales: Haligocz, Haghi et Relov. In Relov campanile ligneum, in Haligocz et Haghi nullum ecclesiasticum aedificium.

Anno 1903 *in matre* Cath. 675. Gr. Ritus 10. Jud. 24. Scholares 158. — In filiali *Havka.* Catholic. 133. Schol. 34.

1424. **Szepes-Tótfalu.** Parochia exstitit pridem ante annum 1424.

Catholicis 1673. restituta.

Anno 1693. Ecclesia integre fornice obducta. „In parte sinistra Ecclesiae ad altare S. Nicolai est Capella, in qua reponitur altare Resurrectionis Domini. Organum in Choro. In medio templi Baptisterium. Horologium in turri. Conservatorium in muro excavatum cum ferrea portula.“ Altaria 2. Pensile candelabrum ligneum. Missalia 2. Breviarium 1 antiquissimum. Casulae 3, quartam habuit Egr. David Matyasovszky prae manibus suis. Campanae 3. etc.

Anno 1712. Ecclesia tota fornice obducta. Horologium in Turri destructum. Parochus: Matthaeus Preys, sacerdos annorum 17, loci parochus in annum quartum. Animae Catholicae 329, Lutheranae 108. Anno 1903. Cathol. 355. Aug. Confess. 119. Jud. 105. Schol. 128. — In filiali *Viborna.* Ecclesia cum Turri e

solido materiali. Sanctuarium fornice obductum sed totum quantum ruinae proximum. — Animae Cath. 39, Lutheranae 172.

Anno 1903. Cath. 132, Luth. 290. Jud. 8. Schol. 30. — In filiali *Krig*, Ecclesia murata. Anno 1712. Animae Catholicae 70. Luther. 47. Anno 1903. Cath. 150. Luth. 116. Schol. 28.

1464. **Liptó-Szent-Miklós,** oppidum. Antiqua Parochia exstitit pridem ante annum 1464.

Supponitur in manibus Protestantium fuisse.

Anno 1903. Catholic. 833. Aug. Conf. 1176. Jud. 1060. Schol. 41. In filiali *Verbicze* Cath. 185. August. Conf. 1695. Jud. 34. Schol. 23 et *Andrásfalva* Cathol. 138. Aug. Conf. 340. Jud. 22. Schol. 11. etc.

1502. **Bussócz,** in Scepusio, parochia *pridem ante a. 1502. floruit.*

Catholicis anno 1673. restituta.

„Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum statuis. Ad cornu Evangelii maioris altaris in pariete excavatum erat conservatorium pro ven. Sacramento ferrea portula cinctum. Calices argentei Nro 2., quorum unus apud Praedicantem loci habetur.“ Altaria 3. Campanae 3.

Anno 1712. Ecclesia lapidea cum turri, tota fornice obducta, rupturas tamen habens in muris. Altaria 4 omnia violata. Altare maius instructum reliqua omnia neglecta. Habuit Calices 2 Casulas 5. Missalia 2. Tympanum 1.

Parochus Paulus Hunyadszky, sacerdos an. 8. loci parochus in annum primum.

Ecclesia Bussócz ob tenues proventus anno 1712. fuit filialis Maldur, — ubi parochus habitavit. (Confer. Topporcz).

In Bussócz anno 1712. erant Catholic. 50. Luther. 250.

Anno 1903. Cath. 198. Aug. Conf. 270. Jud. 24. Schol. 29.

1502. **Szepes-Mindszent** (alias Bethania vel OO. SS.) Parochia circa annum 1502. erecta.

„Templum oppidi Mindszent in Scepusio, una cum parochia eiusdem proventibus, evangelico concionatore exesse iusso, per viduam Christoph. Thurzó ante annum 1638. Catholicis restitutum fuit.“ (Confer. Histor. Diplom. de statu Relig. Evang. in Hungaria A. D. MDCCX.)

Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta erat. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum statuis B. M. V. et S. Joan. Evang. Altaria 3. Maius altare novi operis, sat formosi laboris. Calix 1. Missalia 2. Agenda 1. Matricula 1.

Anno 1712. Ecclesia murata cum turri. Consecrata 1640. per Ladisl. Hosszutothy praeposit. Scepus. Altaria 3. Monstrantia argentea 1. Calix 1. Casulae 5. Portatile 1. etc. „Missae cum debita reverentia celebrantur, Stipendium earum ordinarium 36 den. sed raro.“ Stolaris proventus: a Baptismate 12 den., ab Introductione 12 den., post nuptias 12 den., pro funere senis sine concione 72 den., pro funere infantis 60 den., pro concione funebri fl. 1, pro singulis denunciationibus per den. 12, pro copulatione flor. 1, vel prout convenire potest iuxta facultatem hominum.“

Proventus parochi media Decima, altera medietas ad Custodem canonicum Capituli Scepus. spectavit.

Parochus loci Josephus Répássy. Sacerdos annorum 9. Loci parochus in annum tertium. Ecclesiasticus bonus, libris provisus sufficientibus. — Rector Scholae Catholicus.

„Animae Cath. quae sacra synaxi pascuntur 229 omnes Catholicae.

Anno 1903. Catholic. 588. Greci Ritus 1. Jud. 3. Schol. 87.

Ordzovján seu Ragyócz. 1683. Ecclesia parva. Sanctuarium fornice reliqua pars tabulato contecta. Altaria 3, maius simplicis operis. Calix 1. Ciborium 1. Pacificalia 2. Casulae 5. Missale 1. Breviarium antiquum 1. Campanae in turri 3.

Anno 1712. Ecclesia parva. Apparamenta vide 1693. Ecclesia cistis et scriniis repleta. — Jus patronatus penes Capit. Scepus. — „Domus parochialis exusta nisi fundus exstat desertus, ideo residet in Bethania, habens hunc locum pro filiali.“ Incolae nullum inter se patiuntur Haereticum.

Anno 1712. Animae Cath. 89. Gr. Rit. 12. Anno 1903. Cath. 289. Gr. Rit. 2.

Anno 1903. Cath. 289. Gr. Rit. 2. Aug. Conf. 1. Jud. 7. Schol. 36.

Pongráczfalu. Anno 1649. „In summum derogamen liberi exercitii Religionis Catholicorum illud quoque est, quod Catholicis non permittatur usus templi Pongráczfalvensis, cum tamen incolae loci sunt Catholici et nec illud aliquando Augustanae Confessionis Ministros possedisse probetur.“ (Hist. Dipl. Gravamina Catholicorum 1649. fol. 95.)

Ecclesia parva cum turri lapidea, cuius Sanctuarium fornice reliqua pars tabulato contecta. „Ecclesia Pongráczfalu propter avaritiam Dominorum Terrestrium anno 1712. caruit Parocho. Altaria 3. Calix unus etc. „Celebrat interdum hic et absolvit Divina unus e Dominis Canonicis aut aliquando Capellanus. — Incolae Slavi. Domus parochialis nulla. Schola nulla.

Anno 1712. Catholici universim 40.

Anno 1903. Cath. 130. Schol. 26.

Pongráczfalu actu est filialis ecclesiae Szepes-Mindszent.

1520. **Szepes-Görgő.** Parochia pridem ante 1520. exstitit.

Ad manus Novatorum devenit circa annum 1560

Catholicis anno 1673. restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta, per medium columnis lapideis 3. suffulta fuit. Altaria 4, maius veteris laboris. Calices 3. Casulae 7. Vela pro Monstrantia 2. Vela pro cooperienda statuta B. M. V. duo. Pocula argentea ab intus deaurata „Czapa Pohár" (sic) dicta 3. Candelabrum unum oblongum ante altare maius. Cathedra lignea, a parte sinistra Sanctuarii locata. Chorus in quo Organum fuit. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum statuis B. M. V. et Joannis Evang. In medio Ecclesiae Baptisterium lapideum, cum superficie lignea. Campanae in turri 3, quarta in turricula.

Anno 1712. Ecclesia cum turri murata, quae ante annos quatuor combusta fuit una cum Campanis. Restaurata per Franc. Görgey sen. expensis ter mille

flor. Profanata per hereticos, verum restituta fuit ante annos 32. Altaria habuit 3. Calices 3. Monstrantia 1. Organum 10 vocum. Campanae de novo fusae tres, minor quarta. Sedilia pulchri operis nova.

Görgő quae olim per se Parochia erat, anno 1712 fuit filialis Domány, quia aedes parochiales in Görgő erant desolatae, proventus tenuis, parochus subsistere non potúit.

Anno 1712. Cath. 180. Luth. 12. Ritus Graeci 12. Conversae personae circa 90.

Anno 1903. Catholic. 660. Luther. 8. Jud. 20. Schol. 75.

Filiales anno 1693. 1. *Domány*, Ecclesia tota fornice obducta per medium columnis lapideis tribus suffulta fuit. Habuit altaria quatuor, maius veteris laboris. Calicem 1. Ciborium 1. Casulae 6. Alba 3. Vexilla 5. Campanas in turri 4. Pocula argentea ab intus deaurata „Czapa Pohár" dicta 3.

Anno 1712. Domány parochia. Ecclesia tota fornice obducta, sacristia ruinam minatur. Habuit altaria 4. Organum novum vocum sex fl. 160. constans, reliqua apparamenta ut 1693.

Parochus Joannes Bilszky, slavus, Theologus, sacerdos annorum 19. Loci parochus 9 annorum. Ad canonicatum Scepus. promotus.

Anno 1712. Cathol. omnes 150 una foemina Lutherana extranea.

Anno 1903. Caholic. 551. Jud. 6. Schol. 62.

2. *Roskócz* Cathol. 103,

3. *Koncsan-Dolyán* Cath. 135. Schol. 14.

4. *Kolcsó* Cath. 352. Aug. Conf. 5. Schol. 56 etc.

1520. **Holló-Lomnicz** in Scepusio, annus erectionis incertus, exstitit 1520.

Ad manus Novatorum devenit circa annum 1570. Catholicis restituta erat anno 1673.

Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta. Altaria 2. Ad cornu Evangelii maioris altaris excavatum erat Conservatorium in pariete pro ven. Sacramento. Calices 3, quorum unum incolae Praedicanti tradiderunt in usum, ad seriam tamen admonitionem Visitatoris Dni Eppi Calicem restituerunt. Casulae 4. Alba 1. Strophiola acu picta 3. Ciborium ex auricalco. Missalia antiqua lacera 3. Campanae 3.

Anno 1712. Ecclesia murata tota sub fornice cum sacristia et Capella ad latus septemtrionale sine altari, per quandam Farkasianam Lutheranam pro sepultura sui et successorum suorum aedificata et cratibus ferreis a corpore templi reclusa. Altaria 2, tertium per hereticos destructum. Calices 3. Casulae 4. Vexilla 2. Missale unum. Portatile 1. Campanae 3. — Praedicans Joannes Hertellius, licet locus non sit articularis, „lutherica exercitia peragit.“ Proventus parochi est decima frugum omnium — sat exigua. Stola parva vix flor. 15 importans.

Fuit in territorio possessionis Holló-Lomnicz campus aureus Toporcsik dictus ex quo proveniens Decima parocho loci debebatur, pro qua ad Capitulum (Scepus.) Lectori census annuus fl. 12. Hungaricalium, solvebatur.

Parochus Balthasarus Kanyorszky balbutiens quidem, sed concionator non contemnendus. Sacerdos ann. 13, loci parochus 3-bus annis.

Habuit filialem:

Jurske seu Villam S. Georgii. Anno 1693. Eccl. Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta erat. Altaria 3 antiqua. Lateralia duo penitus attrita. Casulae attritae 2. Alba 1. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus ligneus. Campanae 3. — Proventus parochi decima omnium frugum. Pullos percepit ab incolis, ob quarum perceptionem tauros communitatis hiemavit. Item pro aedificatione seu reparatione domus parochialis tenebatur parochus singulis annis erogare fl. 2, ideo quia parochiani gremiales parocho fruges convexerunt.

Anno 1712. Ecclesia ut 1693. Altaria 3, omnia violata. Clenodia absolute nulla. Calix staneus. Flasco staneus 1. Casulae 2 attritae. Campanae 3. Regestrum, in quo debitores Ecclesiae praenotati fuerunt, deperditum fuit. — Proventus parochi ut 1693. Stola exigua. Domus parochialis lignea. — Rector Scholae Blasius Joannides apostata erat, quem Visitator, nisi ad meliorem frugem redierit amovendum esse mandavit.

Anno 1712. in Holló-Lomnicz Cath. 20. Gr. Ritus 1. Aug. Conf. 390.

Anno 1903. Cathol. 20. Luth. 653. Gr. Ritus 6. Jud. 28. Schol. 20.

In filiali Jurszke, 1712. Cath. nec unus. Gr. Rit. 22. Luth. 75.

Anno 1903. Cathol. 170. Gr. Rit. 52. Aug. Conf. 129. Jud. 6. Schol. 48.

1520. **Kubach** in Scepusio. Antiqua parochia annus erectionis incertus, exstitit 1520.

Catholicis 1673. restituta.

Anno 1693. Ecclesia murata, sanctuarium fornice reliqua pars tabulato contecta.

Altaria 3. Casulae 2. Vexilla 2. Campanae 4.

Anno 1712. Ecclesia cum turri murata. Altaria 2. Casula 1. Vexilla 4. Campanae 4. — Ecclesia una cum pago 1706. combusta.

Parochus Albertus Siserovicz, polonus, sacerdos 5 annorum, parochus in an. 2-dum.

Anno 1712 Cath. 66. Luth. 256. infantes 175.

Anno 1903. Cath. 1702. August. Confess. 3. Jud. 11. Schol. 221.

Filiales: *Kravján.* Anno 1693. Ecclesia murata. Supra tectum Sanctuarii Campana 1. In frontispicio Sanctuarii Crucifixus cum consvetis statuis conspiciebatur. Altaria 3. Calix 1. Casula 1. Campanae in Campanili ligneo 2.

Anno 1712. Ecclesia murata cum campanili ligneo in Coemeterio. Altaria 3, maius instructum, duo lateralia desolata. Calix 1. Casula 1. Vexilla 2. Portatile nullum. Positivum unum, constitit 36 fl. Ecclesia cistis repleta erat.

Rector Scholae Georgius Molitoris, lutheranus.

Anno 1712. Animae Catholicae 30. Luther. 84.

Anno 1903. Cathol. 693. Aug. Confess. 2. Jud. 4. Schol. 84.

Vikartócz. Anno 1693. Ecclesia murata. Sanctuarium Ecclesiae fornice, reliqua pars tabulato contecta. Tota Ecclesia cistis rusticorum repleta. Altaria 3. Calix 1. quem Kuruczones abstulerunt. Casula antiqua rubra 1. Campanae 4.

Anno 1712. Ecclesia ruinam minans. Altaria 4, maius instructum, reliqua 3 lateralia nuda, ruinata, olim combusta per Lutheranos, omnia violata. Missale 1. Positivum destructum. Campanae 4. Ecclesia cistis ac scriniis repleta fuit inferius et supra pinnaculum.

Animae Catholicae 109. Luth. 70.

Anno 1903. Cath. 1593. Jud. 7. Schol. 187.

Teplicska. Ecclesia lignea anno 1706. aedificata. Benedicta per Steph. Loviskovicz Custodem Canonic. Scepus. die 2. Nov. 1712. occasione Visitationis Ecclesiarum. Altare unum sculptum, pictum et deauratum. Casula 1. Campana. 1.

Anno 1712. Animae Cath. 97. Luth. 47.

Anno 1903. Cath. 1831. Aug. Conf. 6. Jud. 12. Schol. 240.

1520. **Lethánfalu** in Scepusio. Una ex antiquissimis parochiis. Annus erectionis incertus; — exstitit pridem ante annum 1520.

Anno 1693. Ecclesia murata. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Ecclesia etc. „fundata erat per aliquos comites Icl. Camerae Scepus. in hocce Dominio suam sedem habentes. Consecrata vero — ut fertur — per quemdam Archi-Eppum Strigoniensem ante sexcentos annos.“ — Altaria 3. Cathedra lignea infra quam altare S. Annae antiquissimum ex tabulis constans. Calix 1. Ciborium et Monstrantia ex argento. Portatile 1. Casulae 5. Vexilla 6. Vasculum cupreum pro aqua benedicta. Ferrum pro pinsendis hostiis et pro scindendis particulis.

Anno 1712. Ecclesia murata. Altaria 4, — quartum desolatum, omnia violata. Calix, Ciborium et

Monstrantia argentea. Casulae 5. Missalia 2, Portatile 1. Organum novum 112 Imperialium. — Ecclesia habuit pratum a quo titulo arendae pendi solebant annue duae librae cerae. — Domus parochialis lignea. — Decima fuit Prapositi et Capituli Scepus. Stola ordinaria exigua. Parochus Steph. Koterbakovicz, sacerdos 36 ann., parochus loci 12 annis. Animae Cath. 200. Lutheranae 11. Conversae Lethanfalvae et in filiabus Hadusfalu, etc. 90. — *Tamásfalva* 1693. Ecclesia filialis ad Lethanfalvam. Anno 1712. animae omnes Catholicae 60. — In *Arnoldfalu*. Anno 1693. Ecclesia antiqua et ruinae ob rupturam murorum proxima, ex integro fornice obducta. Habuit altare „ad latus sinistrum infra portam Sacristiae antiquissimum ex tabulis parvis compactum, in quibus picta est imago B. V. M.“ Pixis cuprea loco Ciborii. 5 Missalia. Indusia pro ministrantibus pueris etc. Singulis Dominicis sic dicta „Offertoria Tabularia“ in usu fuerunt. — „Quando venit cum Divinis habet prandium parochus ab incolis, modernus (1693) convenit cum ipsis pro prandio in fl. 8.“ — Anno 1712. Eccl. desolata. Animae omnes Catholicae 50. — In filiali *Janocz* 1712 animae Catholicae una cum dictis filiabus 723. Lutheranae 30. „Ecclesia fuit olim violata per occisionem duorum rebellium, sed ex post reconciliata.“

Ad Ecclesiam Lethanfalvensem 1712 spectavit praeterea Machalfalva, Csontfalva et Hadusfalva sine Ecclesiis.

Anno 1903. Lenthánfalu. Catholic. 827. Jud. 10. Schol. 128. In filialibus *Hadusfalu*. Cathol. 142. Aug. Conf. 5. Schol. 10. *Arnóthfalu*. Cathol. 209. Schol. 27.

Tamásfalu. Cath. 368. Jud. 5. Schol. 96. *Curia Tybe* 28. Jud. 7. Schol. 5. etc.

Jánócz. Anno 1693. parochia erat. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta. Habuit 3 altaria, maius novi operis. Tabernaculum in altari, super quod parvus Crucifixus erat. Altare S. Nicolai antiquissimum. Cathedra nova lignea, statuis quatuor Evangelistarum exposita. Campanae 2. Portatile 1. Praeter proventus ex tabulario offertorio et apibus habuit agros 40 cubulorum seminaturae capaces. Medietas fructuum ex his agris — iuxta decisionem seriei Visitationis Ecclesiarum Scepusiacarum in Anno Domini 1655 peractae, cedere debuit Parocho loci, et alia medietas Ecclesiae, quod tamen absolute negarunt incolae, totum fructum ex dictis agris competere Ecclesiae asserentes.

Anno 1712. Jánócz filialis Ecclesiae Lethanfalvensis. Ecclesia murata cum turri in bono statu. Altaria 3. Maius altare B. V. M. novum, Calix 1. Ciborium 1. Casulae 5. Portatile 1 aliud sublatum. Positivum 80 Imperialium. Campanae 2. — Ecclesia fuit olim violata per occisionem duorum rebellium, sed ex post reconciliata. — Domus parochialis nulla.

Anno 1712. Cath. 313. Luth. 11. Conversi 95.

Anno 1903. Cath. 239. Jud. 7. Schol. 52.

1520. **Liszkofalva** in Liptó. Annus erectionis incertus.

Per Novatores 1550. occupata.

Catholicis anno 1672. restituta.

Anno 1903. Cathol. 1448. Aug. Conf. 260. Jud. 13. Schol. 166.

1520. **Lucsivna** in Scepusio. Annus erectionis parochiae incertus. Viguit anno 1520.

Catholicis anno 1675. restituta.

Anno 1688. fuit Lucsivnae „Discretus vir **Nicolaus Bárány Licentiatus.**“ (Arch. Regn. Scepus. Prot. 1685. folio 277.)

Anno 1693. Ecclesia tabulato contecta, cistis incolarum repleta. Maius altare antiquissimum. Inferior „Sonava“ spectavit ad Lucsivnam. Quavis 3-ia Dominica divina peregit parochus, habuit prandium vel loco eius flor. unum, ex quo Ludi magistro 26 den. cessit.

Anno 1712. Ecclesia lapidea cum turri. Altaria 3, quorum maius instructum et alia duo una cum Baptisterio funditus eversa et violata erant per haereticos. Calix 1. Casulae 2. Ecclesia repleta scriniis. Parochus Joannes Ignatius Balazowicz, sacerdos in annum secundum similiter et parochus in ann. 2. Animae Catholicae 15. Lutheranae 135. Infantum 100. In filiali *Inferior Sonawa* sine Ecclesia animae Catholicae 13. Lutheranae 75.

Actu habitat parochus in filiali Alsó-Sunyava.

Anno 1903. in matre Lucsivna Cathol. 140. Gr. Rit. 2. Aug. Conf. 306. Jud. 12. Schol. 21. In filialibus: Alsó-Sunyava Cathol. 772. Aug. Conf. 3. Jud. 8. Schol. 98 et in Felső-Sunyava Cath. 610. Aug. Conf. 3. Jud. 4. Scholar. 84.

1520. **Námesztó** oppidum in Árva. Per comitem Georgium Thurzó 1612. pro matre Ecclesia declarata.

Primus parochus *Joannes Neborinus*, totam communitatem cui 34 annis praefuit, ad Lutheranismum

pertraxit. Sequens parochus *Stephanus Boczko Vermacensis.* Anno 1646. communitatem fidei Catholicae restituit.

Anno 1672. Ecclesia etc. ad possessionem Catholicorum devenit.

Anno 1903. Cath. 1683. Aug. Conf. 2. Jud. 405 Schol. 149.

1520. **Szlatvin** in Scepusio. Annus erectionis incertus, — exstitit pridem ante a. 1520.

Anno 1693. Ecclesia antiqua. Cathedra satis commoda. Confessionale propter altare maius in propatulo locatum erat. Altaria 4. Calix 1. Casula 1 variegati coloris lacera. Missale Romanum. Crux antiqua pro funeribus. Campanae 3. Tintinabula 3. etc.

Anno 1712. Ecclesia cum turri solida bene fundata et murata. Habuit librum Baptisatorum, Copulatorum etc. et „alios certos libros“ in libro Ecclesiae annotatos. Ecclesia cum Sanctuario fornice obducta munda erat, altaria quoque munde instructa. Calix 1. Casulae 3. Pluviale sericeum. Superpelicea 4. Antipendia duo picta pro altari cum Tobaliis. — Parochialis domus vetus, tectum lacerum. Pomarium pulchrum penes parochiam situatum. Decima quam Parochus percepit effecit 70 cruces. — Scholae rector Paulus Konkolay Catholicus.

Parochus: Adamus Szolcsány. Sacerdos annorum 39. Loci parochus in annum secundum. Animae omnes Catholicae 60. In filiali *Voikócz* sine Ecclesia 64 animae Catholicae.

Anno 1903. in Szlatvin Cath. 246. Jud. 3. Schol. 36; — in filiali Vojkfalva (Vojkócz) Cath. 294. Jud. 3. Schol. 44.

1520. **Szepes-Sümegh.** Annus erectionis Ecclesiae ac Parochiae incertus.

Exstitit pridem ante annum 1520.

Catholicis anno 1673. restituta.

Anno 1693. Ecclesia tota fornice obducta erat. Fornicem columna lapidea sustentabat. Altare maius antiquissimi laboris. Chori duarum contignationum. Chorus separatus pro Cantoribus et Positivo erat. Casula rubri coloris. Alba 1. Antipendia 5.

Anno 1712. Ecclesia tota fornice obducta una cum turri e solido materiali constructa. Calix 1. argenteus et Casula 1 rubra cum Stola, Manipulo, Alba, Humerali et Cingulo. Campanae 3. Portatile 1. etc. Ecclesia fuit misere provisa.

Parochus: Constantinus Maria Allemann Ord. Servorum B. M. V. sacerdos annorum 21. Loci parochus in annum primum.

Animae universim 100 ex quibus Catholicae 15, Aug. Conf. 85.

Anno 1903. Cath. 1083. Gr. Ritus 7. Aug. Conf. 85. Jud. 34.

Anno 1712. Szepes-Sümegh habuit 3 filiales:

1. *Pálmafalu* (Harikócz, hodie 1903 parochia) Ecclesia anno 1693 e solido materiali constructa. Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato contecta. Altaria 4 totaliter destructa.

Anno 1712. Ecclesia ut 1693., per hereticos quondam devastata.

Incolae omnes Germani. Domus Parochialis desolata.

Parochus, qui in Szepes-Sümegh. Const. Allemann Servita, oriendus et Alsatia, Ruffacensis, filius provinciae Romanae ad S. Marcellum. Rector Scholae Lutheranus.

Anno 1712. Cathol. 15. Luth. 116.

Anno 1903 Cathol. 730. Aug. Conf. 4. Jud. 14. Schol. 150.

2. *Illyésfalva.* Anno 1693. Ecclesia nimis ex omnibus partibus ruinata. Altaria habuit 4. Casulam unam antiquam sine Stola et Manipulo. Portatile 1. Campanas 3 ex quibus una fracta fuit. Ecclesia nullos proventus habuit, praeter Offertoria Tabularia.

Anno 1712. Ecclesia murata cum turri et Sacristia. Ruinam minatur. Altaria 4. Maius novum B. M. V. Calix cupreus 1. inauratus. Casula 1. Alba 1. Campanae 2. Ecclesia misere provisa, Domus parochialis erat diruta.

Anno 1712. Cath. 5. Luth. 29.

Anno 1903. Cath. 425. Aug. Conf. 182. Jud. 7.

3. *Kuriman* (Villa S. Quirini). Anno 1693. Ecclesia ruinae proxima. Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulato foraminoso obducta. Altaria 3. Candelabra 2. Campanae 2. Maiora Candelabra oblonga 2. In reliquo nulla alia apparamenta habuit.

Proventus Parochi per annum fuerunt fl. 16, quos a communitate percepit.

Anno 1712. Ecclesia parva ruinae proxima. Altaria habuit 3, violata, desolata et neglecta. „Haec Ecclesia est vetustissima ex primis Ecclesiis Scepusiensibus et a S. Quirino Eppo fundatam esse traditur. Apparamenta nulla. Campana 1. Proventus Parochi fuerunt flor. 6 hung., quos a communitate percepit Schola nulla fuit. Pagus miser. Domus Parochialis nulla.

Anno 1712. Catholic. 15. Luther. 9.
Anno 1903. Catholic. 190. Scholares 27.

1520. **Szepes-Véghely** (Grenicz). Annus erectionis incertus, floruit 1520.

Fuit in manibus Protestantium, Catholicis restituta erat anno 1673.

Anno 1693. fuit filialis Ecclesiae Savnik (pagus) Ecclesia antiqua. Sanctuarium fornice. reliqua pars Tabulato contecta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Maius altare antiquum, in cuius medio S. Martini picta imago, inferius Tabernaculum erat. Crucifixus parvus. Cathedra simplex etc. Calicem non habuit. In turri horologium. Organum in parvo choro destructum. Campanae 3. Incolae in templo cistas suas, tenent, solvunt singulis dimidiis annis a singula cista 12 den. „Extranei accolae dum faciunt seu conducunt lignationem in silvis Greniczensibus, redimunt singulum par iumentorum 60 den., qui denarii cedunt pro Ecclesia."

Anno 1712. Ecclesia ut 1693. Altaria 4. Ecclesia profanata, iterum reconciliata fuit. Casulae 3. Albae 2. Organum. Campanae ?; Horologium in turri destructum. Ad proventus Ecclesiae spectavit „si quae sessiones desertae factae fuerunt, in pago eorumdem hortos, qui usuavit, solvit Ecclesiae 30 vel adminus 24 denarios." A cistis et scriniis singulo dimidio anno per 12 den. solutum fuit.

Domus parochialis nulla erat, sed tantum fundus pro aedificio parochiali exstruendo.

Parochus qui in Savnik. Proventus parochi trigesima omnium frugum, lini vero decima. Habuit a colono integrae sessionis gallinam unam, ab inquilino quatuor polturas, aut duarum dierum labores in aestate parocho praestandos. Subinquilinus ad medietatem praefatorum tenebatur.

Rector Scholae Michael Forgach lutheranus „iuvenes procul dubio more lutheranorum instruit."

„Et quia pulsus matutinus non dabatur pro oratione, demandatum fuit, ut detur, — neque vero etiam contra tempestatem, — rationem (incolae) dixerunt ex eo non fieri, quod Campana nulla esset benedicta."

Anno 1712. Catholic. 42. Luth. 234.

Anno 1903. Cathol. 1152. Gr. Ritus 8. Aug. Conf. 164. Jud. 29. Schol. 157.

1520. **Vidernik** in Scepusio. Annus erectionis parochiae incertus, exstitit pridem ante annum 1520.

Catholicis restituta 1673.

Anno 1693. Ecclesia per totum fornicem obducta. Ad frontispicium Crucifixus cum duabus statuis. Habuit altaria 3. Calicem 1. cum patena, qui in 7 fl. in pignore apud Kratler fuit. Casulam 1. Albam 1. Baptisterium lapideum cum cooperculo ligneo.

Anno 1712. Habuit Ecclesiam cum turri muratam. Calicem 1. Casulam 1. quae ex parte altera inversa nigra erat. Caruit Missali, Portatili, Rituali. Monstrantia, Ciborio etc. quae omnia tempore rebellionis direpta fuerunt.

Parochus: Georgius Janovicz, sacerdos, parochus in annum secundum.

Stolae taxa ordinaria.

Domus parochialis fuit in statu misero.

Praedicans in communitate nullus, nihilominus parochiani — Lutherani — furtive et nocturnis horis apud praedicantes suos alibi degentes Confessiones frequentarunt.

Rector Scholae Catholicus.

Anno 1712. Animae, exceptis infantibus, erant 53. ex quibus Cath. 9.

Anno 1903. Cath. 337. Gr. Rit. 1. Aug. Conf. 4. Jud. 2. Schol. 37.

Anno 1712. ad Vidernik spectavit *Bethlemfalva*. Habuit Ecclesiam e solido materiali sub fornice constructam et Turrim. Unum altare habuit integrum aliud S. Valentini et 3-ium B. M. V., quae per Adamum Szent-Iványi nobilem e fundamento diruta, statuaque B. M. V. in terram infossa fuit. — „Liber Ecclesiae" apud D. Szent-Iványi fuit, neoconversum et Ungvarini comorantem, apud quem et patena aurea fuit, et literaria instrumenta. Ecclesia, Missale, Portatile, Calicem etc. non habuit. Scriniis frumentariis nobilium adeo infecta fuit, ut divina ipsa peragi nequirent.

Ecclesia pauca apparamenta habuit. Domus parochialis misera lignea.

Bethlemfalva non fuit locus articularis, nihilominus nobiles qui a potiori parte haeretici erant, praedicantem induxerunt, ad Offa divina more Lutheranorum peragenda, ideo calicem Catholicis restituere noluerunt.

Hodie (1903.) Bethlehemfalva est filialis Ecclesiae Káposztafalvensis.

Anno 1712 numeravit 149 animas, ex quibus Catholicae 95 fuerunt.

Anno 1903. Cathol. 375. Aug. Conf. 4. Jud. 12. Scholar. 30.

Szepes-Jánosfalu (Jánócz) (Confer Lethánfalu).

1614. **Oravka** in Arva. Una ex antiquissimis parochiis in Árva. Annus erectionis incertus.

Anno 1614 per Protestantes occupata. Primus pastor Strezeniczky.

Catholicis sub Ferdinando III. anno 1650. restituta. Primus catholicus parochus *Magister Joannes Sczechowitth de Ratulov. Almae Universitatis Catholicorum Árvensium Parochus.* E mandato Ferdinandi III-tii, factus est Vice-Archi-Diaconus Árvaensis. Vir vere apostolicus et indefessus propagator religionis catholicae. Huic viro est in acceptis referendum, quod superior Árva ad religionem catholicam e protestantismo reversa sit. Vir hic incepit in Oravka varii Ordinis Missionarios intertenere, quos inde ad diversa loca in Árva fine propagandae religionis catholicae mittebat. Primitus sedem fixit Csimhovae, quae possessio illo tempore fuit proprietas nobilium Plathy de Nagy-Palugya; Michael Plathy dominum Csimhova Joanni Sczechowitth opignoravit in 200 aureis. Sczechovitth e Csimhova coepit operari. Post aliquot tempus Orawkam secessit, ubi actu (1903) existentem e ligno Ecclesiam struxit. — Nunc dicta Ecclesia habet tres Campanas, maior praesefert sequentem inscriptionem: „*Me Donavit Ferdinandus III. Imperator Romanorum die X. Aug. 1651.*" — Media Campana habet insculptam inscriptionem: „*Me Donavit Universis Catholicis Arvensibus Ferdinandus IV. Rex Huugariae, Bohemiae etc. 1652.*" Campana minima — quae anno 1806. Neosolii

refusa fuit — habet inscriptionem „*Donata a Ferdinando IV.*“ — Supradictae tres Campanae consecratae fuerunt a Luca Natali die 4-ta Augusti, anno 1714.

Sczechowitth de Ratulow obiit die 25-ta Maii, 1659. Sepultus in Ecclesia Oravkaensi.

Antiquum sigillum Ecclesiae sequentem exhibet circumscriptionem: „Sigillum Universitatis Cath(olicorum) Ecc(lesiae) S(ancti) Joa(nnis) Ba(ptistae) A Deserto In Oravca.“ In medio sculpta imago repraesentans Jesum prout a Joanne baptisatur.

Anno 1903. Catholici 798. Jud. 4. Schol. 113.

Nota. „M. Joaunes Sczechowitth de Ratulow Almae Universitatis Catholicorum (Arvens.) Parochus ac Vice-Archi-Diaconus“ in testamento suo, quod 1-ma Aprilis, 1659 condidit, plura commemorat, quae ad illustrandum aevum quo vixit, multum conferunt, qua propter liceat nobis brevibus quaedam hic attingere:

Sczechowitth fecit complures fundationes, ita: pro studiosis Neoforensibus; pro sacris per parochum Neoforensem persolvendis, adiecta hac conditione, quod si sacrum pro peccatis domus Sczechowitthianae celebrabitur „consules Neoforenses, qui eiusmodi sacra adornabunt sua praesentia, computando per grossos quinque et medium, annuatim florenos quatuor et duodecim grossos“ accipiant.

„Parocho Catholico Rabcensi pro tempore existenti et successoribus eius legitimis assigno alteram particulam Scultetiae in Cymhova — — — a qua singulis annis accipiet quinque imperiales a possessore praefatae particulae Rabcensis Parochus et dicet pro tempore triginta sacra per annum pro defunctis animabus Christianis fidelibus“ etc.

„Census quinque taleri proveniens a ducentis florenis Hungaricis, qui sunt inscripti supra domum et agris in Cymhova situatis, — — — cedet annuatim Parocho Cymchoviensi et dicet 30 sacra pro necessitate Regni huius et Statibus Regni (Hungariae) incolarum.“

„Successori legitimo Catholico relinquo Parochiam cum domibus, Campanatoris domo, item domo mansionistarum et domo Zacristae.“

E rebus ad oeconomiam pertinentibus successori legavit: „quatuor rotas cum iuncturis ad rotam, carectam cum falce, et alteram ad falcandum,“ mlotek babke ferramenta. Item Ahenium ad aquam, cribra, veru, craticula, ollas, patinas, cochlearia, camelas (pocula) et alia necessaria domestica.“

„Metretas (consipationem?) praeteriti anni (1658) imo et superiorum annorum, quia adhuc aliqui mihi nihil dederunt: ex Lipnicza utraque, ex Oraucis (sic), a Sub-Sarna, a Sub-Arkabus (sic) et toto Pekelnik semper in dictis Pagis accipiat Rector huius Ecclesiae suam partem Jacobus Mrazik; — Parochus antiquas metretas, quae profecto multae sunt — — — — polentae paratae (Halica, árpadara, vel hordeum tostum, maláta?) e Superiori Lipnica 7, in Zubryca 10, ex Oravka 12 metretas, ex Pekelnik 4-tuor metretas „a qua Polenta praeparata D. Parochus solvet et accipiet sibi.“

„Item curabit (Testamenti excutor) cum R. D. Borovicz illos 300 taleros, qui sunt retenti ab Illmo principe Archi-Eppo (Strigoniensi) restitui“ etc.

„Xenodochium sub cura D. Parochi habet suum seniorem, quem D. Parochus approbabit, infra et supra mansuinculas e quibus Xenodochio solvitur, et hortum, item quotiescunque quis veniet cum pane ad vendendum, secundum portionem panum debet ad Xenodochium dare, sic qui pultes, pruna, poma, salem, aut quodcunque comestibile habuerit.“

„Templum hoc ex ligno est aedificatum mendicatione parochi (Sczechowitth) et adiutorio quorumdam legatorum, habet Cimeterium ad Circumferentiam . . . Quidquid datur a campanis id in corbonam, hoc totum cedit in necessitates templi, quia talis fuit admonitio eatenus Suae Sacratissimae Caes. Regiaeque Mattis Ferdinandi Tertii, Quarti, et Leopoldi."

„Item ab officinis in quibus comestibilia non venduntur, cedi census aut dationes in templo."

„In Chymhova dantur omnia pertinentia ad Sacrum una cum universa Suppellectili."

„In Turdosin etiam omnia excepto calice, quem accepit ex Chymhova, Turdosini celebraturus apud Mathiam Kokos generosum Dnum."

„In Izdebna (sic) infra Nadfalum (sic) sunt omnia requisita, exceptis candelis, apud Dn. David."

„In Klinik Zakamenny (sic) sunt omnia requisita, quae ad sacrum utendum, quibus debeo florenos triginta polonicales, quos illis restituat Joannes Karpalskj, nam iste debet mihi 110 (flnos). Sepulturam idem absolvat."

„Collubium, Caligas, Calceos, tria indusia et pileum ex caudis Sabellinis etc. accipiat Joannes Gromkowai, qui in Capitulo Scepusiensi studet, „porro" ex exameto (pannus holosericeus) Collobium (tunica absque manicis), tibialia nigra et coturnos flavos, Sabellinum (Bunda), et Pallium de Vndulo."

Ex libris: Sacra Biblia in folio, Horologium Principum, Historiam Ecclesiasticam, Breviarium in quarto, Conciones funebrales Bachholdi, Fontani Dissertationes Theologicas et Philosophicas, Concionum libri duo manu propria (Sczechowitth) scripti etc. legavit praedictos libros Joanni Gromkawai sub conditione" si spiritualis (sacerdos) esse voluerit" — secus „isti libri adiungantur illis, qui iam sunt Cracoviae pro Alumnis Neoforiensibus."

Capitalia activa legavit Odrowanskj Simoni Baccalaureo Artium et Philosophiae Plebano Rabcensi, et Joanni Ratilonskj de eadem Artium Liberalium Magistro et Philosophiae Doctori, Parocho Fridmanensis (in cottu Scepus.) obsecrans eos, ut ultima voluntas eius rite exequatur. In Testamenti executores constituit supradictos Ratilonskj (fuit „praeceptor" Sczechowitth) et Odrowanskj (fuit condiscipulus Sczechowitth).

Subscriptio Testamenti sonat: „Anno 1659 die vero prima Aprilis in Parochia Sancti Joannis Baptistae a deserto Arvensi in Orawis M. Joannes Sczowic (sic) Almae Vniversitatis Cath. Arven. Parochus ac Vice-Archidiaconus ut supra mp."

In obversa parte ultimi folii Testamenti, propria manu Sczechowitth scripti caeterea inter sequentia adnotata reperiuntur: Ecclesiis Quacsanensi et Trium-Slac (in cottu Liptó) pro necessitatibus earumdem per 50 ulnas telae legavit. „Provisionales a Dno Tekeli de isto loco (Orawka) ubi templum et alia hic in Orawis sunt apud Notarium V. Capt. Scepusiensem, tantum ab ingrossatione illorum solvere (sic.)

Testamentum Sczechowitth, qui die 25. Maii 1659 obiit, die 30. Maii 1659 mediante Alberto Borowicz curatore animar. Catholicarum Locensi et Namestoviensi in cottu Arvensi, Joanni Pálfalvay Praeposito Scepusiensi approbatione exhibitum fuit. Pálfalvay, (Georgii Lippai Archi-Eppi Strigoniensis in Spiritualibus Vicarius) illud in duobus punctis, ut clausula approbationis sonat: „approbare non potuit," et quidem primo: ratione praetensorum tercentorum florenorum, quia teste quietantia defuncti, dicta summa pecuniae deposita fuit; et secundo ratione librorum siquidem secundum Decreta Synodalia provincialis Synodi anno Domini 1611. Tyrnaviae celebratae Cap. I. puncto 24 circa finem in Parochiis defunctorum Parochorum libri et sacra suppellex per praedictos (testamenti executores) pro usu sequentium

successorum Parochorum est conservanda. In aliis autem omnibus punctis et clausulis testamentum ratificavit et confirmavit Pálfalvay praepositus Scepus., recognoscente et subscribente ex mandato Praepositi Martino Szolcsány Eccl. Coll. Scepus. canonico et praementionati praepositi in Spiritualibus Vicario. (Confer. Archiv. Regnic. Szepeshely. Scrin. II, fasc. 4, nro 12. Originale Testamentum et supra pag. 521—524.)

1618. **Podvilk** in Arva. Parochia ante annum 1618. exstitit, quo anno a Lutheranis occupata erat.

Anno 1690 a matre Oravka avulsa, Filias accepit: Felső-Zubricza. Podsklé et Bukovina. Primus Catholicus parochus fuit *Joannes Kolsovich.*

Anno 1903. in Podvilk Cath. 532. Aug. Conf. 1. Jud. Schol. 290.

1628. **Thurdosin** oppidum in Árva.

Turdosin (Villa Superior) videtur cum Nizsna (Villa inferior) eadem fata habuisse. Parochia Thurdosin pridem ante annum 1628. exstitit. — Jam anno 1395. habuit templum et proprium Parochum (V. Péterfy Conc. II, 271). Tunc erat Thurdosin ditio ducis Opuliensis.

Primus verbi divini Minister fuit Casparus Koroda. Ante fores antiqui templi lignei in coemeterio tumulatus.

Ab anno 1646—1705. pastores cum parochis Catholicis in continua lucta erant.

Anno 1672. in historia domus continetur: 2-da Martii anno 1672, R. P. Ladislaus Lani Paulinus „legitimus Ecclesiae Turdossinensis parochus pro tempore“

Anno 1903. Cathol. 1787. Aug. Conf. 6. Helvet. Conf. 1. Jud. 324. Schol. 297.

1637. **Árva-Váralja,** (Subarx). Antiqua Parochia. Tempus erectionis circa an. 1637.

Sub Franc. Thurzó luteranis tradita. Primus verbi divini Minister Georgius Franoscius, (Silesita,) erat.

Ecclesia et Parochia anno 1672. Catholicis restituta. Primus Catholicus parochus Joannes Mariassy (9-a Octob. 1685), fuit Vice-Archi Diaconus Árvaensis.

Anno 1903. Catholici 167. Aug. Confes. 26. Jud. 12. Schol. 41.

1637. **Hybbe** in Liptó. Annus erectionis parochiae incertus.

Ecclesia et parochia pridem ante 1637. exstitit. Catholicis 1673. restituta.

„Hybbe cum Nagy-Paludja fuit Locus Articularis pro Protestantibus in Liptó.“

Anno 1903. Cathol. 255. Gr. Rit. 2. Aug. Confes. 1782. Jud. 44. Schol. 30.

1637. **Mátyásfalu** in Scepusio. Antiqua parochia. Annus erectionis incertus, exstitit pridem ante annum 1637.

Confer Kaczvin.

Anno 1693. Ecclesiae Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulis contecta. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus. Altaria 3. In choro organum. Apum alvearia 15. Offertorium tabulare. — Ecclesia Habuit Braxatorium.

Anno 1712. Ecclesia lapidea cum turri, Sanctuarium fornice, navis tabulis provisa. (Anno 1661. per

Stephanum Tököly reparata). Altaria 4. Apum alvearia 10.

Parochus: Mihael Borzeczky, polonus, doctrinae mediocris, sacerdos annorum 26, loci parochus 20 annis. Tempore pestis servivit et animam exposuit in quatuor vicinis parochiis, aliis parochis demortuis, aliis fugitivis. Eodem anno (1712) post obitum Stanislai Mengalszky promotus erat ad parochiam Richwald. Tempore pestis in Mátyásfalu et filiali Gibel (Hibel) mortui sunt 300. Animae in matre 343 et in filiali 146 omnes Catholicae.

Anno 1903 in Mátyásfalu Catholici 807. Jud. 18. Scholares 99. — In Gibel Catholic. 173. Judaei 5. Scholares 28.

Ex Hibel habuit parochus decimam frugum.

Ecclesiam ante 60 annos (1652) possederunt Lutherani. Familia Palocsay Ecclesiam Catholicis restituit. Incolae omnes paulo post Catholici facti sunt. Proventus parochi Decima exigua vix 50 Cruces efficiens. „Stola miserabilis."

1660. **Felső-Lapos** in Scepusio. Annus erectionis incertus. Exstitit pridem ante annum 1660.

Confer Kaczvin.

Anno 1693. Ecclesia funditus lignea. Altaria 3. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum Statuis. In choro positivum. Filiales: Lapsanka, Repiszko, et Csernahora.

Anno 1712. Ecclesia lignea. Altaria 3. (S. Nicolai novum). — Ecclesia olim per Ruthenos aedificata. Calices 2. Monstrantia argentea una, Casulae varii coloris 10. Organum. Campanae 3.

Parochus: Adalbertus Mentuszowszky polonus, sacerdos ann. 8, loci parochus annis tribus. Animae in Laps et adiunctis filialibus *Jurgowa*, *Lapsanka*, *Repiszko* et *Csernahora*, (tres posteriores sine Ecclesia), circiter 1000 erant, omnes Catholicae. In filiali *Jurgo* Eccl. lignea, aedificata a Jacobo Kesz sculteto, et Nicolao Mlinarz molitore.

In filiali *Jurgov*, hodie Parochia 1903. Cath. 806. Judaei 30. Schol. 114. *Kis-Lapos*, *(Lapsanka)* Cath. 482. Schol. 72. *Repiszko*, hodie filia *Jurgov*, Catholici 595. Schol. 112. *Csernahora*, hodie filia *Tribs*. Catholici 337. Schol. 121.

1660. **Lekcza** in Arva. Exstitit pridem ante an. 1660. Pertinet ad antiquas parochias in Arva.

Anno 1644. a Protestantibus occupata. Primus Verbi Divini Minister Elias Schretterius.

Catholicis 1690. restituta.

Anno 1903. Animae Catholicae 1101. Aug. Conf. 1. Schol. 214.

1674. **Dubova Colonorum** in Árva. Antiqua parochia. Exstitit pridem ante a. 1674.

Fuit in manibus Protestantium.

Anno 1692/3 Catholicus parochus fuit *Adalbertus Godaj*, qui antea in Nizsna parochum egit.

Anno 1903. Catholici 490. Schol. 110.

1689. **Árva-Nagyfalu.** Antiqua Parochia. Pridem ante annum 1689. exstitit.

Ultimus parochus catholicus 1554. erat Mich. Malczer, cuius successor Mich. Mokolchinus verbi divini Minister erat.

Ecclesia ab anno 1554—1709 fuit in manibus Protestantium.

Anno 1709. primus post Reformationem parochus Catholicus fuit *Georgius Balsanay*. Ecclesia, parochia etc. anno 1709. decreto Georgii Erdödy comitis Catholicis restituta fuit.

Anno 1903. Cath. 310. Aug. Conf. 710. Judaei 100. Schol. 52.

1692. **Nizsna** in Árva. Antiqua parochia. Annus erectionis incertus. Secundo erecta anno 1692.

Nizsna pridem ante reformationem habuit proprium catholicum parochum.

Quo anno per Lutheranos occupata fuerit nescitur. Primus Verbi Div. Minister fuit Georgius Philippi anno 1635.

Catholicis est restituta anno 1690. Primus catholicus parochus post restitutionem fuit *Adalbertus Godaj*, qui est Oravkae sepultus.

Anno 1903. Catholici 1211. Aug. Conf. 1. Judaei 39. Schol. 218.

1693. **Zdjár** in Scepusio. Parochia erecta anno 1693. (?).

Anno 1712. Zdjár ecclesiae parochialis Landek filialis erat. — Ecclesiola lignea parva. Altare unum. Campana una parva. Divina semel per mensem peragebantur. Domus parochialis nulla. Animae omnes Catholicae 111.

Anno 1903. Catholici 1325. Aug. Conf. 2. Judaei 18. Schol. 305.

1694. **Dovalló** in Liptó. Annus erectionis incertus. Secundo erecta 1694.

Aliquo tempore in manibus Protestantium fuit.

Restituta erat catholicis 1673.

Pribilina, antiqua parochia, actu filialis Dovalló. „Stephanus plebanus S. Catharinae in Pribina (= Pribilina) iuratus aestimavit suum beneficium ad marcam mediam, solvit VIII. grossos et IV denarios (Cfr. Mon. Vat. Hung. S. I. T. I. fol. 198. a. 1332—1337.)

Anno 1903, in Dovalló Catholici 250. Aug. Conf. 906. Graeci Ritus 2. Judaei 19. Schol. 39. In filiali *Pribilina* Catholici 87. Aug. Confes. 1623. Judaei 23. Schol. 20.

1698. **Kvacsán** in Liptó. Annus erectionis incertus. Pridem ante annum 1698. exstitit.

Fuit in manibus Protestantium.

Restituta 1628.

Anno 1903. Catholici 408. Aug. Confes. 4. Scholares 54.

1699. **Felső-Szalók** in Scepusio. Antiqua parochia, exstitit 1690.

Anno 1693. Ecclesia parva funditus lignea. Altare unum simplex antiquum ex asseribus compactum, mysteriis passionis Domini depictum, in cuius medio Crucifixus conspiciebatur. — Ad introitum Sanctuarii Crucifixus cum Statuis. Campanae 3. Ex tabulato pendens Candelabrum ferreum. — Calix (1693) impignoratus Franc. Horvath in 40 finis.

Anno 1712. Eccl. lignea, tunc filialis Ecclesiae Polyankensis, ruinam minabatur. (Cfr. Polyanócz.)

Anno 1903. Catholici 638. Gr. Rit. 15. Aug. Conf. 1. Judaei 16. Schol. 105.

1718. **Alsó-Lapos** in Scepusio. Una ex antiquissimis parochiis. Pridem ante 1718. exstitit.

Catholicis 1640. restituta.

Anno 1693. Ecclesia usque Sanctuarium tabulis, ipsum autem Sanctuarium fornice obductum erat. Altaria 3. Maius antiqui operis. Ad introitum Sanctuarii Crucifixus cum Statuis. Pensilis Lampas ex lamina. Cathedra rubro panno obtecta. Calices duo. Casulae diversi coloris 10. — Parochus percepit decimam frugum omnium. Agnellorum, Gallinarum etc.

Anno 1712. Ecclesia murata. Sanctuarium fornice, reliqua pars tabulis contecta, 3 Altaria habens. „Sunt violata, hinc portatile substituitur.“ „Qui in Ecclesia sepelitur, pendit fl. unum.“ Altare S. Nicolai 1712. erectum. Monstrantia stannea inaurata. Ciborium ex aurichalco. Calices 2. Casulae 11. Organum. Campanae 3. Domus parochialis commoda. Stipendium 36 den. Stolae Taxa a Copulatione polturae 24. a funere flor. 1 hung. vel etiam Rhenensis. A Baptismate et Introductione den. 12. Catechismus in Quadragesima asservabatur. Parochus semper habitavit in Parochia. Proventus parochi decima omnium frugum efficiens 60 Cruces. Rector Scholae Nicolaus Fiantovicz catholicus.

Parochus: Lucas Cusnicius Canonicus Regul. Conv. Miechoviensis, sacerdos 18 an. loci parochus in ann. 4-tum. Animae in toto 500 et 6 Lutheranae.

Anno 1903. Catholici 638. Jud. 18. Schol. 114.

1726. **Kluknó** in Szepes. Antiqua parochia. Secunda vice anno 1726. erecta.

Aliquo tempore in manibus Protestantium fuit.

Restituta 1671.

Anno 1693. filialis ad Richno. Ecclesia murata. In frontispicio Sanctuarii Crucifixus cum Statuis. Altare unum novum. Cathedra simplex dimissa ex muro. Calix unus. Casula nulla. Pensile Candelabrum ferreum. Ad latera Ecclesiae Epitaphia. Campanae in turri lignea extra templum erecta erant.

Proventus Ecclesiae: „Ex Hamor Dni Vas Casparis singula septimana una lamina (Canthum) ferri, etc. Parochus accepit annue 12 Centenarios ferri. Habet Decimam omnium frugum. Offertoria quatuor consvetis festivitatibus.

Anno 1712. Ecclesia murata sine turri, parva, munda. Altare unum SS. Trinitatis ante 30 annos (1682) erectum, necdum depictum, violatum.

Parochus: Matthaeus Slonka. Sacerdos annorum 27. Plebanus in 14 annum. Stipendium si datur sunt polturae 12. Animae in matre et filiabus Catholicae 243. Aug. Conf. 256.

Anno 1903. Catholici 1172. Gr. Rit. 3. Aug. Conf. 2. Judaei 22. Schol. 189.

Anno 1712 Richno fuit et est usque praesens filialis Ecclesiae Kluknó. Anno 1693 Ecclesia murata. Altare unum. Calix 1. Pacificale 1. Alba cum cingulo una. Campanae 3. Anno 1712. Ecclesia murata de novo restaurata. Apparamenta ut anno 1693. Filiales Hrisócz et Kalava sine Ecclesiis.

„In territorio Kluknaviensi, quasi in quadam Eremo exstat Capella murata honori S. Annae dicata

in cuius festivitate instituitur singularis devotio cum indulgentiis plenariis, ad quam devotinem quotannis magna populi multitudo remotis etiam ex partibus accurrit. Curam devotionis et Capellae gerunt RR: PP. Societatis Jesu Residentiae Scepusiensis et hoc cum facultate Illmi et Rssimi condam Mathiae Tarnóczy Eppi Vaciensis tamquam Praepositi Scepusiensis, quam facultatem iisdem collatam aprobavit et confirmavit Emin. ac Rss. Princeps S. R. E. Cardinalis Leopoldus a Kollonits tamquam Archi-Dioecesanus Strigoniensis. Praecipue Processiones, quae illam cum magna frequentia exornant sunt: Ven. Capituli Scepusiensis, Civitatis Cassoviensis et Eperiesiensis. Pontificat tunc ibidem ordinarie Dns Praepositus Scepus. illo impedito alter infulatus" (Conf. Can. Vis. 1712, porro „Initia" pag. 600 et 623.).

Hodie Capellae S. Annae curam gerit parochus localis (Kluknóviensis).

Anno 1903. In Richno Cath. 608. Jud. 12. Schol. 117. — In Hrisócz Cath. 335. Jud. 2. Schol. 47. — — In Kalava Cath. 324. Graeci Rit. 1. Jud. 2. Schol. 80. — In Opaka Cath. 80.

Nota. Richno antiquis temporibus spectavit ad praepositum S. Georgii de Viridi Campo Strigoniensis Dioecesis. Titulo Cathedratici, iuxta pactum cum Praeposito initum, ultimis temporibus solvit Richno annue Aureos 4. Praeter Richno, in Scepusio suberant Praeposito de Viridi Campo adhuc sequentes parochiae, quae annue solverunt: Szepes-Olaszi Aureos 5. Gölnicz Aur. 5. Jekelfalva Aur. 3. Folmár Aur. 5. Helczmanócz Aur. 5. Krompach Aur. 5. Remete Aur. 3. Szomolnok Aur. 3. Mindszent 3. Svedlér Aur. 5. Kacvinkel (sic) Aureos 4. (Arch. priv. Capit. Scepus.)

1727. **Alsó-Lipnicza** in Árva. — Olim filia Ecclesiae Jablonkaensis anno 1758. eccla mater facta. Habuit Ecclesiam ligneam anno 1777. a Chyzsnensibus emptam et ad Chyżsne devectam. Ecclesia nunc existens, e solido materiali sub Adalb. Zubriczky parocho Lipniczensi annis 1762—1770. exstructa, est benedicta. Stanislaus Vilcsek primus qui se parochum Lipniczensem nominat (1725) erat simul parochus Oravkensis.

Series curatorum:

1. 1758—1759. *Stephanus Kobercsik,* Administrator.
2. 1759—1762. *Ignatius Vilcsek,* Administrator.
3. 1762—1784. *Adalb. Zubriczky,* origine Alsó-Zubriczensis, venit ex Rabcsicze. „Fuit vir enormium virium corporalium." Vixit annis 100. Obiit Alsó-Lipniczae die 2-da Novembris 1784.
4. 1784—1786. *Mathias Maurus,* transivit ad Grenicz (Szepes-Véghely).
5. 1786—1795. *Michael Kálna,* Administrator.
6. 1795. *Antonius Tuzsinszky,* Administartor. Transivit Zazrivam.
7. 1795—1818. *Joan. Nep. Kubányi* origine Thurdossinensis. SS. Theol. dr. E Zazriva venit Alsó-Lipniczam. Ecclae Thurdoss. pulchrum calicem donavit. Obiit in Szepeshely die 26. Julii, 1823. annos 73 natus et sepultus est in crypta Jesuitarum.
8. 1819—1828. *Antonius Habinyak,* origine Chyzsnensis, parochus.
9. 1828—1839. *Joannes Lassák,* origine Novotty. Obiit Alsó-Lipniczae, die 18. Sept. 1839.
10. 1840—1844. *Mathias Vassko,* transivit ad Podvilk.

11. 1844—1847. *Rudolphus Korcyll*, transivit Trsztenam.

12. 1848—1889. *Stephan. Radlinszky*, oriundus ex Alsó-Kubin. Arcas Romanus. Protonotarius Apostolicus. Scripsit Theologiam pastoralem. Obiit in Alsó-Lipnicza, die 26-a Oct. 1889.

13. 1889. *Josephus Bonk.*

Anno 1903. Catholici 3211. Aug. Cont. 3, Judaei 22. Schol. 410.

In filiali *Felső-Lipnicza* Catholici 1535. Jud. 30. Schol. 221.

1740. **Haraszt** in Scepusio. Antiqua parochia (de Rubo) floruit 1520.

Aliquo tempore in manibus protestantium fuit. Catholicis 1665. restituta.

Secundo ereeta anno 1740.

Anno 1693 filialis parochiae Markusfalvaensis erat, anno vero 1712. filialis parochiae Körtvélyes. (Cfr. Körtvélyes.)

Anno 1903. Catholici 305. Gr. Ritus 4. Jud. 5. Scholares 40. — In filiali Matejocz (Matthaei villa pagus) Cath. 295. Gr. Rit. 2. Jud. 7. Schol. 40.

1748. **Nagy-Frankvágása** (Nagy-Frankova) in Scepusio. Parochia erecta 1748.

Anno 1903. Cath. 616. Jud. 7. Schol. 102.

1748. **Zakamene-Klin alias Klinik,** in Arva. Anno 1748. erecta fuit domus parochialis. Ut autem parochia posset aedificari et dotari, patronus quatuor colonos ex Klinik Erdődkam translocavit, e quorum tenuto dotata fuit parochia Klinik. — Ecclesia lignea B. M, dedicata, sub Mathia Matyasovszky exstructa, picta, tribus aris et cathedra instructa erat.

Ab erectione parochiae sequentes curati fungebantur:

1. 1748—1751. *Mathias Mattyasovszky*, parochus. Obiit in Zakameno-Klin et in Ecclesia sub Sanctuario sepultus iacet.

2. 1751—1756. *Georgius Horánszky de Horka*, primo in Zazriva, dein in Zakameno-Klin, tandem in Lokcza parochus fuit.

3. 1756—1763. *Joannes Jablonovszky* e capellano Oravkensi parochus factus. Obiit in Zakameno-Klin. Jacet in Sanctuario penes Matyasovszky sepultus.

4. 1764—1802. *Jacobus Kadlubjak*, origine Pekelnikens. e capellano Oravkensi parochus factus. Incoepit Historiam domus texere. Procuravit pretiosas res pro Ecclesia. „Monstratorium visu dignum.“ Campanas consecravit Eppus Salbeck. — Kadlubjak exactis in cura animarum in Zakameno-Klin 34 annis mortuus est die 2-da Martii 1802.

5. 1802—1805. *Josephus Virosztek*, ex Administratore factus parochus. In parochum investitus, die 7. Junii 1803. introductionem suam praesentibus omnibus parochis districtualibus celebravit. Ast jam anno 1805. resignato beneficio capellanus Szepeshelyensis factus est parochia Zakameno-Klinensis interim ad Novotty adfiliata.

6. 1807—1816. *Josephus Gerbery* subin Lokczaensis parochus.

7. 1816—1819. *Jacobus Aloysius Gyurcsak*, transivit ad Lokczam.

8. 1819—1831. *Mich. Hanczko* origine Rosenbergensis. Transivit ad Podvilk ibique mortuus est.

9. 1831—1848. *Joannes Kalher.* Obiit die 6-ta Dec. 1848.

10. 1849—1893. *Georgius Ondriss.* Can. Honor. Ass. S. Sedis Consistorialis, a 22-ma 1849 loci parochus. Aedificavit non procul a parochia Calvariam. Obiit 2-da Nov. 1893.

11. 1893. *Joseph. Vojticsek* Parohus. Insp. Schol. elem. In loco antiquae Ecclesiae ligneae fulmine combustae patronus ex solido materiali novam exstrui curavit.

Anno 1903. Catholici 2039. Aug. Conf. 4. Judaei 85. Schol. 260.

1752. **Liptó-Oszada.** Parochia erecta 1752.

Anno 1903. Cath. 1453. Aug. Conf. 14. Judaei 18. Schol. 268.

1754. **Veszele** in Arva. Ecclesia Veszelensis tota lignea „eo ipso in loco succrescentibus lignis" aedificata fuit anno 1656, turris vero 1690 sumptibus Alberti Gyurcsák parochi Námesztóen. exstructa. Anno 1715. Ecclesiam neoerectam consecravit Lucas Natali. Teste Michaele Craus, qui historiam domus in Veszele inchoverat. Veszele ab anno 1700. spectavit ad Rabcsicze.

Primus (1710) curatus fuit *Hrybovszky.* Secundus 1712. *Michael Vokay* parochus Rabcsiczensis; Anno 1719, *Kuchtik;* 1721. *Martinus Filovics;* 1726. *Georgius Morvay;* 1731. *Adalb. Zubriczky;* 1762. *Nicolaus Zavadszky.* Omnes parochi Rabcsiczenses.

„Anno 1764." Veszele mater Ecclesiá facta est.

Ab hoc anno (1764) sequentes fuerunt in Veszele parochi.

1. 1764—1769. *Jacobus Kroner.* Transivit Dubovam.

2. 1769—1770. *Andreas Kruzlicz,* e Velicsnensi capellano parochus factus. Mortuus in Veszele.

3. 1770—1783. *Franc. Xav. Keczer,* patria Trenschinensis. Post 12 annos promotus ad parochiam Arvaváraljaensem.

4. 1783—1787. *Michael Crausz.* — Post abitum Crausz parochiam per unum annum P. Anicetus Ertell, Franciscanus, administravit.

5. 1789—1803. *Martinus Reviczky de Revisnye.*

6, 1803—1831. *Mathias Hadanyak* origine Chyzsnensis.

7. 1831—1850. *Nicolaus Kromka,* origine Szepes-Frankvágása. Antea in Novotty curatus.

8. 1851—1901. *Joannes Bajacsek.* Ab anno 1861. investitus parochus. Mortuus anno aetatis 78-vo, Sacerdottii vero 51-o die 29-a Octobris 1901.

9. 1901. *Mathias Zeman* ex interimali Administratore anno 1902. parochus Veszelensis factus.

Anno 1903. Cath. 2223. Judaei 13. Schol. 311.

1766. **Teplicska** in Liptó. Parochia erecta 1766.

Anno 1903. Catholici 1831. Schol. 240.

1769. **Tribs** in Scepusio. Parochia erecta 1769.

Anno 1693. Ecclesia tota lignea. Ad frontispicium Sanctuarii Crucifixus cum Statuis B. M. V. et Joan. Evang. Altaria tria. Cathedra incolorata. Calix cupreus. Casulae 3. Superpellicea pro ministrantibus 3. Campanae 3.

Anno 1712. Ecclesia lignea, interne diversis Sanctorum imaginibus depicta erat. Altaria 3. Monstratorium argenteum. Calix 1. Casulae 4. Positivum organi. 1712. *Tribs* filialis Ecclesiae Fridmann erat.

Anno 1903. Catholici 572. Aug. Conf. 2. Judaei 3. Schol. 118.

1770. **Zubrohlava** in Árva. Zubrohlava usque 1612. filialis Lokczae subin spectavit ad Námesztó. Anno 1626. die 28-a Aprilis accepit facultatem Ecclesiam struendi, quam e ligno struere coepit anno 1630. et Jos. Kalinka superintendens 1647. solemniter benedixit. In ara maiori habuit imaginem B. M. V.

Sub disturbiis Tökölyanis Kvasnicovszky, Chmelovszky etc. missionarii cum periculo vitae inserviebant paucis Catholicis.

Agente Paulo Filipovics parocho Namesztóensi die 8-a Sept. 1709. Ecclesia Catholicis restituta fuit. Anno 1761. adiuvantibus Bobroviensibus in locum ligneae Ecclesiae nova e solido materiali erecta. Anno vero 1781 nova domus parochialis exstructa, denique anno 1770 e Námesztó effiliata erat.

Ab anno 1770. sequentes curati fungebantur:

1. 1770—1780. *Andreas Csernik* origine Zubrohlavaensis. Obiit 13. Jan. 1780.

2. 1780—1783. *Joannes Kubányi* e capellano Trsztenensi 1783. transivit Zazrivam.

3. 1783—1791. *Michael Bernolak.*

4. 1791—1795. *Ignatius Hautschel*, parochus. Obiit 10. Martii 1795.

5. 1795—1798. *Joannes Kratky*, parochus. Discessit Hladovkam.

6. 1799—1816. *Antonius iun. Habinyák* origine Chyzsnensis, discessit Ó-falvam, in Scepusio.

7. 1818. *Fulgentius Chrenko* minorita, Administrator.

8. 1819. *Josephus Gerbery* parochus. Obiit Szepesváraljae die 4-ta Junii 1845.

9. *Paulus Vitkay* parochus. Obiit Oravkae die 17-a Nov. 1842.

10. 1835—1848. *Ignatius Sperlagh.* Obiit die 8-á Mart. 1848.

11. A 12. Maii 1848—1880. *Antonius Krssák* origine Namesztoviensis. Obiit anno aetatis 57-mo; Sacerdotii 34; die 25. Martii 1880.

12. A 20. Aprilis 1880—1892. *Laurentius Banyik.* Obiit anno aetatis 44; sacerdotii vero 22-mo, die 22-da Aprilis 1802.

13. 1892—1901. *Joannes Murin.* Transivit ad Námesztó.

14. 1901. *Romanus Grigely*, parochus.

Anno 1903. Catholici 1097. Aug. Conf. 1. Judaei 20. Schol. 120.

In filiali *Klin ad Námesztó* Cathol. 891. Jud. 16. Schol. 128.

1771. **Ó-Rabcsa** in Arva. Ante reformationem spectavit ad Lokczam. Annis 1656—1772. ad Rabcsicze.

Ab anno 1772., quo Nicolaus Szadeczky parochus Rabcsiczensis sedem in Ó-Rabcsa fixerat, sequentes fuerunt animarum curatores:

1. 1772—1796. *Nicolaus Szadeczky* parochus.

2. 1796—1806. *Joannes Dvorszky* origine Szepesváraljaensis. Distr. Medii surrogatus V. Archi-Dacon. Assessor Cottus Arva. Antea fuit in Colono-Dubova.

3. 1806—1816. *Nicolaus Zboja*, subin in Trsztena.

4. 1804—1834. *Joannes Drengubjak* origine Zazrivaensis. Anno 1834. beneficium resignavit.

5. 1833—1877. *Ignatius Matkovcsik* parochus.

6. 1878—1885. *Nicolaus Laczko* parochus antea in Usztye. Mortuus in Námesztó.

7. A 7-a Sept. 1887—1897. *Antonius Florek* parochus. — Obiit 23. Julii 1897. Vixit 51 an., in Sacerdotio 26 annis.

8. 1897. *Josephus Murdzsák*, antea parochus in Rabcsicze.

Anno 1903. Cathol. 1442. Judaei 16. Schol. 140. In filiali *Polhora* ad duas horas dispersa Cathol. 1544. Aug. Conf. 5. Judaei 36. Schol. 173.

1775. **Majerka** in Scepusio. Parochia erecta 1775.

Anno 1693. Ecclesia murata tabulato ligneo contecta. Altaria duo. Calix stanneus. Chorus pro plebe. Campana una.

Anno 1712. *Mayerhof* (Majerka) filialis Eccl. Leibicz erat; exiguus pagellus „fere desolatus modo cum Ecclesiola."

Anno 1903. Cath. 129. Gr. Rit. 24. Aug. Confes. 234. Judaei 4. Schol. 17.

Ad Majerkam spectat a multis annis *Hodermark*[1] (Hundertmark) filialis, quae anno 1693. Ecclesiam fornice, partem reliquam tabulis contectam habuit, quamque administravit Graeci Ritus sacerdos. Altaria 3 habuit. Maius antiquum. Introitus Sanctuarii more Ruthenorum praeclusus fuit. Calix 1. Ciborium ligneum inauratum. Missalia 2. Agenda 1. Campanae duae.

[1] Districtus Graeci Ritus Catholicorum tempore Visitationis Canon. an. 1693 et 1712. subiacuit Jurisdictioni Praepositurae Scepus. Demum anno 1787. Eppatui Munkacsiensi resignatus et erecto Eppatu Eperies. huic incorporatus erat.

Anno 1712. Ecclesia ut 1693. Ecclesia haec olim latini ritus catholicorum, modo (1712) est Graeci Ritus catholicorum. Ecclesia nullam dotem habuit, quia Lutherani qui hanc multis annis possederunt, dotem distraxerunt. Habuit Calicem 1. Casulas 2. Pixidem pro S. Liquoribus. Oleum infirmorum in necessitate parochi graeci ritus benedicebant. Venerabile Sacramentum absque clausura ubique apud Graecos repertum fuit. Visitator demandavit, ut in futurum clausum habeatur sub seris.

Domus parochialis proprietas parochi fuit per ipsum empta ideo haereditaria.

Parochus loci Elias Ondreikovicz, Gr. Ritus, annorum 12 sacerdos. In divinis peragendis sedulus. — Proventus parochi valde exiguus. Percepit Siliginis Capecias 8. Hordei et Avenae totidem. A singula domo 2 panes, praeterea habuit agros 133 cubulorum seminaturae.

Rector Scholae Andreas Hodermarszky, Ritus Graeci. Sedulus in adimplendis suis officiis. Proventus illius fuit: consipatio 24 cubulorum, 90 den. pro Cothurnis et aliae exiguae accidentiae.

Anno 1903 in Hodermark Cath. 69. Gr. Rit. 657. Jud. 19.

1776. **Jurgov** in Scepusio. Parochia erecta 1776.

Anno 1712. fuit filialis Ecclesiae *Felsö-Lapos* (Cfr. Felsö-Lapos).

In filiali *Javorina* ecclesia S. Annae dicata, per Celsis. Principem Christianum Kraft de Hohenlohe — Ohringen patronum anno 1903 e fundamentis aedificata, die 24-ta Augusti eiusdem anni festo S. Bartho-

lomaei Apostoli per Ill. ac Rev. *Ferd. Fertsek*, custodem canonicum Scepus. etc. *Vicarium Capitularem* in praesentia patroni solenniter benedicta fuit.[1]

1776. **Lesznicz** in Scepusio erecta 1776.

Anno 1693. Ecclesia lignea funditus. Sacristia murata. Altaria 4. In frontispicio Sanctuarii Crucifixus cum Statuis. Baldachinum. Monstrantia ex aurichalco. Organum. Campanae 3. — Maius altare continet statuam S. Dorotheae miraculosam. Devoti Christiani Catholici sanati signa cerea membris suis sanatis conformia, super hanc statuam appendebant.

Anno 1712. Ecclesia lignea. Sacristia murata. Altaria 3. Calix antiquus argenteus inauratus. Ciborium argenteum. Casulae sex. Monstrantium antiquum cupreum. Portatilia 3. Missa quotidie celebrabatur. Stipendium pro Missis polturae 10, vel 12 aliquando minus. Stola ordinaria a sepultura senis fl. 1, a Baptismate et Introductione per 12 den.

Parochus: Thomas Stanislaus Krikavszky, polonus, sacerdos annorum duorum. Loci parochus in annum secundum. Animae 408 omnes Catholicae.

Anno 1903. Catholici 569. Graeci Rit. Judaei 4. Schol. 85.

In fine pagi erat capella murata S. Dorotheae. In altari huius Capellae erat Sanctae Dorotheae statua „quae ex narratione hominum perhibetur esse miraculosa, ad hanc devoti Christiani aegrotantes votorum suorum compotes redduntur et in membris uti

[1] Cel. Patronus in signum religiositatis ac munificentiae suae benedicentem Ferd. Fertsek pretiosa memoriali cruce pectorali honoravit.

manibus etc. in quibus morbum patiuntur, sanantur.“ (Can. Vis. 1712.)

1776. **Trsztena** in Arva, una ex antiquissimis parochiis comitatus Arvensis. Annus erectionis incertus. Antiqua documenta perhibent Ecclesiam ac parochiam temporibus Ludovici Magni floruisse. Fuit longiori tempore in manibus Protestantium.

Cum adventu Joannis Schechovics ad Csimhovam res Catholica coepit reviviscere. Schechovics a Ferdinando III. accepit facultatem duos aut tres Licentiatos in Trsztena constituendi. Itaque ille censendus est primus parochus Trsztenaensis tempore reformationis.

1. 1650—1656. *Joannes Schechovics* (Schechovitth) de Ratulov, praep. de Valkó, parochus in Oravka sub Kulich.

2. 1656—1671. *Martinus Pongrátz*, subin parochus Alsó-Kubinensis. Archi-Diaconus Arvaensis. Hic accepit facultatem a Leopoldo rege recuperandi bona ecclesiastica per Tököly Catholicis adempta.

3. 1673. Sub turbis Tököly-ianis occurit *Mikinics* paulinus, missionarius.

4. 1690—1695. *Stanislaus Emericus Podszklanszky*, parochus.

5. 1695—1706. *Joannes Rybarszky* parochus.

6. 1706—1713. *Joannes Kolkovics* parochus. Sub illo visitavit parochiam die 17. Maii, 1713. Paulus comes Zichy Arch.-Diac. Nitriensis.

7. 1713—1737. *Georgius Brecsanszky* parochus, annorum 32, pazmanita, Theologus speculativus, sacerdos in annum 2-dum. In Vis. Can. de anno 1731 per Franc. comitem Zichy mense Junio peracta dicitur

„Eccl. S. Georgii modo PP. Franciscanorum Trsztenaensis fuit per Schechovics parochum Oravkaensem aucta et 1715. per Lucam Natali consecrata. De Brecsánszky vero quod 3000 Lutheranos converterit et quod nisi 381 Lutherani manserint.

8. 1737—1763. *Andreas Utass* origine Zabidoviensis. Theologus Posoniensis. Sub illo Ecclesia Trsztenaensis a. 1741 e fundamentis erecta fuit.

9. 1763—1788. *Andreas Bánó* de Lucska Abbas de monte S. Mariae Vice-Archi-Diac' Distr. Inf. Arva.

10. 1789—1801. *Matthaeus Trsztyánszky* origine Trsztenaensis. Can. Hon. Scep. protonotarius Apostolicus, e parocho Podvilk factus Trsztenaensis parochus.

11. 1801—1802. *Josephus Virosztek* Administrator.

12. 1802—1807 *Stephanus Kosztka* parochus, antea fuit Nizsnae. Surrogatus Vice-Archi-Diac. Obiit Patakini, in cottu Neograd, qua emeritus parochus Trsztenaensis die 22-a Aug. 1807.

13. 1808—1816. *Mathias Koroda* de Felső-Kubin, parochus, surrogatus Vice-Archi-Diac.

14. 1816—1827. *Nicolaus Zboja* parochus.

15. 1827—1829. *Joannes Machay* parochus subin in Chlebnicze parochus.

16. 1829—1845. *Josephus Virosztek* parochus.

17. 1845—1847. *Josephus Varzely* parochus. Obiit die 28-va Aug. 1847.

18. 1847—1874. *Rudolphus Korcyll* parochus. Obiit die 27-a Maii 1874, anno aetatis 62.

19. 1875—1902. *Stephanus Pirontsák* parochus, Can. Hon., Assess. Consist. Decanus.

20. 1902. *Stephanus Zaják* antea in Hladovka parochus.

Anno 1903. Catholici 2216. Aug. Conf. 23, Judaei 171. Schol. 354.

1784. **Zázriva** in Árva, ab antiquissimis temporibus filialis Nagyfalu. Habuit Ecclesiam ligneam totam depictam. OO. SS. dedicatam. Capellanus Nagyfalvensis excurrebat huc pro absolvendis divinis. (Confer. Can. Vis. a. 1713. et 1731.). Agente Georgio Erdödy Dir. Dominii Arva a. 1748—1749. in parochiam evecta fuit.

Animarum curatores ab a. 1749.:

1. 1749—1752. *Georgius Horánszky* de Horka. Venit ad Zazrivam ex Puszta-Födemér, subin fuit parochus in Zákamene-Klin.

2. 1753—1754. *Mathias Lokcsánszky.* Post 11 menses discessit ad Nagyfalu in locum Jacobi sen. Jurcsák.

3. 1754—1755. *Emericus Markus* ex Oravkaensi Capellano factus parochus. Post unum annum et aliquot menses transivit ad Hajnik. Sub Markus asservata fuit Vis. Can. Ipoliana anno 1754.

Anno 1756 et 1757 parochia vacavit.

4. 1757—1758. *Josephus Szedélyi.* Discessit ad Libetbánya.

5. 1758—1761. *Stephanus Sváby* e capellano aulico L. Baronis I. Andrassy factus parochus. Sub Sváby fames et magna inedia morbusque „Hunger-Typus“ inter populum grassabatur. Transivit Dubovam-Colonorum.

6. 1761—1764. *Nicolaus Szadeczky* e capellano Oravkensi parochus factus, Discessit ad Rabcsicze.

7. 1764—1766. *Martinus Kováry* e capellano Trsztenensi parochus factus. Anno 1766. Tyrnaviam discessit.

8. 1766—1780. *Stephanus Sváby* secundo. Disponente Joan. Galgóczy Vic. Gen. anno 1774 conscriptio proventuum parochialium praesuscepta fuit. Summarius proventus parochiae Zazrivaensis illis temporibus effecit 264 fl. 92 $^1/_2$ cruciferos. Anno 1780 transivit Zubrohlavam.

9. 1780—1794. *Joannes Nep. Kubányi*, ex Administratore Zubrohlavaensi parochus factus. Vir zelosus. Missiones pro populo suo a 30. Januarii usque 27-mam Martii 1781 per PP. Franciscanos e Residentia Liptó-Szent-Miklósiensi asservari curavit. — Kubányi subin factus est parochus Lipniczae.

10. 1794—1815. *Antonius Tuzsinszky* parochus. Antea capellanus Zazrivaensis. Sub quo aedificata fuit 1796. Ecclesia nunc existens e solido materiali. Idem et domum parochialem reparavit. Renovavit Sacras Missiones 1814 per PP. Minoritas. Anno 1815. transivit Oravkam.

11. 1815—1826. *Paulus Vitkay* subin parochus Oravkaensis.

12. 1826—1829. *Iacobus Heinsz.*

13. A 30. Jan. 1847— 21. Jan. 1864. *Stephanus Matkovcsik* parochus. Origine Szlaniczensis. Obiit Zazrivae die 21-ma Januarii 1864, anno aetatis 45.

14. A 31. Maii 1865— 23-am Maii 1901. *Ignatius Matkovcsik* parochus. Origine Szlaniczensis. Obiit anno aetatis 77-o sacerdotii vero 49.

15. 1901. *Ioannes Brissák* e cooperatore Rózsahegy in Administratorem nominatus, ab anno 1002. parochus.

Anno 1903. Cath. 3375. Aug. Conf. 97. Judaei 51. Schol. 397.

Anno 1787. in parochiam evectae:

I. In Árva.

Chyzsne, in Arva filialis Trsztenae. Anno 1787 in parochiam evecta fuit. Antiqua Ecclesia lignea anno 1777. empta fuit 150 fl. Val. Vien. ab Alsó-Lipniczensibus. Anno 1901 novam Ecclesiam e solido materiali exstruxit fundus Religionis 80,000 Coronis. Interna instructio maxima ex parte liberalitate fidelium Chyzsnensium 20,000 Coronis procurata fuit

Series curatorum:

1. 1787. *P. Firmus Szlovik* Minorita, Administrator.
2. 1787—1791. *Iosephus Parneczky* parochus.
3. 1791—1795. *Michael Bernolak* parochus.
4. 1795—1806. *Daniel Grotovszky* parochus.
5. 1806—1807. *Iosephus Gerbery* Administrator.
6. 1807—1809. *Mathias Koroda*, parochus Trsztenensis, Administrator.
7. 1809—1817. *Thomas Vierik* parochus.
8. 1817—1819. *Ioannes Tomalevics* Administrator.
9. 1819—1827. *Stephanus Mancsak* parochus.
10. 1827—1828. *Venceslaus Ponyak*, Minorita, Administrator.
11. 1828—1837. *Franciscus Feja de Nagy-Rákó*, parochus.
12. 1837—1838. *P. Liborius Moszurtsik*, Administ.
13. 1838—1848. *Ioannes Litassy* parochus.
14. 1848—1850. *Carolus Czibula* Administrator.
15. 1850—1867. *Ioannes Szivy* „
16. 1867. *Severinus Kaluszky* „

17. 1867—1897. *Carolus Reindl* parochus. Sub hoc parocho structa est domus parochialis 1869—1870. e solido materiali loco antiquae ligneae domus. Sub illo structa fuit nova Ecclesia. Obiit die 19-a Junii 1897.

18. 1897. *Adalbertus Szilay* Administrator.

19. 1897. *Ioannes Dideczky* Leutschoviensis, antea parochus in Ulozsa. Sub illo aedificata fuit nova Ecclesia. Cura et sollicitudine Joannes Latyak, Suae Sanctitatis Capellani, emeriti parochi Mártonvásáriensis degentis in Chyzsne (loco natali) venustissime interne instructa. Benedicta fuit, die 16. Julii 1902. per Rss. Ignatius Zimmermann, tit. praep. Can. Scep. et Archi-Diaconum Arvaensem.

Anno 1903. Catholici 1647. Judaei 8. Schol. 315.

Chlebnicze. Fuit antiquiore tempore filialis parochiae Dubova Colomanorum. Ante 1629. propriam habuit Ecclesiam e ligno structam S. Emerico dicatam. Ecclesia haec nunquam a Protestantibus possessa fuit. Duas habuit campanas per Lucam Natali 1716 benedictas. Lignea Ecclesia vetustate collapsa, a. 1764—1767 nova e solido materiali cura et sollicitudine Steph. Svaby par. Dubovaensis structa fuit. Necessariis maxima ex parte per Mar. Theresiam Reginam provisa fuit. Turris a. 1779. erecta fuit. Anno 1887 in localem Capellaniam efformata, successive in parochiam evecta fuit. Domus parochialis a. 1806 sumptibus fundis Religionis aedificata fuit.

Series Curatorum:

1. 1787—1790. *P. Gaudentius Mahaly* Ord. Sancti Francisci, qui ibidem obiit.

2. 1790—1808. *P. August. Vejdermann* Ord. S. Francisci.

3. 1808—1829. *Mich. Czingell* oriundus ex Tyarhova.

4. 1829. *P. Adiutus Moravecz* Ord. Sancti Franc. Administrator.

5. 1829—1830. *Ioannes Machay* parochus.

6. 1830. *Paulus Vandra* Administrator.

7. 1830—1833. *Mich. Machatsy* parochus.

8. 1833—1834. *P. Liborius Moszurtsik* Ord. S. Franc. Administrator.

9. 1834—1873. *Andreas Chovanecz* parochus. Obiit die 12-a Martii 1873, anno aetatis 69.

10. 1873—1899. *Brincska, Mathias* oriundus e Fridmann, parochus. Transivit Csimhovam.

11. 1899. *Andreas Ienő* parochus.

Anno 1903. Cathol. 1397. Jud. 7. Schol. 152.

Csimhova. Antiquo tempore Chemchov, Csemhova, Czemihova. In Csimhova iam ante annum 1658. exstitit Ecclesia Catholica. Dicto anno spectavit ad Oravkam, antiquissimam parochiam in Comitatu Arvaensi. Ante reformationem fuit filialis Ecclesiae Trsztenaensis. Tempore Reformationis sedem fixit in Csimhova Joannes Schechovitth, presbyter, e Ratulow in Polonia, cui Andr. Plathy de Nagy-Palugya medietatem possessionis suae in Csimhova oppignoravit. In hocce terreno Schechovitth Ecclesiam exstrui curavit. Eccl. hodie existens aedificata fuit 1700—1705. et dedicata honoribus S. Michaelis. In hac Eccl. quaedam sacra utensilia ex rubro Claustro (in Scepus.) reperiuntur. Anno 1692 Emericus Pongrátz Archi-Diaconus Nitriensis Vis. Can. peregit in Csimhova. Anno 1786. ex

Trsztenaensi parochia excorporata ac anno 1787 in parochiam evecta, accepit filias: Lieszek, et Vitanovam, cum 750 animabus.

Series curatorum:

1. 1787—1794. *Ioannes Kubányi* origine Thurdossinensis.
2. 1795. *Cornelius Kumpan,* Administrator brevi tempore.
3. 1795—1803. *Ioannes Toporczy* antea in Nagyfalu.
4. 1803—1804. *Ferdinandus Robotay* (Kobozay?) franciscanus, Administrator.
5. 1804—1817. *Ioannes Hozanay* parochus.
6. 1817. *Iosephus Pavcsuga* Administrator subin in Rabcsicze.
7. 1819—1830. *Iosephus Fejérprtaky* parochus, subin in Thurdossin.
8. 1830. *Ioannes Kalveisz* Administrator.
9. 1830—1840. *Iosephus Richter* parochus.
10. 1840. *Seraphinus Schmutz* minorita, Administr.
11. 1840—1859. *Ioannes Gronka,* parochus. Obiit Csimhovae die 24-a Mart. 1859. Anno aetatis 69.
12. 1859—1873. *Ioannes Schidala.* Obiit Cimhovae die 2-da Sept. 1873. Anno aetatis 51.
13. 1874—1888. *Andreas Plucsinszky,* antea in Pekelnik. Obiit Csimhovae.
14. 1888—1889. *Haluska* e capellano Jablonkaensi administrator et 1889 parochus Hladovkaensis.
15. 1889—1898, *Ioannes Petruska* antea par. in Hladovka, post novem annos exactos in Csimhova, factus parochus Felső-Zubricza.
16. 1899. *Mathias Brincska* antea in Chlebnice.

Anno 1903. Catholici 420. Aug. Conf. 2. Judaei 12. Saholares 48.

In filiali Lieszek Cathol. 1340. Jud. 45. Schol. 48.

Erdődka in Árva. Terrenum in quo possessio existit, ante 1731 certis quibusdam hominibus exstirpandum ac cultivandum per Árva traditum fuit atque colonia taliter exorta in honorem comitis Erdődy, tunc temporis directoris domini Arva Erdeőd nominata fuit.

Ecclesia anno 1739. exstructa et 1744 renovata fuit. Usque 1848. spectavit ad Lokczam, quo anno ad Zakamene-Klin affiliata et tandem anno 1787. in parochiam evecta fuit.

Series curatorum:

1. 1787—1797. *P. Ioachim Zummer,* franciscanus. Obiit in Erdődka die 15-a Sept. 1797.
2. 1799—1804. *Ioannes Hozzanay* parochus.
3. 1804—1805. *P. Ferdinandus Robotay* franciscan. Administrator.
4. 1805—1808. *Andreas Duzsek* Administrator.
5. 1808—1811. *Ioannes Dudinszky* parochus.
6. 1811—1813. *Iosephus Matkovcsik* „
7. 1814. *P. Benedictus Chrenko* Administrator Missionarius.
8. 1814—1816. *Ioannes Hanczko* Administrator.
9. 1815—1825. *Andreas Hastyura* „
10. 1825—1930. *Michael Machats* „
11. 1830—1834. *Ioannes Borodács* parochus.
12. 1834—1840. *Stephanus Schmutz* „
13. 1840—1842. *Paulus Gromka* Administrator.
14. 1843. *Adalb. Makoviczky Franc.* „

15. 1843—1845. *Georgius Ondriss* parochus.
16. 1845—1853. *Michael Tuzsinszky* Administrator.
17. 1853—1858. *Val. Hutyra* „
18. 1858—1860. *Joannes Jaszovszky* „
19. 1860—1863. *Joannes Zsuffka* „
20. 1864—1884. *Ludovicus Spiritza* „
21. 1884—1890. *Carolus Klugh*, „
22. 1890—1898. *Ioannes Miklusicza* „
factus postea parochus Rabcsiczaensis.

Anno 1903 Cath. 1984. Aug. Conf. 5. Judaei 19. Schol. 330.

Felső-Zubricza in Arva. Antiquissima mentio huius possessionis fit anno 1570. Anno 1619. memoratur Superior ac Inferior Zubrica. Felső-Zubricza olim fuit filialis Jablonkaensis tardius Podvilkensis. Primitus habuit Ecclesiam ligneam e liberalitate nobilis Stanislai Monyák-Ostros anno 1714. exstructam Scto Michaeli dicatam et 10. Aug. 1715. per Lucam Natali Eppum Belgradensem benedictam. Anno 1838. in locum Ecclesiae huius demolitae nova e solido materiali erecta et festo S. Michaelis anno 1841. per Andr. Salatkay par. Jablonkaensem benedicata fuit.

Anno 1787. Alsó-Zubricza filialis Oravkaensis cum Felső-Zubricza coniuncta ac Felső-Zubricza in parochiam evecta fuit.

Nova domus parochialis e solido materiali sub Antonio Kubantsik parocho Felső-Zubricza, aedificata fuit.

Occasione regulationis parochiarum administravit *Seraphinus Kovács*, franciscanus.

2. 1789—1791. *Christophorus Kubányi* franc.

3. 1791—1808. *Jacobus Filler*. Szepes-Olaszino oriundus. Anno 1808. beneficium resignavit. Posthac parochus in Szepes-Lőrincz. Obiit ibidem die 29. Jan. 1812.

4. 1808—1809. *Iacobus Vajgerth* parochus, — translatus ad Usztye.

5. 1809—1812. *Joannes Lázár*. Anno 1812 obtinuit beneficium Krusetnicza. Post discessum Lázár parochia affiliata fuit parochiae Podvilk.

6. 1813—1823. *Antonius Kubantsik* origine Rabcsiczaensis, — qui 1824 transivit Luzsnam.

7. 1823—1825. *Joannes Csurják* e Nagy-Selmecz Administrator. Obiit ibidem die 11. Maii 1825.

8. 1825—1826. *Josephus Stankovics* Administrator.

9. 1826—1845 (?) *Ladislaus Volfgangus Fejérpataky* de Eadem et Kelecsén. Ab anno 1839—1842 Ecclesiam e solido materiali exstruxit. Anno 1845 (?) resignavit beneficium. Obiit in Liptó-Kelecsén die 4-a Dec. 1851.

10. 1852—1854. *Ioannes Keltonyik* Administrator.

11. A 3-a Nov. 1854 usque 24 Aprilis 1898. *Ioannes Jablonszky e Jablonka*, parochus. Anno 1857 induxit societatem temperantiae. Anno 1837 erexit suis et populi sui impensis aram B. M. V. — 1883 erexit in locum antiquae maioris arae, novam impensis 1600 fl. etc. Viribus et senio confectus beneficium libere resignavit. — Obiit Felső-Zubriczae 16-ta Aprilis 1904.

12. 1898 ab 8-va Aug. *Ioannes Petruska* parochus.

Anno 1903. Cathol. 1547. Judaei 20. Scholares 245. — In filiali Alsó-Zubricza Catholici 1995. Scholares 106.

Habovka. Olim filia Nizsnaensis. Ecclesia parva lignea, a. 1715. sub Joan. Samko parocho Nizsnaensi exstructa et B. M. V. Dolorosae dicata. Sacra Divina quavis tertia Dominica peragebantur (Cfr. Vis. Can. Fr. Zichy, Archi-Diac. Nitriensis die 20. Junii 1731.) Anno 1787. in matrem evecta est. — Nova Ecclesia aedificata fuit sub Jos. Virosztek parocho.

Series Curatorum:

1. 1787—1798. *Georgius Vagner* parochus.

2. 1798—1809. Adamus Argay parochus. Obiit die 15-ta Febr. 1809.

3. 1809—1810. *Carolus Rukovanszky* paroch. Transivit ad Nagyfalu.

4. 1810—1812. *Ioannes Dedinszky* de Eadem parochus. Discessit ad Jurgov, in Scepusio.

5. 1812. *P. Iacobus Krajcsinovszky* franciscanus, Administrator.

6. 4812—1814. *Ioannes Drengubják* parochus, antea in Felső-Szalók. Drengubjak sub quo die 25. et 26. Aug. 1813 inundatio totam possessionem Habovkam cum novitus e solido meteriali exstructa Ecclesia nec fundamentis relictis devastavit, transivit ad Nizsna.

7. 1814—1817. *Emericus Pucsek* Administrator.

8. 1817—1829. *Josephus Virosztek* parochus. Discessit Trsztenam.

9. 1829—1856. *Ignatius Gnizsak* parochus. Beneficium libere resignavit. Obiit in loco natali Chyzsne.

10. 1856—1863. *Ioannes Zsufka* Administ., tardius in Mutne, obiit ibidem 6. Jan. 1894.

11. 1863—1870. *Carolus Andassy* Administrator. Transivit ad Mutne.

12. 1870—1897. *Franciscus Szilvester* parochus. Obiit die 4-ta Junii, 1897.

13. 1897. *Joannes Hattyár* parochus, antea in Szepes-Szent-Lőrincz.

Anno 1903. Catholici 1002. Judaei 15. Scholares 175. — In filiali Zuberecz Catholici 1146. Judaei 10. Schol. 186.

Hladovka (olim Ielešňa) in limitibus Galiciae. — Prima Ecclesia lignea stetit in eodem loco ubi nunc statua S. Floriani deprehenditur. — In parochiam 1787 evecta est, adnexis filiabus Szuchahora et Vitanova, quae posterior tardius ad Csimhovam affiliata fuit. Ecclesia nova annis 1800—1806 structa est solum benedicta. Anno 1892. tota communitas combusta est sola Ecclesia illaesa manente. In memoriam huius incendii, e piis fidelium Oblatis tota depicta fuit, procuratumque est novum argenteum Monstratorium. — Hladovka tempore reformationis fuit filialis Trsztenaensis.

Series curatorum:

1. 1787. *P. Thomas Havacsanyi* Canonicus Lateranensis, Administrator.

2. 1787—1798. *Thaddaeus Kabzay* Can. Lateranis, parochus. Obiit die 6-a Nov. 1798.

3. 1798. Pater *Zephirinus Kitkay*, Administrator brevi tempore.

4. 1798—1799. *Joannes Kratky*, origine Zubrohlavaensis, ex Canonico Lateranensi in Polonia presbyter Dioecesis Scepus. factus, Administrator. Obiit in Hladovka.

5. 1800. *Iacobus Kroner* origine Rózsahegy, parochus.

6. 1800—1816. *Jacobus Mestyanek*, origine Rabcsiczensis, parochus. Discessit Jablonkam.

7. 1816—1826. *Ignatius Brunkala*, origine Oravkaensis. Obiit die 15-a Octobr. 1825.

8. 1826—1827. *Josephus Vitkovszky* orig. Leutschoviensis. Administrator.

9. 1827. *Joannes Kacser* Administrator.

10. 1827—1869. *Franciscus Kiszely*, a 24. April. 1827. parochus. Obiit die 12-a Septembris 1869. anno aetatis 79.

11. 1868. *Stephanus Pirontsak*, Administrator in Spiritualibus.

12. 1869—1889. *Joannes Petruska* parochus.
13. 1889—1897. *Stephanus Haluska* „
14. 1808—1902. *Stephanus Zaják* „
15. 1902. *Andreas Doránszky* „

Anno 1903. Catholici 701. Aug. Confes. 1. Judaei 3. Scholares 79. — In filiali Szuchahora Cathol. 860. Judaei 11. Schol. 83.

Hrustin. Possessio 1584 condita. Originarie fuit filia Lokczaensis. Habuit Ecclesiam ligneam in antiquo Coemeterio, honoribus S. Joan. Bapt. dedicatam unum altare habentem et in turri duas Campanas. Protestantismus in Hrustin diu non viguit. Restituta libertate Eccl. Catholicae tota communitas ad fidem Catholicam rediit. (Confr. Vis. Can. Joan. Gaspar. Ipolyi 1754.). Nova Eccl. anno 1820. aedificata et per Joan. Drengubjak picta anno 1861. renovata fuit.

Anno 1787 in parochiam evecta, adiectis filiabus Babin et Vaňovka. Numerus animarum anno 1787 fecit bis mille.

Series Curatorum:

1. 1787—1801. *Paulus Slavkay* parochus, antea Capellanus Szepeshély. Transivit Lokczam.

2. 1801 4/XII—1802 16/V. *Michael Szmetanay* inter. Administrator.

3. 1802 16/V—1815 14/VIII. *Ferdinandus Crausz* parochus. Obiit 14. Aug. 1815.

4. 1815. *Matthaeus Zarubszky* inter. Administrator.

5. 1815—1857. *Andreas Saliga* parochus. Magnus Orator. Obiit die 12. Febr. 1857.

6. 1857—1858. *Joannes Schidala*, int. Adstor.

7. 1858—1883. *Val. Hutyra*. Obiit die 24. Septembris 1883.

8. 1883—1884. *Josephus Zahorszky* Administrator. Anno 1885. pensione provisus eodem anno obiit Lokczae die 7. Jan.

9. 1884—1895. *Lud. Spiritza* ex Adstore Erdödkensi parochus factus. Obiit die 9-a Jan. 1895.

10. 1895. *Agustinus Klinovszky* e parocho Oláh-Dubovaensi factus parochus Hrustin.

Anno 1903. Catholici 1246. Judaei 39. Scholares 204. — In filiali *Babin* „Eccl. lignea S. Spiritus“ ecclesia haec empta est per Babinenses a Lokczaensibus 35 flnis. In Eccles. inveniuntur Inscriptiones de anno 1647. (Cfr. Vis. Can. Joan. Gasp. Ipolyi). Anno 1903. in Babin Catholici 820. Judaei 22. Schol. 88. Vanyovka Catholici 294. Judaei 4. Schol. 32.

Jablonka. Possessio haec 2088 pedes supra mare Adriaticum sita est. Ad initium saeculi XIV numeravit 4000 animas, anno 1888 600-tis animabus decrevit. — Jablonkenses plura privilegia a Franc. Thurzó electo Eppo Nitriensi et satore Dominii Arva possederunt. — Emericus Thurzó circa annum 1614. introduxit in Jablonka protestantes. V. D. Ministri circa 34 annis in dicta possessione operabantur. Primus nominatur Balthasar Radvanszky; dein Mathias Migra; Venceslaus Adami etiam Adamides a latronibus in parochia 1611 occisus; Mart. Levius; Mich. Stankovich, ultimus Joan. Zahora ab a. 1647—1684.

Ecclesia lignea per Catholicos anno 1597. erecta fuit. A Novatoribus statim occupata possidebatur usque ad an. 1631., quo Catholicis restituta erat.

Parochia Jablonkaensis, propter invasionem Lutheranorum circa 1650., per Oravkaensem parochum usque 1787 — a nunc dicto anno per proprium parochum administrabatur.

Anno 1865 nova domus parochialis erecta fuit.

Series Curatorum:

1. 1787—1795. *Adamus Roszinszky* parochus.

2. 1795—1820. *Josephus Janicsák* antea in Puczó. Obiit die 15. Aprilis 1820. Sepultus in Sanctuario.

3. 1819—1820. *Stephanus Murtsak* Administrator.

4. 1820—1838. *Iacobus Mestyanek* antea in Mutne. Obiit Jablonkae.

5. 1838—1845. *Andreas Szalatkay* parochus. Vice-Archi-Diac. Obiit die 29-a Junii, 1845.

6. 1845—1857. *Josephus Szlamkay* parochus. Obiit die 26-a Octobr. 1857.

7. 1857. *Josephus Hutyra* Administrator, subin capellanus Slavicus in Igló ibique mortuus.

8. 1857—1873. *Mathias Vasko.* Origine Szepes-Almás, antea in Podvilk. Vice-Archi-Diacon. Obiit 3-a April. 1873.

9. 1873. *Georgius Andreidesz* Administrator.

10. 1873—1901. *Franciscus Zvada* parochus tit. Abbas. 1901 factus Can. Scepus.

11. 1903. *Stephanus Pirontsak* parochus.

Anno 1903. Cath. 3597. Judaei 86. Schol. 515.

Knyazsa parochia 1787. erecta, die 11. Aprilis 1858 ad possessionem **Bezine** translata est. Loco antiquae Eccl. in Bezine annis 1805—1811. sumptibus fundi religionis exstructa est nova die 28. Octobris 1811. per Mich. Karpinszky V.-A.-Diacon. et parochum Colono-Dubovaensem benedicta.

Series curatorum:

1. 1787—1795. *P. Nicolaus Kanyicsek* parochiae Knyazsensis et filialium *curator.*

2. 1795—1796. *Joannes Droppa* Administrator.

3. 1696—1832. *Paulus Pivovarnicsek* parochus, obiit 9-a Apr. 1832.

4. 1832. *P. Adalb. Makoviczky* Adstor.

5. 1832—1862. *Andreas Missik.* Emeritus paroch. Bezinensis obiit in Mokray die 29. Martii 1866.

6. 1862—66. *Stephanus Vilcsek.* Obiit Rosenbergae.

7. 1866—1884. *Andneas Tomecsko.* e capellano Szepeshelyensi parochus factus. Obiit die 9-a Junii 1884.

8. *Andreas Csizmár* int. Administrator.

9. 1889—1898. *Josephus Herkely* oriundus e Vavrecska parochus, antea in Alsó-Mattyasocz. Obiit 26. Apr. 1898.

10. 1898—1899. *Martinus Dolyák* int. Administr., transivit ad Puczó.

11. 1899—1900. *Joannes Bajacsek*, a 17. Februarii 1899 parochus; antea fuit in Puczó. Obiit die 18-a Jan. 1900.

12. 1900. *Eugenius Placzner* int. Adstor postea capellanus castrensis.

13. 1900. *Iosephus Klochány* parochus.

Anno 1903. Catholici 358. Aug. Conf. 5. Jud. 7. Scholares 43. — In filiali Bezine Cath. 341. Aug. Conf. 1. Jud. 2. Schol. 30.

Krusetnicza, ab antiquo tempore fuit filialis parochiae Lokczaensis. Anno 1666. habuit Oratorium a protestantibus aedificatum. Krusetnicza cum Lomna anno 1748, parochiae Zakameno-Klin incorporatae fuerunt; tandem anno 1787 in parochiam eveeta. Ecclesiae nunc exstentis fundamenta a. 1811. posita fuerunt.

Series Curatorum:

1. 1787—1795. *Remigius Andreas Gyurtsak*, minorita Adstor.

2. 1795—1797. *Joannes Bellanik* e capellano Thurdoss parochus factus.

3. 1797—1814. *Jacobus Klacsny*, transivit ad Szepes-Relov.

4. 1814—1841. *Joannes Lázár* ex Adstore Zubriczaensi parochus factus.

5. 1841—1843. *P. Adalbertus Makoviczky* franciscanus Adssor.

6. 1843—1848. *Paulus Gromka* parochus. Obiit die 18-a Jan. 1848.

7. 1848—1853. *Daniel Petyerecz* Adstor subin parochus. Transivit ad Rabcsicze.

8. 1853—1866. *Ignatius Sztopka* parochus.

Anno 1866 beneficium resignavit. Pensione donatus, vitam privatam in Zsolna egit, ubi die 10-a Oct. 1874 obiit.

9. 1866—1871. *Carolus Szlopovszky*, convertita, origine Gömöriensis. Anno 1871 transivit ad Rabcsicze, inde ad Vetero-Lubloviam in Scepusio ibique 24-a Septembr. 1901. mortuus est.

10. 1871. *Iosephus Szmolko* inter. Administr. Anno 1872—1873 in Hutty, ab anno 1874 in Pekelnik.

11. 1872—1888. *Emericus Steigauf* parochus. Obiit 5-ta Jan. 1888. *Josephus Huross* parochus.

Anno 1903. Catholici 798. Judaei 29. Schol. 145. — In filiali Lomna oovissima capella SS. Cordis Jesu. Cathol. 693. Jud. 6. Schol. 128.

Mutne. Olim filialis parochiae Rabcsicze. Anno 1787 in parochiam evecta. Eccl. antiqua lignea 1790 erecta. Nova e solido materiali 1875—1876 exstructa.

Series Curatorum:

1. 1787. *Seraphinus et Anacletus* patres e conventu **Trsztenaensi.**

2. 1789—1797. *Paulus Körtvélyesy* parochus. Obiit die 10-a Junii 1797.

3. 1797—1815. *Iosephus Klinovszky*, oriundus e Rabcsicze. 1802. Vice-Archi-Diaconus, subin Canonicus Scepus.

4. 1815—1820. *Iacobus Mestanek* antea fuit in Hládovka, et ex inde transivit Jablonkam, ibique mortuus.

5. 1829—1831. *Ioannes Vrbovszky.*

6. 1831—1836. *Georgius Komaray* parochus. Obiit die 3-ia Aprilis 1836.

7. 1836—1862. *Emericus Pischel* parochus. Obiit die 6-a Julii 1862.

8. 1862(?)—1870. *Iosephus Kovaltsik* origine Podvilkensis. Antea in Mattyasócz.

9. 1870—1872. *Carolus Andássy* parochus. Transivit ad Usztye.

10. 1879—1894. *Ioannes Zsuffka* a 31. Oct. 1879 Administrator et a 9. Junii 1880 parochus. Obiit die 6-a Junii 1894. anno aetatis 70, sacerdotii 48.

11. 1894. *Vendelinus Grappa* parochus, origine Oravkaensis.

Anno 1903. Catholici 1872. Aug. Conf. 4. Judaei 9. Schol. 61.

Novotty. Initia communitatis cadunt in annum 1691. Usque annum 1748 fuit filia parochiae Lokczaensis, praedicto anno fuit affiliata ad Zakamene-Klin. Novotty intuitu impopulationis cito crevit, anno 1787 numeravit ultra mille animas. Anno 1787 in parochiam evecta.

Ecclesia lignea aedificata annis 1789—1790. Haec Eccl. hucusque existit.

Anno 1873 nova parochia expensis fundi Religionis structa fuit.

Primus parochus 1787 fuit *Matthaeus Bossak.* Illo tempore Mutne caruit Eccl. ac parochia; miser parochus ibidem multa est perpessus; obiit post trienium die 2. Maii 1790., anno aetatis 35.; sepultus in Zakamené-Klin.

2. 1790—1801. *Michael Szmetanay* parochus.

3. 1802. *Stephanus Szmolen* Administrator.

4. 1803—1808. *Joannes Répássy* Administrator.

5. 1808. *Iosephus Klinovszky* Adstor, una parochus Mutnensis.

6. 1808—1812. *Andreas Duzsek.* Transivit ad Hnilcsek.

7. 1712—1823. *Iosephus Matkovcsik* primis annis Adstor, subin parochus.

8. 1823. *P. Rudolphus Kiska* Adstor.

9. 1824—1831. *Nicolaus Kromka* parochus, discessit ad Veszele.

10. 1832. *P. Barn. Zelinka*, franciscanus Administrator.

11. 1832—1843. *Matthaeus Labancz* parochus. Transivit ad Vikartócz, in Scepusio.

12. 1843. *P. Adalbertus Makoviczky* franciscanus Administrator.

13. 1843—1848. *Alexand. Timcsák* parochus.

14. 1848—1857. *Nicolaus Laczko* parochus.

15. 1857—1863. *Ioannes Zsuffka* Adstor.

16. 1866—1894. *Ignatius Szlaby* parochus. Anno 1894 beneficium resignavit.

17. 1894—1897. *Bernardus Sommer* Adstor.

18. 1897—1900. *Iosephus Zosztyák* parochus, transivit ad Thurdossin.

19. 1900. *Vendelinus Schwarcz*, saecularisatus pater Ord. S. Franc. Adstor.

Anno 1903. Cath. 1494. Aug. Conf. 1. Judaei 39. Schol. 265.

Pekelnik. Possessionis Pekelnik mentio fit circa annum 1650. Pekelnik ab antiquo fuit filia Jablonkaensis Tempore reformationis spectavit ad Oravkam. Ecclesia lignea 1749 benedicta fuit, quam Jac. Oskvarek, Sophia Pekelniczky et Thomas Gyurtsak propriis sumptibus erexerunt. Moderna Eccles. exstructa est anno 1879—1880. Habet duo Altaria: maius S. Jacobi, et laterale S. Rosarii.

Series Curatorum:

Nota. Zsasskó, filialis ad Nagyfalu, olim mater. Habet Ecclesiam antiquam S. Elisabetae dedicatam. Habet Baptisterium. Ad hanc Eccliam anno 1713 — teste Can. Vis. Pauli comitis Zichy — spectabat Komjathna et Olah-Dubova. Modo omni die Domini et testo divina ibidem asservantur. Defunctus Eppus Lad. Zabojszky voluit Zsasskó in matrem evehere, quo fine propriis sumptibus domum pro parocho exstrui curavit, ast morte praeoccupatus, desiderium in effectum deducere non potuit. Domus haec de praesenti pro schola Catholica inservit.

CAPUT IV.

Ad Initia, Progressus etc. pag. 275 et 442.

Capellani, Cooperatores, Praebendati.

Joachimus Luzsenszky, natus 20-ma Martii 1603 praepositus Scepusiensis ab anno 1676 usque † 6-tam Febr. (ante horam nonam matutinam vivere redesiit) in testamento suo, quod die 20 Februarii, 1680 condidit, puncto 5-to legavit *Simeoni Bryniam* capellano (praepositurali) Missale antiquius et 25 flnos. (Confer. Arch. Capit. Scep. priv. Scr. XII. fasc. 1. nro 9.)

Ad Initia, Progressus etc. pag. 358.

Andreas Nicolai de Odorino.

Super promotione Andreae Nicolai de Odorino de gradu Dyaconatus, in gradum Presbyteratus Anno 1412.

Nos frater Johannes Ordinis Fratrum Cisterciensium Dei et Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Samaritanus tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Anno Domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo Honorabilem virum Andream Nicolai de Odorino Artium Liberalium eximium Magistrum eoque tunc Sublectorem ecclesiae Strigoniensis Reverendissimi in Christo Patris et Domini Domini Johannis miseratione Divina Archiepiscopi predicte ecclesie Strigoniensis per Reverendissimum in Christo patrem Dominum Benedictum Ordinis Fratrum Scti

Augustini Heremitarum Episcopum Syndoniensem Sabbato quatuor temporum, quo canitur Divinum officium *Intret Oratio.* In eclesia Strigoniensi sacros clericorum Ordines celebrantes de ordine Acolitatus in Subdiaconum promotum, scientijs vitae moribus et conversatione suis laudabilibus Nosque de mandato et speciali comissione eiusdem Reverendissimi in Christo patris et Domini Domini Johannis Archieppi praedicti in sua Ecclesia praenominata Strigoniensi, Anno supradicto Sabbato Quadragesime quo cantatur Divinum Officium *Sicientes* sacros Clericorum Ordines iuxta formam ac ritum sancte romane ac universalis ecclesie celebrantes, predictum Magistrum Andream clericum Strigoniensis dyoecesis, de gradu Subdiaconatus in dyaconum, et tandem sequenti Sabbato immediate sancto Pasche eiusdem Quadragesime, prenominatum Magistrum Andream de Gradu dyaconatus, in gradum presbyteratus divina gratia nobis suffragante promovimus. In cuius rei testimonium presentes litteras Sigilli nostri autentici munime pendentis appositione fecimus roborari. Datum et Actum Anno die et loco quibus supra. (V.-Arch. Regnic. Scepus. Capsa I. Fasc. I. nro 12. Originale in pergamena. Sigillum deest).

Ad Initia, Progressus etc. pag. 383 et 384.

Joannes V. Horvath de Lomnicza.

Joannis de Lomnitza, mandatum contra Lutheranos datum Scepusii (Szepeshely) anno 1524.

Ioannes de Lomnitza, Praepositus Scepusiensis, ac Sedis Apostolicae Protonotarius, eiusdem loci or-

dinarius electus, Venerabilibus et discretis viris, ecclesiae nostrae Capitulo, Venerabili Seniori ac Vice-Seniori, Fraternitatum XXIV Regalium superioris et inferioris Hernath, superioris et inferioris Poprat, Dunavitz et Liblau, omnibus aliis et singulis Presbiteris, tam secularibus, quam regularibus, religiosis, Plebanis, Vice-Plebanis, diuinorum rectoribus, Capellanis, Vicariis, Altaristis et verbi Dei concionatoribus aliisque sub dicta iurisdictione Scepusiensi constitutis, salutem et sinceram in Deo charitatem.

Certo vobis persuademus, factionem Lutheranam, in quam nunc plerique Christianorum sine discretionis iudicio proni ruunt, sua sese temeritate, dudum in interitum praecipitaturum fuisse, quod adhuc futurum (vbi Deo placitum erit et flagellum iracundiae suae clementer auerterit) minime dubitamus. Non enim in perpetuum irascetur aut misereri obliuiscetur ipse, cuius miserationes super omnia opera eius, nec sinet Ecclesiam suam, procellosis haereticarum tempestatum fluctibus qussatam, naufragium pariter pati, qui eam super firmam petram aedificari. ac sanguine tot millium martyrum consecrari, voluit. Quo enim pacto labes haec pestifera diuturna esse possit, quae tantum exsecrabilium abominationum aceruum, in eandem Ecclesiam, illabatam Christi sponsam, inuexit? Quandoquidem, qui eius sectae studiosi sunt, mortiferis declamationibus, pia simplicium Christianorum corda vulnerantes, sacro sancta missarum sacrificia, ut tetram abominationem, inaudita temeritate, execrantur et animo eam abrogandi, adeo pudendis conspuunt verbis, ut referre pudeat. Ecclesiastica etiam sacramenta, pro sua libidine abiiciunt, foecunditatem ventris tan-

tis praeconiis efferunt, vt virginitatis candorem plane damnare videantur; et ob id sanctimonialium et monachorum claustra aperire iubent; vt, violato castitatis voto, egrediendi et nubendi cuique fit facultas, sacerdotibus pariter nuptias, sua temeritate permittentes. Domini Nostri Iesu Christi crucifixi et sanctorum statuas deiicendas et incinerandas impio ore praedicant et praesertim genitricis et gloriosae Virginis Mariae, de qua veteres cantiunculas et laudum praeconia, tanquam sacrilegia, dici vetant. Papam, Episcopos, Presbyteros, Monachos, Deo dicatas virgines et totum clericorum coetum, vt laicis inuisiores reddant et statum ecclesiasticum deiiciant, multa ignominia afficiunt et infami contaminatione inaniter contaminant, Reges praeterea ac Principes et quoslibet in summitate constitutos, quos Apostolus, etsi improbi sint, venerari iubet, maledicto ore lacerant; et dum vitia, quibus plane universus scatet orbis, arguere contendunt, caeremoniarum superfluitatem amputare et cuncta ad normam Apostolicae traditionis innovare volunt: Totam Christianae religionis sinceritatem et observantiam veterem pariter conculcant, ut propterea, reiectis constitutionibus humanis, solam Evangelicam doctrinam adstruant; facultates legum et canonum sanctiones abrogant, ac christianae libertatis praetextu, quidquid libet, licere arbitrantes, tam ecclesiasticam, quam temporalem iurisdictionem ac censuras petulanter contemnunt, satisfactionem, confessionem, purgatorium, poenitentiam, ieiunia, horas canonicas et pias alias precationes, sanctorum suffragia animarum commemorationes et indulgentias, tamquam humanas inventiculas, meras nugas et pecuniarum aucupia, lu-

dibrio habent. Turbato itaque rerum ordine, obedientiam dominis subtrahunt, sectas inducunt, tumultus excitant, ac coelum et terram miscentes, omnia confundunt et tamen haec cum tam impia tamque enormia sint et sua absurditate cuius christiano merito execrabilia videri debeant, habent tamen suos pertinacissimos assertores, non modo laicos, (quod non sine dolore ingenti recensemus) sed sacerdotes quoque tam religiosos, quam seculares, qui ordinis et professionis saue immemores, ea, tamquam sancta et a Spiritu sancto profecta, amplectuntur magno studio, ac plebi amplectenda persuadent; eamque, tum in damnationis abyssum, miserando rapiunt spectaculo, sicque in doctrinam Lutheranam feruntur praecipites, ut, quidquid Lutheranum audiunt, mox evangelium putent, quidquid ex Luthero, non Evangelio alienum esse arbitrantur; et cum authoris sui plerique doctrinam aut non viderint, aut visam minime intelligant; pro ea tamen asserenda, non pro veritate, in ebriis compotationibus inter scyphos crassa inscitia et incompositis clamoribus pertinaciter digladiantur; etiamsi sentiant, nec se, nec alios, nova hac professione sua, vel hilo reddi meliores, immo magna peccandi licentia longe, quam fuerunt, deteriores. An nihil prorsus ambigendum est, criminum nostrorum magnitudinem tantum aerumnarum cumulum nobis invexisse, utpote, alias innumeras calamitates incessanter patimur: ut — — — perniciosissimo etiam hoc religionis dissidio longe gravius a Domino affligamur, nimirum, ut, qui corporum temporali castigatione non resipiscimus, terribili quidem, sed iusto Dei iudicio, horrenda animarum morte, divinam manum sentiamus et haereticae perfidiae ve-

neno necati, in profundum damnationis baratrum miserabiliter provolvamur. Nos ergo cum videamus, teterrimam hanc pestem, contagionis suae virus in dies latius spargere et grassando crescere, adeo, quod electi quoque nutare videantur, fomitem suggerentibus his, qui effrenem debachandi licentiam merito cohibere debuerunt: religionis zelo et pastoralis officii solicitudine permoti, diutius rem dissimulare, aut silentio praeterire non possums, metuentes, ne de manu pastoris sanguinem omnium suarum requirat Dominus, neue silentio Vestrae coinquinationis huiusmodi participes esse videamur, mandatis praeterea Apostolicis, seu apostolicae sedis ac Regiae Maiestatis, ut debemus, obtemperantes et orthodoxae Ecclesiae nos conformare volentes, Vos omnes per viscera misericordiae Domini nostri Iesu Christi obsecramus, ac per iustum et horrendum eius iudicium obtestamur et praeterea autoritate nostra ordinaria paterne requirimus et monemus, atque in virtute sanctae obedientiae firmiter et districte praecipientes mandamus, primum, ut piis vestris et populi suplicationibus misericordem Deum devotissime precemini, ut, ablata praemissorum malorum caussa, peccatorum videlicet nostrorum sarcina, flagellum pariter indignationis suae a nobis miseratus amoveat, Principibus Christianis et Ecclesiae toti, tempestatum turbine agitatae, salubriter consulat, pacem concedat, populum pretioso filii sui cruore redemtum divino suo spiritu vegetet, in unitatem fidei reducat et a perditionis interitu misericorditer eruat; deinde ut eundem populum curae vestrae creditum, (omnes et singulos tam sacerdotes clericos, utriusque sexus laicos diligenter hortamur) salutari admonitione

et verbo doctrinae, non maledicentiae furore, inducatis, ne deinceps supra dicti Lutheri dogma, privatim aut publice, asserere, docere vel de eo contendere, aut decertare ullo pacto audeant, nec vos ipsi audeatis, nec quemquam in Ecclesiis, domibus, congregationibus Vestris, aut alibi, id facere permittatis, sed, quoad fieri potest, prohibeatis, ac veterem Ecclesiae ritum, a Christi Apostolis et sanctis subinde inductum patribus, divini Numinis instinctu, salubriter inductum et a multis iam seculis magno totius orbis Christiani consensu religiosissime observatum, teneatis et tenere faciatis, ne quidquam, quod ecclesiastica institutum est auctoritate, vestra violare, aut mutare praesumatis temeritate, nec, quantum in vobis est, ab aliis mutare sinatis. Si quis paternam hanc monitionem nostram supino fastu contemserit et Christi Ecclesiam pernicioso schismate scindere perrexerit, perpetuam illi maledictionem imprecamur, ipsumque diris execrationibus devoventes, excommunicationis sententiae, iraeque divinae ac districto Dei iudicio diiudicandum destinamus, certificantes nihilominus omnes et singulos huiusmodi mandati transgressores, quod, iuxta mandatum summi Pontificis ac Regiae Maiestatis contra spirituales omnes, ad beneficiorum privationem et carcerum deputationem, ac bonorum Fisco et Ecclesiae nostrae deputandorum; seculares vero, ad confiscationem bonorum omnium tam mobilium quam immobilium, pro Fisco Regiae Maiestatis applicandorum, ac ad alias poenas in mandato Regio contentas, dante Domino, procedemus. Volumus autem praemissa ad omnium et singulorum, quorum interest, notitiam deducere et has nostras literas, a vobis et aliis sacerdotibus descriptas,

de vicino ad vicinum Plebanum, cum executionis nota, ut moris est, mitti et a novissimo tandem ad manus Doctoris nostri, ad montem divi Martini, reddi. Datum Scepusio ex curia nostrae solitae residentiae montis sancti Martini, sub testimonio sigilli nostri, die solis, vigesima mensis Augusti, anno Domini, millesimo, quingentesimo, vigesimo quarto.

Aliud Domini Praelati contra haereticam huius temporis factionem mandatum datum Leutschoviae anno 1542.

Ioannes de Lomnicza, Praepositus Scepusiensis, Regiae Maiestatis Romanorum, Ungariae, Bohemiae etc. Secretarius, Consiliarius etc. Universis Fratribus et singulis Venerabilibus, Honorabilibusque Dominis, Capitulo ac Vicario Eccliae nostrae Scepusiensis, ac ceteris Plebanis, Parochis, Altaristis, Capellanis ac aliis cuiuscumque officii et gradus Presbyteris ac Clericis, in hac provincia Scepusiensi ubiuis constitutis, praesentes visuris et audituris, salutem et omne bonum. Palam est omnibus, truculentissimus religionis nostrae hostis, quam fervida crudelitate in christianos, praesertim in huius regni incolas, saeviat, qua ambitione et cupiditate id sibi subiicere conetur, quamque firmissime sese in viscera huius regni non immerserit modo, sed etiam ingesserit, ut illud sibi perpetuum et haereditarium faciat: quae omnia Deus optimus maximus (cui honos et perennis gloria debetur) ob omnium nostrum delicta admittit. Operae pretium itaque est, si illius clementiam immensamque misericordiam deprecari volumus, tantique tyranni impietatem subterfugere et declinare, ut omnes, precibus, vigiliis, ieiuniis, aliisque pietatis promotionibus humiliemur, eaque omnia agamus, quibus Dei

optimi iram mitigemus, etsi iam passim sciatur, Regiam Maiestatem Dominum nostrum clementissimum, caeterosque Principes Christianos, arma contra dictum hostem movisse, idque, ut nobis persuademus, divino instinctu agi, quorum et consilia et gesta, ipsa Deitas secundare dignetur! Et ob id dignum est, veterum patrum Christianorum exemplo, perinde atque praescripsimus, ut precibus, vigiliis, eleemosynis, processionibus ad Deum coeli et terrae clamemus sedulo, quo in populum suum misericordia uti dignetur, nostroque Principi, cum caeteris Christianis Principibus, victoriam in hostem communem tribuere. Ad quem si firma fide candidaque, mente conuersi fuerimus, dignabitur nos gratia sua, dignabitur optatissima quiete et securitate, dignabitur denique omni felicitate. Quare vos universos et singulos virtute salutaris obedientiae monemus et eisdem ex officio pastorali committimus, ut mox, visis praesentibus, singulis feriis secundis, quartis et sextis, singulis hebdomadis, in ecclesiis, parochiis ac sacellis Vestris, processiones devotissimas facere cum solitis sanctorum invocationibus, orationes pias et cantus ad implorandam Dei misericordiam, tum pro victoria christiana, celebrare, ac itidem in singulis missis et divinis officiis horisque canonicis facere, praeterea in omni concione populum ad id exhortari, piis exemplis invitare, non deficiatis. Perinde intelligimus inter vos emersisse, qui, neglectis prioribus sanctis constitutionibus Ecclesiae Catholicae et Apostolicae, impiissimos quosdam et ab omni pietate alienissimos errores sequuntur et qui iam concionatores admittunt peregrinis doctrinis populum seducentes, qui iurisiurandi sui nobis praestiti ac candoris obliti,

ea docere aut obseruare audeant, quibus pietatem Christianam supprimunt; quod nec Caesarea, nec Regia Maiestas praefata, in suis Principatibus admitti mandant; ob id vestrae fraternitates, sub amissione vestrorum beneficiorum, quocunque nomine censeantur et sub punitione personarum vestrarum hortamur, eisdemque mandamus, ut nullum talem intra vos toleretis, vel, si quem sciretis eius farinae, volumus, sub eisdem poenis nobis significetis, in quos nos ex officio nostro animaduersuri sumus, nec patiemur eiusmodi scandali errorumque seminatores augeri sub nostro officio et iurisdictione. Praeterea dicuntur esse nonnulli inter vos, qui, spretis Christianorum et Ecclesiae conciliis, qui abiectis Praelatorum suorum auctoritatibus, suapte pertinacia audent communicare populum sub utraque, quum eius generis constitutio non pertineat ad eos, sed ad primores, quibus id negotii concreditum est. Itaque committimus sub praescriptis poenis, ut ad id nullus vestrum, neque publice, neque seorsim, neque clandestine sese audeat immittere et id sibi vindicare, quandoquidem sciat in sese certo animadverti; talesque ut nobis describantur, vobis et cuivis Vestrum iniunctum esse scitote; secus ne feceritis, si praemissam animadversionem evitare cupitis. Datum Leutschoviae sub sigilli nostri testimonio, ex aedibus nostris, vigesima secunda mensis Iulii, alias, in feriis diuae Magdalena, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo.

Idem qui supra Mpra[1]

[1] vide Ioannis Rabini Memorabilia Eccl. Aug. Conf. in Regno Hungariae etc. Posonii, 1789. pag. 403—412.

Ad Initia, Progressus etc. pag. 478., 479.

Joannes Chrisosthomus Desewffy de Csernek.

János Kristof (Desewffy) 1730-ban lépett be a jezsuita szerzetbe Kassán, 1740—1743-ban végezte a theologiát, 1744-ben páter és 1761—1762-ig szepesi kanonok. — 1742-ben adta ki Kassán „Justa funebralia Excell. Domini Stephani Desőffi" czimü ódáját. (Cfr. Cserneki és Tarkeöi Dessewffy család Dessewffy Sándor csanádi püspök megbizásából irta és kiadta Éble Gábor. Budapest, 1903.)

Ad Initia, Progressus etc. pag. 548.

Franciscus Liptay.

Obiit anno aetatis 90-mo; Sacerdotii 66; Canonicatus 41; Sacerdotii Jubilaris vero anno 16, Nestor Dioeceseos, die 11-ma Octobris anno 1903. Sepultus die 13-ia Octobris in Crypta canonicali. A 5-ta Junii (1863) qua in canonicum nominatus fuit, usque 11-mam Octobris 1903, supervixit 16 canonicos. Vixit sub sex Eppis, ex quibus tres: a) Bélik Joseph. † 5-ta Martii 1846. b) Jokelfalussy Vinc. † 1874. et c) Lad. Zabojszky † 11. Nov. 1870. mortui sunt; tres vero in vivis existunt: Samassa Jos. Archi-Eppus Agriensis, Császka Georg. Archi-Eppus Coloczensis et Szmrecsányi Paulus Eppus Magno-Varadiensis.

Electio Vicarii Capitularis.

Facta die 1-ma Julii, 1903 per Dioecesanum Jurisdictionis ordinariae resignatione, Sedes Episcopalis

Scepusiensis vacans reddita est. Capitulum Scepus. ad mentem SS. Canonum (Conc. Trid. Sess. XXIV. cap. 16. de Ref.) in unum congregatum in Consistorio die 3-tia Julii 1903, in domo habitationis Praepositi Maioris, asservato: postquam Ill. ac Rev. *Franciscus Liptay* Praep. Mai. ob provectam aetatem electionem sui depecratus fuerat; Ill. ac Rev. D. *Paulus Richnavszky* Lector Can., Scepus. ab anno 1894. Vicarius et Causarum Auditor Generalis Episcopalis electionem sui in Vicarium Capitularem ob gravem ac diuturnam infirmitatem non acceptavit, sicque Ill. ac Reverend. D. *Ferd. Fertsek* custos can. concordibus suffragiis in Vicarium Capitularem electus est.

Ad Initia, Progressus etc. pag. 553

Paulus Richnavszky.

Obiit die 23-ia Januarii 1904 anno aetatis 68-vo, sacerdotii vero 45-to in Lőcse, ubi fine curandae valetudinis morabatur. — Sepultus in Szepeshely die 25-ta Januarii 1904 in Crypta canonicali.

Ad Initia, Progressus etc. pag. 560.

Paulus Szmrecsányi.

Postquam Excellentissimus ac Illustrissimus Dominus Paulus Szmrecsányi a 15-ta Maii, 1892. Dioecesi Scepus. praefuerat, die 10. Maii anno 1903 ad Eppatum Magno-Váradiensem translatus est. Translatio per Leonem XIII. in consistorio die 25-ta Junii eiusdem anni Romae celebrato ratihabita fuit. — Die 26-ta

Junii singulo canonico valedixit, 27-ma Junii ex Capitulo ad tempus ad castrum Savnik discessit, et die 1-ma Julii 1903. Dioecesi cui undecim et quod excedit annis praefuerat, offose valedixit. — Ex Savnik die 23. Sept. 1903. discessit et die 8-va Octobris, e. a. solenniter in Cathedralem Ecclesiam Magnováradiensem introductus fuit.

Translato Exc. ac Rss. D. Paulo Szmrecsányi ad Sedem Episcopalem Magnováradiensem, Sua Maiestas Sacratissima Franciscus Josephus I Rex Hungariae Apostolicus, ope altissimae resolutionis ddto 6-tae Aprilis 1904 in Episcopum Scepusiensem clementissime nominare dignatus est: Illm ac Rssm D.

Alexandrum Párvy

consecratum Eppum Carpasiensem, Abbatem S. Aegidii prope Felnémeth, Metropolitanae Eccl. Agriensis Canonicum, Exc. ac Rss. D. Archi-Eppi Metropolitae nostri in Pontificalibus Auxiliatorem et Canonicum a Latere, SS. Theologiae Doctorem, Lycei facultatis iuridicopoliticae Directorem, Praesidem examinum fundamentalium et Status, Examinatorem prosynodalem, C. et R. Capellanum Aulicum ad honores, in Reg. Scient. Universitate Budapestiensi facultatis Theologicae Socium Collegiatum, Societatis S. Stephani classis Scient. et Litteriae Socium.

Cancellaria Dioecesana.

Sede Episcopali a 1-a Julii a. 1903 vacante.

Vicarius Capitularis

a 3-ia Julii 1903.

Ferdinandus Fertsek

Custos Canonicus etc.

Secretarii: Doctor *Franciscus Rolny* S. Sedis Consistorialis Notarius etc.

„ Doctor *Martinus Kheberich* S. Sedis Consistorialis Vice-Notarius et Camerarius Pontificius.

CAPUT V.

MEMORABILIA QUAEDAM SCITU DIGNA CAPITULUM SCEPUSIENSE CONCERNENTIA.

Introductio Praepositorum.

Ab antiquissimis temporibus moris fuit, quamprimum Capitulo officiose innotuerat, quemdam in Praepositum nominatum fuisse, unum aut duos e gremio sui litteris Credentionalibus provisos ad locum commorationis novi Praepositi exmittere, qui nomine Capituli Praepositum salutarent, — et ab eodem diem adventus unaque rescirent, quo ordine quave Ceremonia ingressum in praepositurarn institui, in specie num ad normam priorum Praepositorum processionaliter ingressum ad Capitulum celebrare velit.

Introductio solennis novi Praepositi sequenti norma fiebat.

Praeposito Capitulo appropingvanti Equites ex nobilioribus saecularibus personis obviam iverunt obvianti Praeposito Equites se accluserunt et ad domos inferiores Capituli adduxerunt. Tardius dum moenia erecta fuerant, ante portam inferiorem Equites cum Praeposito substiterunt, ubi Canonici Rochetis et Mucetis induti Praepositum exceperunt.

Hinc processionaliter cum Tubis et Tympanis ac pulsu Campanarum, praeferente uno e presbyteris cruce argentea, quem primo parochi ex vicinioribus locis, in eum finem constituti, dein Canonici sequebantur, quibus etiam nobiliores personae ac populus ex vicinioribus possessionibus pro solennitate confluentes se adiunxerunt, novus Praepositus ad Ecclesiam deducebatur.

Hic praevie disposita Eidem sede tapetibus exornata ad cornu Evangelii maioris arae locum occupavit; ad cornu vero Epistolae aliam sedem ex opposito accommodatam delegatus Archi-Eppi Strigoniensis, vel alius aliquis ex statu Clericali ordinarie unus e Canonicis Scepus., qui Praepositum installavit, tenuit.

Occupatis Sedibus per concernentes unus e Canonicis Capituli — potissimum Cantor — cum bireto et Rocheto ad aram maiorem constitutus, Praepositum latino sermone salutavit.

Finita salutatione in praesentia delegati Archi-Eppi Strigoniensis, per Notarium Capituli, tum Regiae Collationales Litterae tum Decretum Archi-Eppali exercendae per terram Scepusiensem potestatis spiritualis seu Vicarialis publicabantur; quibus peractis „Te Deum“ per Praepositum intonabatur, postmodum autem Praepositus Professionem fidei ac iusiurandum iuxta formam in statutis praescriptam ante summum altare elicuit. Postea novus Praepositus cum assistentia Canonicorum solenne Missae Sacrificium celebravit, ac demum processionaliter ad Residentiam deductus fuit.

Hac norma installatus fuit Alexander Máriássy de Marcustalva. — Advenienti Capitulum die 7-ma Septembris 1745 e gremio suo duos canonicos Van den Driesch et Thomam Vatter Szepesolaszinum, ubi in parochia Praepositus noctem exegit, obviam misit.

Sequenti die 8-va Septembris horis ante meridianis dictus Praepositus solenniter ad Eccliam S. Martini deductus, ibidemque per Jacobum Répássy Can-

torem Canonicum salutatus et per Petrum Castellain canonicum Scepus. tamquam delegatum Archi-Eppi Strigoniensis solenniter installatus est. (Confer. Prot. Winkler folio 229—233).

Anno 1755. Carolus Zbisko de Kis-Kolacsin, ad tabulam regiam septemviralem assessor, fuit in Praepositum Scepusiensem nominatus. Capitulum Pestinum Joannem Borsay Lectorem Canonicum pro salutando neonominato Praeposito misit. Inter caetera puncta instructionis quam Borsay a Capitulo accepit, occurit, velit a Praeposito rescire quo ordine, quave ceremonia ingressum suum in Praeposituram instituere velit.

Zbisko, in Serie Praepositorum Scepus. quadragesimus quartus ac ultimus, expresse declaravit, ut ad normam priorum praepositorum hucusque usitatam introductio instituatur.

Ex Eppis quantum auctori innotuit huic normae — mutatis mutandis — se comes de Réva Eppus Scepus. (1787—1806) accommodavit. (Conf. Initia pag. 503. sub 1.).

Nostris temporibus neonominati Praesules aliquot diebus prius in castro Savnik condescendunt, inde pridie statuta die vespertinis horis ad Residentiam comparent et sequenti die ex residentia processionaliter ad Ecclesiam deducuntur, ubi praescripto modo Installatio peragitur. Finitia solennitate neoinstallatus Praesul in processione ad Residentiam reducitur.

Installatio Canonicorum.

Utrum Canonici Scepusienses primis temporibus Praepositurae, respective sub Adolpho primo Praepo-

sito Scepus., medio Decreti vel vero simpliciter tantum, facta per Praepositum viva voce declaratione, pro stallo Canonicali praesentati fuerint, auctori non innotuit, id tantum certum est, quod primis temporibus erectae Praepositurae, Praepositi ad lubitum sibi Canonicos adlegerint. Usus hic usque ad XVI saeculum duravit. Saeculo XVI potissimum Archi-Eppi Strigonienses pro Canonicali Stallo praesentarunt. A saeculo XVIII erga trinam Praepositionem Ordinarii per Regem Apostolicum Canonici nominantur.

In quantum ex tardioribus praenotationibus auctori innotuit, antiquissimis temporibus Installatio Canonici simpliciter peracta fuit.

Neonominatus certa die comparuit in Capitulo et denominationem suam Canonico lectori insinuavit, per quem ad Ecclesiam deductus et habita per cantorem canonicum brevi allocutione ad competens stallum introductus fuit. Juramentum ac professio fidei, quam neonominatus nunc elicit, tantum tardius occurrit.

Nostris temporibus neonominati Canonici installatio sequenti modo peragitur:

Denominatione facta, Ordinariatus Praeposito Capituli ad notitiam perfert, unaque nominatum de altissima nominatione certum reddit.

Praepositus neonominatum scriptotenus — si extra Capitulum moratur — pro capessendo Stallo inviat.

Quamprimum nominatus altissimas Collationales Regias percipit, has Ordinario fine institutionis Canonicae seu investiturae substernit. Fundamento Collationalium Ordinarius nominatum in vacans (competens) Stallum in sensu Statutorum Capitularium per

Capitulum introducendum disponit. Ita provisus Collationales nominatus Lectori Capituli praesentat.

Praefixa in cointelligentia cum Praeposito per nominatum die, mane ante octavam horam in Sacristia Ecclesiae Cathedralis comparet. — Finita in choro Prima et Tertia, neonominatus ante stalla Canonicalia se sistit, tenens in manibus Quadratum et Mucetum coloris competentis, — si vero novus canonicus ante sui in Canonicum nominationem tit. Abbatis vel Praepositi honore iam decoratus fuit, Muceto indutus ante Stala Canonicalia consistit. Postquam per unum e canonicis Collationes Regiae clara voce perlectae sunt, neonominatus per Cantorem Canonicum brevi allocutione salutatur, finita salutatione per installantem neonominatus provocatur, ut Mucetum assumat et Stallum competens occupet, quo occupato novus Canonicus brevem in eo moram exigens, mox procedit in comitiva duorum Canonicorum ad infimum gradum arae maioris, ubi elicit professionem fidei, iusiurandum, denique Te Deum laudamus intonat, finitis Orationibus recedit ad Sacristiam, ac ipsa adhuc die, (assumpto pallio ecclesiastico) singulo canonico personaliter suam reverentiam exhibet.

Controversia
inter Joannem Sigrai Praepositum Scepusiensem et Cardinalem Ducem de Saxonia Archi-Episcopum Strigoniensem.

Joannes Sigrai Praepositus Scepusiensis primordio obtentae et aprehensae Praepositurae Scepusiensis sub Leopoldo a Kollinits Archi-Episcopo Strigoniensi in Investituris, parochis Scepusiensibus per Eundem elargitis, — ut id e documento Investiturali die 13-ia Martii 1711 Michaelis Goldberger parochi Müllenbach et filialis Ó-Leszna — elucet Vicarium Causarumque per Terram Scepusiensem Auditorem Generalem, uti ille praetendebat, Privilegialium Praepositurae Scepusiensis scripsit, adhibita formula „Authoritate itaque nostra Ordinaria, quam in collatione huiusmodi parochiarum habere dignoscimur. Te ad singularem commendationem et praesentationem canonice instituimus et confirmamus dando et concedendo Tibi easdem parochias“ etc. etc.

Ad onus responsionis per Cardinalem Ducem de Saxonia tractus Sigrai respondit: Jurisdictionem sibi per Terram Scepusiensem ordinariam et quidem in antiquis Bullis pontificiis, signanter Pii II-di et Leonis X-mi aliisque documentis fundatam competere, ac se tamquam Ordinarium in Literis Investituralibus nonnullis parochis extradatis scribere.

Quo comperto, quod scilicet Praepositus Sigrai Ordinariam et quasi Episcopalem Jurisdictionem sibi vindicare studeat: Christianus Augustus Cardinalis ac Archi-Episcopus Strigoniensis tamquam Dioecesanus, ne videatur Juribus suis tacite renunciare et cedere, primum omnia acta et facta ex praetensa sibi per Sigrai Vicariali facultate vel aliter qualitercunque emanata mediante Decreto Cassatorio die 28-va Septembris 1711 ad Capitulum Scepus. directo mortificanda ac annullanda esse decrevit — unaque Matthiam Winckler Lectorem et Canonicum Scepusiensem Vicarium in Spiritualibus et Causarum Auditorem Generalem in partibus Scepusiensibus dependentem a

Vicario Strigoniensi Ladislao Pyber, nominavit et ab omnibus pro Vicario habendum et agnoscendum esse praecepit.

Postquam Sigrai Decretum Cassatorium per Fraternitates et Districtus Scepusienses publicandum fore intellexisset, Capitulum, ut se respectu tantisper differendae praemisi Decreti publicationis et executionis — quoad videlicet commode Jura sua reproducere poterit — apud Cardinalem Archi-Episcopum interponere velit. Capitulum precibus Praepositi detulit et ad Cardinalem in sensu requisitionis Sigrai scripsit.

Sed frustra, quia Archi-Episcopus directis ad Capitulum Scepus. litteris Posonio ddto 20. Novembris 1711. severe disposuit, ut transmissa decreta absque mora per fraternitates, seu Districtus Decanales Scepusienses publicarentur, relicta facultate Praeposito quatenus ea omnia proponere possit, quae in defensionem similium attentatorum suorum producenda habet et producere velit.

Quibus cum Sigrai communicatis, ac in litteris post aliquot septimanas a Cardinale Archi-Episcopo supervenientibus: Sigrai ad Archi-Episcopum pro accommodatione sui negotii Stephanum Lowiskovics Custodem Canonicum Scepus. ablegavit.

Cum tamen personalis praesentia ipsius Praepositi Srgrai requiretur, ipse Posonium profectus est, ibique controversia respectu Jurisdictionis Ordinariae, quam sibi vindicaverat composita, in eundemque Officium Vicariatus Generalis Scepusiensis, quod hactenus Mathias Winkler canonicus administraverat, mediante Decreto ex Monasterio Tallensi ddto 17-ma Januarii 1712 denuo translatum est.

Caeterum Sigrai-um cum Cardinale Duce de Saxonia hanc compositionem iniisse serius poenituit. Ex litteris Capituli Scepusiensis die 16-ta Octobris, anno 1713 ad Cardinalem missis patet. Sigrai Praepositus scilicet coram Capitulo declaravit: „se contractum viribus ac senectute, reliquum suae aetatis, dimissa Praepositura Scepusiensi, in Collegio PP. Piarum Scholarum Podolii (Podolini) Deo consecrare velle.“ — Item ex recognitionalibus attestatoriis Capituli Scepus. Cardinali Archi-Episcopo feria 3-ia post Dominicam IV-tam SS. Trinitatis anno 1712 transmissis, secundum quas Sigrai praesentiendo se incampacem et insufficientem ad Jura sua, Privilegiaque antiquitus iam eidem Praepositurae attributa et concessa, defendenda, resistendumque hoc in passu tanto Monarchae (Archi-Praelatum Strigoniensem Cardinalem Ducem de Saxonia intelligendo), cum experiatur etiam promissionis Eiusdem Suae Eminentiae, in transmissione ad Curiam Romanam Privilegiorum Praepositum concernentium, ibidemque procurandae revisionis aut confirmationis nullum subsecutum effecturum, allegando praeterea se pertesum esse expertarum hactenus inquietudinum et molestiarum, quas hucusque ob cuiusdam Parochi et Religiosorum quorumdam[1] in Parochiis nonnullis exi-

[1] Constantinus Allemann Servorum B. M. V. religiosus parochus Szepes-Sümegh, quem Sigrai Praepositus Scepus., ob horrenda patrata publica scandala vinculis constrictum in carceribus detinuit; Dimar Regis Poloniae collonelus et Comandans Militiae in XIII oppidis, contra mentem Praepositi protexit, (volens eundem brachio militari e carceribus liberare). — Item Dimar quemdam professum Fratrem Misericordiae Religiosum, apostatam per aliquot septimanas, ad iteratas instantias Superioris Claustri (Szepesváraljaensis) non extradedit, donec dictus Superior eundem fratrem multo aere e carceribus redemit etc.

stentium, et easdem administrantium, immediate in quibuslibet occurentiis ad Suam Eminentiam recursum; demum animadverso et praeviso eo, quod succesive tam in Privilegeiis et Praerogativis suis Praeposituralibus, quam etiam in Stallo se medio tempore turbaturum iri, infallibiter praesentisceret, se itaque ex praeviis rationibus ad Collegium saepefatum conferre ac medio tempore in locis debitis resignare et idipsum Suae Eminentiae quoque humilliter notificare velle asserebat."

Quibus compertis Cardinalis Dux de Saxonia Bullam pontificiam, Leonis X-mi ann. 1515 emanatam per quam Bulla Pii II-di cassatur, per deputandos e Capitulo Scepus. Canonicos Praeposito Sigrai immanuandam — transmisit.

Ad hocce negotium Capitulum deputavit Georgium Nagy Decanum et Joannem Bilszki Canonicos Scepus. Qui Cardinali feria IV-ta proxima post Dominicam septimam SS. Trinitatis anno 1714 retulerunt:

„Quod ubi videlicet Domino Praeposito (Sigrai) in residentia sua eotum personaliter constituto saepedictam Bullam pontificiam in Transsumpto et literas Cardinalis in paribus ordine repraesentassent, Sigrai ductis Canonicis ad Capellam in residentia habitam, coram effigie Crucifixi inter accensos cereos collocata, ac ad id praevie iam praeparata, flexis genitus non sine lacrimarum profusione praescriptum Bullae Transsumptum et literas Cardinalis summa cum veneratione, debitoque humilitatis et reverentiae cultu, qua Archi-Praelati sui acceptavit et exosculatus est, quibus successive perlectis se brevi in hoc passu Cardinali rescripturum pollicitus est."

Utrum Sigrai post haec, praeconceptum propositum se ad claustrum Podolinense recipiendi in effectum deduxerit, notum non est. — Sufficit adnotare ad defendenda respective revidicanda usu saeculorum roborata Jura Praepositi Scepusiensis, Capitulum Scepus. post septem hebdomadas a supraaductis recognitionnalibus, sequentes Recognitionales Praeposito Sigrai dedisse:

„Nos Capitulum Scepusiense etc. Memmoriae etc. Quod Illustrissimus ac Reverendissimus Joannes Sigrai electus Episcopus Temnensis, Praepositus Terrae Scepusiensis, Abbas B. M. V. de Csatár. Sacratissimae Caesareae Mattis Consiliarius, Dominus et Praelatus noster colendissimus, nostram personaliter veniens in praesentiam, debito cum respectu requisivit nos, et petierit, quatenus super infrascriptis suae Dnationi Illmae ac Rev., qua antiquo iam usu, diuturnaque consvetudine firmatis Literas Recognitionales, sub Sigillo nostro Capitulari et Authentico extradare vellemus, cuius petitioni requisitionique modo praemisso factae annuere volentes, testamur et recognoscimus per praesentes, praetitulatum Illmum et Revssmum Dominum in Ecclesia nostra antelata *suum Stallum proprium, et quidem a Stallo nostro Canonicali separatum habere.*

Secundo: id etiam vigore Statutorum Capituli huius nostri clarum, et compertum habemus quod nos et pariter Antecessores nostri *Canonici juramentum eidem Dno Praelato nostro tempore sollitae Installationis nostrae, ad praestandam reverentiam, obedientiam, debitumque honorem deponere teneamur et quod idem Dns Praelatus noster habeat immediatam Jurisdictionem in Canonicos et Auctoritatem etiam eosdem paterne corrigendi.*

Tertio: recognoscimus etiam saepedictum Praepositum nostrum pontificare ex obligatione in omnibus solennitatibus, in quibus Domini Episcopi Dioecesani pontificare solent, ac praeterea *Canonici praeatacti Capituli Scepusiensis modo fato Praeposito vi Statutorum adstare tenentur.*

Quarto: omnes Parochi in dicta Terra Scepusiensi commorantes et constituti eidem Illmo Dno dare tenentur, et actualiter dant Cathedraticum.

Tandem ultimo: id etiam ab antiquo observatum est, quod dum et quando saepe nominatus Praepositus noster aliquam in Capitulo nostro fassionem facere solet, semper haec formalia: Dominus Praelatus noster colendissimus finito titulo eiusdem annectere consvevimus.

Nos itaque requisitioni saepe dicti Domini Praepositi nostri exaudita, super praemissis — in quantum nobis constant — praesentes Literas nostras sub Sigillo nostro Capitulari usitato et Authentico Recognitionales extradedimus. Datum feria secunda proxima post Dominicam undecimam SS. ac Individuae Trinitatis, Anno Domini 1714."

Quis exitus causae fuerit iuxta Wagner nescitur, vide Analecta Scepusii Tomo III-io pagina 137. In opere „A szepesi prépostság története" pagina 532. Sigrai triumphum reportasse dicitur. Mathias Winkler lector et canonicus Scepus., quem nos in praedicta controversia secuti sumus, in manuscripto suo post annum 1714 in hoc merito nil adnotatum est. Winkler canonicus decem mensibus post mortem Sigrai († 14-ta Decembris 1718). Die 23-tia Septembris anno 1719 obiit.

Catastrum Defunctorum Capituli Scepusiensis recens.

Ad Catastrum Defunctorum proprie Necrologium ad quod se auctor Manuscripti in innumeris locis in opere: „*Initia, Progressus ac Praesens Status Capituli Scepusiensis*" provocat, quod originem sumpsit sub Episcopo Brigido (1807—1816), visum est auctori addere sequentia:

Teste Protocolo antiquorum Consessuum die 25-ta Maii 1825 sub praesidio Joannis Matysovszky celebrato, librum (Catastrum) Stephanus Cseh ab anno 1799 usque 1820 canonicus Scepus., dein ab anno 1820 Episcopus Cassoviensis, Capitulo Scepusiensi dono dedit. Concernens punctum 8 supradicti Consistorii sonat ut sequitur:

„8-vo Lectae sunt Litterae Illustrissimi Domini Dioecesani Episcopi Cassoviensi Stephani Cseh sub dato 2-dae Maji a. c. (1825) ad Capitulum hoc expeditae, quibus Necrologium Capituli huius, e fidedignis privato studio, et singulari industria collectis Monumentis, compillatum, et suis sumptibus elegantissime compactum, in pignus tenerrimae suae erga hoc S. Collegium attentionis, Venerabili Capitulo donat, et submittit. Quo ima cum gratitudine, et veneratione per Ven Capitulum suscepto, Suae Illustritati eapropter humillimae ac obstrictrissimae ex parte eiusdem Ven. Capituli referentur gratiae, ipsum vero opus in perennem successorum Memoriam. Tabulario Ven. Capituli inferetur, successive pro re nata continuandum et pia recordatione recolendum."

Catastri primum folium (titulum) picturis nigri coloris illustravit Josephus Bellaagh professor et Cassoviae Architectus

Ante „Praefationem“ imago pugnam ob oculos sistens, cum subscriptione: „*Hanc praedam ferus hostis habet*“ cernitur.

Ante historicam deductionem Ecclesiae S. Martini Scepusiensis imago Ecclesiam Cathedralem cum Capella Zápolya ac S. Martinum, patronum dioecesis Scepus., prout mendicanti partem pallii sui abscindit, repraesentans, cum subscriptione „*Pinxit Joannes N. Drengubják 1810.*“ (Presbyter Dioecesis Scepusiensis, ordinatus anno 1810. Mense Maio.) ob oculos sistitur.

Ante dissertationem: „*Notitia de Praepositis Scepusiensibus etc.*“ exhibet imago (consistentes ex diversis heraldicis signis, quae statui Esclesiastico propria sunt), inscriptionem: „*Sola Virtus-Expers-Sepulchri.*“

Ante: „Incipit Series DD. Praepositorum et Canonicorum Scepusiensium sub Collegiata Ecclesia pie in Domino Defunctorum, quorum Memoria existit ab anno (1562) Imago reperitur cum subscriptione: „*Ne cadant in obscurum.*“

Folio 4-to (sic) Gentilicium Martini Pethe de Hetess (sic) praepositi Scepusiensis ab anno 1587 usque 1605.

Folio 7-mo Gentilicium Nicolai Balogh Eppi Vaciensis et Praepositi Scepusiensis ab anno 1683—1689

Folio 11. Gentilicium Joannis Sigray, Praepositi Scepus. ab anno 1694—1718.

Folio 14. Gentilicium Andreae Csepcsényi canonici Scepus. ab anno 1719—1738.

Folio 18. Gentilicium Alexandri Máriássy, Praepositi Scepus ab anno 1745—1755.

Folio 22. Gentilicium Jos. Carol. Zbisko de Kis-Kolacsin, Praepositi Scep. ab anno 1755—1774.

Folio 25. Icuncula cum inscriptione: „*Anno 1776 — Ecclesia Collegiata — Scepusiensis — in Cathedralem mutata — Vivat et Floreat.*“

Folio 26. „Incipit Catastrum Defunctorum DD. Episcoporum et Canonicorum Ecclesiae Cathedralis Scepusiensis, qui ab erecto Episcopatu Scepusiensi pie in Domino obierunt.“

Folio 31. Gentilicium Joannis Feja de Nagy-Rákó Praep. Maioris Capit. Scepus. ab anno 1776—1784.

Folio 45. Gentilicium Joannis Comitis de Réva, Eppi Scepus. ab anno 1787—1816.

Folio 51. Gentilicium Michaëlis e Liberis Baronibus a Brigido de Brezovicz et Mahrenfels. Inscriptio in serto quod Gentilicium circumdat: *Anno 1825 sculpsit Josephus Bellaagh.*“

Folio 61. Gentilicium Joannis Ladislai Pyrker de Felsö-Eör Episcopi Scepusiensis ab anno 1818 usque 1821. Cum circumscriptione: „*Raptim fecit Josephus Bellaagh Professor et Architectus. Cassoviae die 20-a Aprilis, 1825.*“ *etc.*

Nota. Catastrum Defunctorum Capituli Scepus. auctor manuscripti ad distinctionem faciendam a Necrologio Ecclesiae Scepusiensis Saeculi XIV. (conf. Initia, Progressus etc. 206—209.) faciendam *recens* nominavit.

Titulus recentis Necrologii cum voce: „Continuat.“ Incipit et immediate post hanc vocem sequitur: Catastrum Defunctorum Excellentissimorum etc. vide Initia etc. pag. II. Auctor Manuscripti est opinionis illius, vocem „Continuat“ ad illam circumstantiam alludere, quod Catastrum Brigido incoepit ducere et *Cseh continuavit.*

INDEX

NOMINUM, PERSONARUM, LOCORUM AC MAGNA EX PARTE RERUM.

Numerus Paginam Designat.

Pag.

Abalienatio bonorum 129. — vineae 332.
Abauj 432.
Abbatis villa v. Villa Abbatis.
Abhortis Sam. praed. 556.
Ab intestato decedentes Can. Scepus. 38. 96.
Ábrahámfalva in Scepusio 219. — 271. 442. — 467. — 502. — 593. — 675.
Ábsentes Canonici 410. — a choro Canonici 32.
Absentiam excusantes causae 397.
Absoluta sacra Visitatione 379.
Accolae extranei 616.
Accorda cnm Nicol. Praep. Scep. 124.
A comentario abstinuit 423.
Aquisivit pro paroch. Bukovinensi 50 jugera 676.
Acta et decreta priorum visitationum 375. — publica 376.
Actus iurisdictionis parochialis Scep. 317.

Pag.

Ad actum fidedignitatis exmissi 397.
Adami Venc. 658.
Adamus Polonus organista Eccl. Scep. 39.
Adamides v. Adami Venc. 658.
Ad antiquissimas Eccl. in Árva pertinet 697.
Ad executiones Canonici ire tenebantur 103.
Ad „Gloria Patri“ caput inclinetur 395.
Administratio bonorum Ecclesiae per Decanum 49.
Administratio Sacramentorum 47. — sacrorum 353.
Administratores parochiarum 331.
Ad Officium Campanatoris Catholicus suscipiatur 111.
Adolphus primus Praep. Scepus. 438. 503.
Ad onus responsionis tractus 725.

Adótized

Pag.

Adstantes ad div. officium designare 32.
— et Choratores designare 333.
— Praeposito assignantur per Cantorem can. 141.
Administrator una par. Mutnensis 663.
Adventus Sacerdotum 505.
Aedes Canonicales Cap. Scep. 22.
Aerarium 367.
Ager ante portam Capitularem versus Várallya 334. — et pratum Can. Lectoris 332.
Agros incolae diviserunt inter se 195.
Ahenium 621.
A XXIV. királyi plébános testvérülete 424.
Akay Georg. 224.
Ad latus praesulis servientes 397.
Albertovics Paul. Petr. par. 699.
Alcznó 682.
Alearum ac taxillorum lusus 86.
Alegorius Eppus Milkoviensis 234.
Alienationes bonorum 22.
Allemann Constantinus Mar. par. 614.
Allemann Constantinus religiosus, par. Szepes-Sümegh 727.
Allocutio Eppi Réva (1793) 380.
Allodiatura propria 128.
Allodium Arcense 270. — Leutschoviense 469. — superius Leutschoviense 469.
Alma Universitas Cath. Arvensium 619.
Almás poss. 17. 20. 124. 145. 268. 299. 354. — 369. 463. 544.
Almásy Jacob. par. 241. — Joan. Can. Scep. 521. — Paul Vic. Strigoniensis 24. 143.
Alsó- és Felső-Bethlenfalva 494.
Alsó-Erdőfalva 231. 272. 473. 563.
Alsó-Kubin v. Kubin Alsó.
Alsó-Lapos v. Lapos-Alsó.
Alsó-Lipnicza v. Lipnicza-Alsó.

Pag.

Alsó-Mattyassócz L. Cap. 495.
Alsó-Mattyasócz in Liptó 680.
Alsó-Rasztoka 494.
Alsó-Répás 263. 273. 443. 584.
Alsó-Ruzsbach poss. 583.
Alsó-Stephanov 488.
Alsó-Sunyava 612.
Alsó-Szalók 129. 363.
Alsó-Zubricza 483. 652. 653.
Altálagh 136.
Altare antiquissimum 610. — antiquissimum S. Nicolai 543. — cum Tabernaculo 571. — S. Andreae 41. 42. — S. Michaelis 41. 42. 49. — tres Statuas continens 577. — S. Bartholomeo dicatum 139. — S. Laurentio dicatum 139.
Altaria 1700: Summum Altare ad gloriam Dei omnipotentis 136. — secundum Beatae M. V. Agonisantis 136. — tertium S. Angeli Custodis 137. — quartum S. Crucis 137. — quintum S. trium Regum 137. — sextum S. Mariae Magdalenae 138 — septimum S. Apostolorum Petri et Pauli 138. — octavum S. Stephani et Rochi 138. — nonum S. Annae 138. — decimum S. Michaelis Archangeli 138. — undecimum S. Stephani Proto-Martyris 138.
Altaria combusta per Lutheranos 609. per Dominos terrestres funditus diruta 577. — funditus eversa 577.
Altaria Ecclesiae Scepus. 40. 132.
Altaria in Capella Corporis Christi (1790) 1. Altare maius B. M. V. 314. — 2-dum Matris dolorosae 311. — 3-um. Mariae Magdalenae 314.
Altaria (Orawka) 1. Maius B. V. Mariae. 2. Crucifix. Domini Nostri 3. B. M. V. 522.

Pag.

Altariarum praerogativae: Corporis Christi 339. — S. Joannis Nep. 339. 386.
Altariarum sacra divisa 320.
Altaria S. Joannis Nep. 386.
Altarium Fundatores 136.
Altarium tituli (1611): Altare primum Dei Omnipotentis 311. — 2-dum Assumptionis B. M. V. 311. — 3-um S. Angeli Custodis 311. — 4-um Sacrae Crucis 311. — 5-um SSrum Fabiani et Sebastiani 311. — 6-um SSctorum Petri et Pauli Apostolorum 311. — 7-um S. Annae, Matris B. M. V. 311. — 8-um S. Michaelis Archangeli 311. — 9-um SSmae Trinitatis 311. — 10-um Trium Regum 311. — 11-um S. Mariae Magdalenae 311. — 12-um S. Andreae in Sacristia 311.
Altegradus de Lendenaria Archipresb. Padovanus. 13.
„Aliud" Dni Praelati contra haereticam factionem. 711.
Alumni Neoforens. 622.
Amandus (Arnoldus) pleb. 548.
Ambrosius Eccl. s. Steph. Proto-Martyris de Castro Strigon. 36.
Anacletus 661.
Ancsikován in Liptó 493.
Andaházy Gasp. Lector Can. Scepus. 24. 41. 332.
Andássy Car. par. 662.
Andice 492.
Andrásfalva v. Liptó-Szent-András.
Andrássy, L. B. 645.
Andrássy Math. 25.
Andreánszky de Eadem Thomas par. 698.
Andreánszky Melch. 500.
Andreánszky Thomas par. 698.
Andreas II. rex Hung. 425. 503.
Andreae II. Regis Litterae 354.

Pag.

Andreas de Septem Tiliis Can. Scep. 123.
Andreas de Várallya Can. Scep. 123.
Andreas Nicolai de Odorino 704.
Andregovics Basil. 475.
Andregkovics Andr. v. Ondregkovics Andr.
Andreidesz Georg. Adstor 659.
Andujár Steph. secret. 462.
Animae Catholicae in Árva (1777) 447.
Anniversaria pro Emerico et Steph. Zapolyay 23.
Anniversarium consecrationis Eccleae Scep. 383. — consecrationis Episcopi 322.
Anno 1787 in parochiam evectae 647.
Annus incertus 503. — 1545, 514.
Antiphonaria 32. 46.
Antiqua documenta parochiarum tempore Reformationis adempta perierunt 535. — combusta 691.
Anullorum usus 86.
Antolinus Eppus Csanadiensis 13.
Apostata ad Papicolas degeneravit 531.
Apparamenta per Dnos terrestres direpta 577. — in Capitulo reposita erant 593. — nulla 615. —tis caruit 617.
Apparatus Ecclesiae Scepus. 308.
Appelata 373.
Appelatio ad sedem Metropolitanam Strigoniensem 94.
Apum alvearia 523. — in Szepes-Ó-Falu 542. — in Mátyástalu 625.
Aranyos praed. in Scep. 22. 128. 135.
Arcana Praelati 342. — Capituli 342.
Arendatio praebendarum Canonicalium et decimarum 106.
Argay Adam. par. 654.
Archi-Diaconatus Arvensis 446. — Liptó 329. 444. 446. — Nitriensis 444. 504. — de novo castro 432. — Scepus. 438. — Tarczaensis

Pag.

427. 432. — Tornensis 329. 433. 434. 435.
Archi-Diaconi sexentos florenos aequaliter inter se dividant 336.
Archi-Diaconus Tornensis 30.
Archidioecesis Strigoniensis 508.
Archi-Fraternitas SS. Rosarii 542.
Archivi Elenchus 377.
Archivum privatum Capit. sub cura Custodis 368.
Archivum tabulare 361.
A requisitione florenum unum 32.
Arcula super summo Altari 309.
Argay Adam iun. 486. — Adam sen. 490.
Arelt Joannes pastor Georgiomontanus 528.
Arenda Praep. Scep. 166.
Arnoldfalva 130. 210. 271. 516.
Arnold Franc. 499.
Arnoltovesze praed. in Scep. 21. 128.
Arnótfalu 471. 610.
Arnuthfalva v. Arnoldfalu, vel Arnoldfalva.
Articuli Visitationis v. Capitula Visitationis 6.
Árva (comitatus) 503. 504. 505. 508. 533. 537.
Árva-Nagyfalu 627. 701.
Árvaváralja v. Sub-Arx.
Arva-Várallja 625. — (Subarx) 699.
